



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

R. P. Fr.

FRANCISCI

LONGI A CORIOLANO.

ORD. FR. MINOR. S. FRANCISCI

Capuccinorum, Romæ SS. Theologiæ olim Prælect.

TRACTATUS,

DE CASIBVS RESERVATIS

IVXTA REGVLAM DECRETI A FOEL. REC.

Clemen. PP. VIII. Regularibus præscriptam;

IN HAC SECUNDA EDITIONE A DEO MVLTIS

In locis auctus, & locupletatus, maxime in QVINTI CASVS
explicatione, cum breui Tract.

DE IVDICIO REGVLARI,

Vt nouum Opus, & nouus Tractatus iure vocari possit;

OMNIBVS, NON TANTVM REGVLARIBVS, CONFESSARIIS;
ac pœnitentibus necessarius, verum & quibuslibet alijs Ecclesiasticis
personis; quin & Curialibus ipsis apprime utilis.

Admodum Reuerendo Patri D. D.

ANTONIO SANTINO LVCENSI

Clerico Reg. Cong. Somaſchenſis Viro integerrimo.



M E D I O L A N I,

Apud Hæredem Pacifici Pontij, & Piccaleum, Impress. Archiep. 1634.

THE
 NATIONAL
 ARCHIVES
 COLLEGE PARK, MARYLAND
 20740-6001
 TEL: 410-301-9100
 FAX: 410-301-9101
 WWW: www.archives.gov



ADMODVM REVERENDO

PATRI D. D.

ANTONIO SANTINO
LVCENSI

Clerico Regulari Congreg. Somaschensis
Viro integerrimo .

IO. AMBROSIVS SIRTVRVS

S. P. D.



IN iterum nostris recussus prælis pro-
dire exoptat in lucem, sapientissime
Santine, aureus de Casibus reserva-
tis P. Coriolani libellus; Annuo hoc
ego illi libens, præli dominus, sed cuius inscrip-
tum nomine, vt vndiq; incolumis euadat, illum
abire sinam in publicum? certe non alterius,
quam tui, qui hausta de cælo vi, viam ad secu-
ritatem omnibus facilem aperis, beatæque lu-
cis exemplo præis. Et quamquam non ignorem
ob delibatam, reservatamq; eruditionem, libel-
lum iam pridem euulgatum, sibi non tacitum
vbq; plausum excitasse; proh tamen, quantum,

auguror, tum sibi applaudi sentiet, ubi nigros
suae paginae characteres, diligero animi tui can-
dore permistos, & tuae aureo sapientiae nomine
prænotatos ostentabit? qui enim reseruos ha-
bet casus, eodem eius, qui singularem, ac vni
plane sibi reseruatam habet doctrinam, insigni-
tus nomine, non poterit non plurimum perpla-
cere. Sed hæc ut cumq; dixisse fas fuerit; Illud
certe me mouit vnum, ut libello huic meis typis
euulgando, tuum affigerem nomen; vel, ut ali-
quod meæ erga te obseruantie extaret monumen-
tum; vel ut nostra præla ambitioso tui nominis
serto coronata iactabunda prodirent in publi-
cum. Vale. xi. kal. Augusti. MDCXXXIV.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Dertractaturus in hoc opere de casibus referuatis, duo in primis prælibanda volui, quæ Lectorem minime ignorare decet: Primum, quid Casus vox, ac nomen præferat. Secundum, quid Referuatio indicet. Id enim ipsa operis ratio postulat, quo earum rerum, quæ in eo tractantur, tum planior, tum facilius cognitio haberi possit.

Casus in primis vox à cadendo dicta est, inde enim, & Angelorum, & hominum casus nuncupatur, cum primum à Dei gratia in peccatum lapsi, veluti è sublimi gradu ad ima ceciderunt. De Angelorum casu agit Isaias cap. 14. sub Regis Assyriorum nomine, illis verbis: Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? De hominum vero casu apud eundem, cap. 64. legitur: Cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ, quasi ventus abstulerunt nos. Hoc loco de Angelorum casu non agimus, cum is post casum nullus pœnitentiæ locus relictus fuerit. De hominum casu hic tantummodo pertractandum est, quibus post lapsum ex Dei benignitate adhuc resurgendi spes effulget.

Nec tamen hic communem omnium hominum lapsum, vel singulorum casus, aut peccata, quæ primū illud sequuta sunt, discutienda amplectimur: sed eorum duntaxat hominum casus explicandos suscipimus, qui ab hominum vulgo, diuina vocatione semoti, perfectius Religiosæ vitæ genus sub Regularis disciplinæ forma institutum profitentur. Quibus non incommode aptari possunt priora illa Isaiæ verba, quibus Angelorum casum describit. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? siue enim Luciferum sydus illud diei nunciū accipiamus: siue supremum illud olim Angelum, nunc Cacodæmonem, qui Lucifer nuncupatur, interpretemur: utrumque Religiosi hominis casum summis lacrymis descendendum animo contemplantium obijcit.

Quid enim Religiosi viri statum (si priorem sensum pro-

P R Æ F A T I O

sequi lubet) magis apud scripturas commendat, quam ipsum fulgentis syderis, seu lucis nomen? Equidem Apostolos Religiosam vitam professos, ac Religiosorum institutores fuisse, testis est Matthæus, cum Petrum omnium Apostolorum nomine dixisse commemorat: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te? Hæc enim verba sunt, ut ait D. Bern. in declam. quæ voluntariam persuasere hominibus paupertatem, ac Monachis claustra, & deserta Anachoretis replere: eos tamen Christum præclaro illo titulo exornasse, nemo ignorat, ut non tam sydera, quam orbis lucem apud Mattheum cap. 5. appellauerit: vos estis lux mundi: atque ipsos usq; adeo syderum instar operum fulgore emicare voluit, ut præclara quoque virtutum exempla velut lucem in alios effunderent, sic luceat, inquit, lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Hoc plane ipsum, & Regularis vitæ professoribus à Christo demandatum opus incumbit; ut qui Apostolicam vitam, & institutionem proficentur, sydera; ac Luciferi lucem ferentes, Orbem clarissimis virtutum fulgoribus illustrent, ac cælestis gratiæ diem hominibus annuntient.

At si forte accidit, ut qui ad sublimem Religionis statum euectus est, in aliquod graue crimen prolabatur, eidem, non sine luctu Isaiticum illud dici potest; Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris. Eo siquidem casu orbis Christiani Lucifer occidit, sydus obtenebratur, ac cælestis Religionis professor velut Apocalypsea illa stella, quam è cælo cadentem olim Ioannes conspexit, è Religiosa perfectionis æthere delapsus, in imum culpæ detruditur: ita ut, qui mane per vigilantissima virtutum studia, ac Regularis obseruantie lucem, sibi, & alijs oriebatur; post occasum extincto gratiæ lumine, in peccatorum cæno volutetur.

Si vero iuxta alterum sensum Luciferum præcellentem illum quondam Angelum exponamus, profecto non dissentaneum erit, Angelicum Religiosorum statum eo significari; cum Religiosum virum nihil minus, quam carneum Angelum esse deceat, quem Angelica mentis puritate, Angelicis studijs, Angelicis moribus, Angelica conuersatione, Angelica denique vita ornatum esse oportet, ut Angelicum, & Euangelicum

A D L E C T O R E M .

inter homines statim commendat. Is vero cum primum ab Angelica hac vita institutione excidit, protinus in Dæmonem degenerat, hoc ipso saluatore de Iuda attestante, qui vix ab Apostolica vite fastigio lapsus est, statim à Christo audiuit: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus Diabolus est? Iohan. 6. Quod etiam August. confirmat contra Donatistas his verbis: Sicut difficile expertus sum meliores, quam qui in Monasterio profecerunt: ita non sum deteriores expertus, quam qui in Monasterio ceciderunt.

Neque tamen mirandum est, Regularis disciplinae professores, interdum à sublimi Religionis statu corrumpere, & in grauiora crimina nonnunquam prolabi. Id enim, & humana fert imbecillitas, & non raro hoc ipsa ex arcano Dei consilio, nonnullis contingit, ne plus a quo erigantur: sed cum timore, & tremore, iuxta Apostoli consilium, propriam salutem operentur.

Qui enim nubes sibi attingere videbantur, ac se in tunc positos existimabant, mox in terram prolapsi, casum timere discunt, nec non meritas suae elationis penas launt. Porro si inter Angelos, qui praestantiori natura praediti sunt, Deus prauitatem reperit, cum ex his non pauci è caelo deciderint: atque in tam exiguo duodecim Apostolorum numero, vnus Diabolus inuentus est: quid de hominibus, qui velut vasa vitrea, ac testas inuicem angustias patiuntur, iudicandum erit? Aut cur in tanta perfectorum virorum multitudine, vnum, aut alterum à Regula excossisse admirabimur? Num immobilem, ac perpetuam nobis solis in eodem semper gratiae, ac diuinae amicitiae statu constantiam pollicebimur? Hinc sapienter D. Augustinus Donatistis respondet: Quantumlibet vigilet disciplina domus meae, homo tamen sum, & inter homines vivo: nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quam Arca Noe, vbi tantum inter octo homines vnus reprobus inuentus est. Aut melior sit, quàm domus Abraham, cui dictum est, eijce ancillam, & filium eius. Aut melior sit, quam domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est; Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Aut melior sit, quam domus ipsius Iacob, vbi lectum patris filius incestauit. Aut melior sit, quam domus ipsius Dauid, cuius fi-

lius cum sorore concubuit. Aut melior, quam cohabitatio Pauli Apostoli, qui tamen si inter omnes bonos habitaret, non diceret, foris pugnae, intus timores. Aut melior, quam cohabitatio ipsius Christi, in qua undecim boni, perfidum, & furẽm Iudam tolerauerunt. Aut melior sit postremo, quam cœlum, vnde Angeli ceciderunt.

Quod si Augustinus id de sui instituti viris iudicauit, quid miramur, quod ceteris quoque aliarum familiarum alumnis id interdum accidat, quod & Angelis, & Apostolis olim accidisse exploratũ est: atque nonnunquam in grauiora peccata ruant, qua maiorem superiorum diligentiam, ac prouidentiam exigunt, ne illorum familiaritas, ac consuetudo grauem ceteris perniciem, ac damnum ferat.

Atque inde Casuum reseruatio orta est, (quod postremo est explicandum:) Nam cum quaedam grauiora crimina reperiuntur, quae præclarum Religionis statum labefactant, & corrumpunt, nec non Regularis obseruantie professores ab instituto Euangelicæ perfectionis gradu reuocant: quibus cuiuslibet Religiosæ Reipublicæ curandæ prouidentia demandata est, in eo maxime laborare debent, ut optimum Religionis statum sartum tectum seruent: & pullulantia hæc criminum semina (quo ad recte fieri potest) euellant: Eo fit, ut grauiora huiusmodi crimina sibi absolueda reseruent: quo ipsi grauiores pœnas taxent, pecoris sui uirtutum agnoscant, opem, & auxilium infirmis ouibus ferant, & tandem facilius perditos homines, si qui sunt, horum reseruatione quasi freno ab eis perperandis coerceant.

Quamquam enim quilibet sacerdos, simul atque sacri sacerdotij ordine insignitus est, potestatem ad remittenda quælibet peccata accipiat: illius tamen usum in ullum prius exercere non potest, quam iurisdictionis potestatem à legitimo superiore assequutus fuerit, qui tam potestatem (quando quidem ad iurisdictionem spectat) in ceteris quidem peccatis liberam extendere, in quibusdam uero contrahere potest, nisi à superiori potestate prohibeatur. Atque inde Casuum, ac peccatorum reseruatio ortum habet, quæ tam à diuino, quam à positio iurè commendatur. A diuino quidem, ut perspicuum est Ioan. 20: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, &

AD LECTOREM.

quorum retinueritis retentâ sunt: ac præterea Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Apositiuo vero Ecclesia, quæ cum totam iurisdictionis potestatem in Christi oues in summo Pontifice acceperit, hanc Ordinum Rectoribus confert: quam sæcl. mem. Clem. VIII. Pon. Max. non pridem Apostolico decreto communiuit, ac Regalis nonnullis conclusit, ut in Tractatu explicabimus.

De his ergo casibus, qui apud Regulares reseruantur (Deo fauente) hic noster Tractatus erit, eo plena consilio à nobis compactus, non ut cum hæreticis, qui non tam Casuum reseruationem, quam ipsius Pœnitentiæ sacramentum negant, manum confererem: aut ex Catholicis unum, aut alterum redarguerem, qui Casuum reseruationem potestatis abusum ^{Dur. in 4. d. 17. q.} 15. vocant, quos satis temeritatis arguit Con. Trident. sess. 14. cap. 7. & can. 11. sed ut nonnihil commodi iis adferrem, qui cum audiendarum confessionum oneri incumbunt, atque eis per otium non vacat aut Canonica iura, aut grauiores Auctores, qui hoc argumentum multis pertractant, reuoluere, libellum præ manibus habere possint, quo familiariter utantur.

Uniuersum porro hunc Tractatum, quo clarius ab omnibus intelligatur, in duas partes diuidemus. Prima, ea complectitur, quæ ad personas pertinent, ad quas Casuum, vel reseruationem, vel absolutio spectat; quapropter ea tres Sectiones continet; in quarum prima de iis omnibus agitur, quæ circa Casuum reseruationem à superioribus obseruari debent. In secunda de iis, quæ in Casuum reseruatorum absolute confectione præstare debent. In tertia de iis quæ ad pœnitentes casu aliquo reseruato irretitos, instruendos spectant.

Alterâ vero pars, Casuum reseruatorum, qui in Decreto Clem. VIII. præscribuntur, tantummodo declarationem continet.

Omnia vero S. R. E. Iudicio submissa sunt:

DECRETVM
S. D. N. CLEMENTIS PAPÆ VIII
SVPER CASVVM RESERVATIONE,
Ab omnibus Regularium superioribus
obseruandum.

1. **S**anctissimus Dominus noster, qui iam pridem accurate perpendit, & re ipsa comperit, quod reservatio facultatis absoluendi Religiosos penitentes à peccatis quibusdam maioribus, nisi superiores admodum prudenter, ac moderatè illi utantur, nonnullis infirmiores, qui interdum superiorum suo conscientia maculas detegere formidant, adducere posset in æterna damnationis periculum, & spiritualis remedii desperationem.

2. Quæcirca ut huic malo sanctitas sua opportune provideret, decrevit, ut nemo ex Regularium superioribus peccatorum absolutiones sibi reservet, exceptis quæ sequuntur, aut omnibus aut eorum aliquot, prout subditorum utilitas, expedire, prudenter, in Domino iudicaverint.

- I. Veneficia, incantationes, sortilegia.
- II. Apostasia à Religione, siue habitus dimisso, siue recessu, quando eo peruenit, ut extra septem Monasterij, seu Conuentus fiat egressio.
- III. Nocturna, & furtiva à Monasterio, seu conuentu egressio, etiam non animo apostandi facta.
- IV. Proprietas contra votum Paupertatis, que sit peccatum mortale.
- V. Iuramentum falsum in Iudicio regulari, seu legitimo.
- VI. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animationem factam, etiam effecta non securo.
- VII. Falsificatio nomen, aut sigillis officialium Monasterij, aut Conuentus.
- VIII. Furtiva de rebus Monasterij, seu Conuentus, in ea quantitate, que sit peccatum mortale.

- IX. Lapsus carnis voluntarius, opere consumatus.
- X. Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cuiuscunque persone.
- XI. Malitiosum impudensium, aut reuerentium, aut apertio literarum à superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad superiores.

Si quod aliud peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientia puritate reservandum videbitur, id non licet fieri, quàm Generalis Capituli in toto ordine, aut Prouincialis in Prouincia matura discussione, & consensu.

3. Non liceat superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsi sint spoliati, tunc proprio motu id ab ipsis petierint.

4. Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures confessarij pro subditorum numero maiori, vel minori: yque sint docti, prudentes, charitatis predicti, qui à non reservatis eos absoluant: & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi, ipse in primis confessarius iudicauerit.

5. Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligenter, ne ea notitia quam de alie-

rum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorum gubernationem uelutur.

6. Licebit tamen superioribus determinare penitentias graues quibusdam peccatis, etiam non rescriptis a confessarijs imponentes, quae subditos ab huiusmodi perpetrands cohibere possint.

Atque ita per quoscumque regularium superiores, quicumque illi sint, obseruari mandauit.

7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac cuiusvis Concilij, etiam Generalis decretis, nec non consuetudinibus ab eis memorabilis etiam tempore.

8. Obseruatis aut regularis in Generalibus, seu Provincialibus Capitulis editis, statutis, & Constitutionibus, etiam, Apostolica auctoritate confirmatis priuilegijs indultis, & concessionibus quibuscumque: quorum tenores hic pro expressis haberi uoluit: ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Roma apud S. Petrum, Die 26. Maij 1592.

**Andreas Sorbolongus Secre-
tarius Visitationum.**

ARTICVLORVM, ET DVBIORVM,
 Quæ in prima Parte tractantur.

*Anterior numerus Articulus, & Dubia: Posterior
 Pagina indicat.*

S E C T I O I.

- I. An Prælati possint sibi reseruare casus. pag. 1
- II. Quo iure Prælati Regulares possint sibi reseruare casus respectu suorum subditorum. 4
 An Prælati Regulares habeant iurisdictionem quasi Episcopalem. n. 1.
 An possint excommunicare suos subditos. ibid.
 An possint dispensare in irregularitate. n. 3
- III. An iurisdictione prædicta competat Prælatis Regularibus iure diuino, vel humano. 5
 Quid possint sibi reseruare. n. 7
- IV. An omnes Prælati Regulares possint sibi reseruare casus. 6
- V. An talis reseruatio possit fieri indifferenter de omnibus peccatis. 7
- VI. An superiores Regulares possint sibi reseruare absolutionem ab excommunicatione à se lata. 10
 An excommunicatio possit dari à non sacerdote.
- VII. An quilibet superior Regularis habeat facultatem absoluendi à reseruatis. 11
- VIII. Quis modus seruandus in recurso ad superiores pro absolutione à reseruatis. 12
 Modus representationis qui apud nos seruatur, optimus est, & à sacra Congreg. approbatus. n. 26
- IX. An sit licitum statutum, quo Religiosi pœnitentes obligantur iterum confiteri superiori peccatum reseruatum alias rite confessum. 18
- X. An Prælatus teneatur audire peccata reseruata, simul cum non reseruatis, vt subditum absoluat à reseruatis. 20
 An superior teneatur audire confessionem subditi toties, quoties id petierit. n. 8
- XI. An subditus liber maneat à præsentatione, & reseruatione quando oblitus fuit dicere superiori aliquod reseruatum. 21
 An idem sit dicendum in Visitatione maiorum superiorum. n. 4
- XII. An ablata vna reseruatione ab vno peccato, auferantur, & reliquæ, si quæ sunt. 22
- XIII. An extra confessionem possimus vti illa notitia, quam habuimus in confessione. 23
 An liceat imponere pœnitenti pœnitentiam publicam. n. 2
 An superior possit amouere subditum ab officio, si inde oriatur suspicio reuelat. confels. n. 4
- XIV. An quælibet peccati occasio sit necessario euitanda. p. 24
- XV. Quid faciendum quando ex vsu confessionis nulla sequitur reuelatio. 28
- XVI. An possit negari suffragium alicui ob notitiam in confessione comparatam. 29

XVII. An teneatur superior dare licentiam subdito petenti, ut possit alijs confiteri, & à reservatis absolvi. 39
 An superior teneatur semper dare talem licentiam. n. 2
 An nolens tunc concedere licentiam superior, possit subditus alteri confiteri sine eius licentia. n. 56
 An debeat dare talem facultatem confessor id petenti. n. 12
 An superior teneatur dare penitentium confessorium, quæ petierit. n. 10

XVIII. Quando in conventu est Generalis, & Prouincialis, ad quemnam recurrendum est pro reservatis. 32

XIX. An superior possit taxare penitentiam, quando confessor petit facultatem. 32

XX. An incidant in aliquam penam qui absque facultate absoluant. 33

XXI. An Prælati possint sibi eligere confessorium ad libitum. 34

An confessor electus debeat esse vnus ex deputatis. n. 3

XXII. An superior locali eligens ad libitum aliquam in confels. possit ab eo absolui à reservatis. 35

An virtute Bullæ Cruciatæ possit absolui contra admodum. n. 1

An possit absolueri subditum extra suum Monasterium. n. 2

XXIII. An respectu Prouincialium sint casus reservati. 36

An Prouincialis incidens in Bullam Cœne Domini possit absolui in Religione. n. 2

XXIV. An Vicarij Monasteriorum ad libitum possint sibi eligere confessorium. 38

XXV. An simplices Sacerdotes subditi possint sibi eligere confessorium ad libitum. 39

S E C T I O N I I.

I. An quilibet sacerdos sit idoneus ad confels. audiendas. 40
 Confessorij officia quæ. n. 1

II. An confessorius debeat sequi suam opinionem, an vero opinionem penitentis. 43
 An confess. teneatur sequi suam opinionem, an vero superioris. n. 3

III. An confessorij deputati possint ad libitum absolueri à casibus reservatis omnes penitentes. 43

IV. An presentatio fieri debeat de delictis secretis, an vero de publicis, & secretis. 44

V. An ministeriū absolutionis à confessorij deputatis possit alijs committi. 45

VI. Quando superior concedit facultatem pro reservatis, sed tali loco, & tempore, quod facile possit oriri in cognitionem peccatoris, quid faciat confessorius. pag. 47

VII. An facultas eligendi confessorium fiat per vnum actum. 47

VIII. An mortuo Prælato, qui dedit facultatem, possit confessorius vti illa facultate. 48

IX. An confessorij habentes facultatem pro reservatis, habeant etiam illam pro censuris. 49

X. An ad validitatem absolutionis sufficiat, rati habitio. 49

XI. An confessorio sufficiat dicere, Pater, indigeo vestra auctoritate. 50

XII. An sit necesse, vt confels. disertis verbis explicet penitentiam de se presentando superiori. ibid.

XIII. An absolutio cum tali materia de se presentando, censetur data.

- cum conditione. 50
- XIV.** An si post datam absolutionem manifestet confess. penitenti oras de se presentando, & ille non acceptet, teneat absol. 51
- An absolutorio à confusis debeat premiti ad absolutionem à peccatis. n. 3
- XV.** An confessario liceat loqui extra confessionem de rebus in confessione auditis, etiam de licentia penitentis. pag. 54
- An ille, cui modo predicto relaxatur, teneatur ad sigillum confessionis, vel secreti. n. 3
- XVI.** An in articulo mortis debeat imponi oras de se presentando. 55
- An sufficit periculum mortis. n. 2
- An talis necessitas sit considerata etiam ex parte sacerdotis. n. 3
- An presente proprio sacerdote liceat infirmo confiteri cum alio in articulo mortis. n. 6
- A quo tunc ille sacerdos habeat iurisdictionem. 10
- An moribundus excommunicatus à laico, possit in illo casu ab eodem absolui. n. 8
- An moribundus excommunicatus ostendens signa contritionis, possit post mortem absolui ab excommunicatione. n. 9
- XVII.** An in casu necessitatis quis non habens copiam confessarij, possit celebrare, vel Eucharistiam sumere ad vitandum scandalum. 58
- XVIII.** An confessarius aliquando deputatus, contradicente postea superiore possit audire confessiones tempore iubilæi. p. 59. An tali tempore qui ab Ordinario non habet auctoritatem possit audire confessiones, n. 1. An male absoluitur, clausura porte iubilæi possit ab alio deputato ab Ordinario absolui. n. 2
- XIX.** An Confessarius male absolvens, teneatur ad aliquid. p. 60
- XX.** An absolutio possit dari absenti per internuncium, siue per epistolam. p. 62
- An liceat amplius talem doctrinam docere. ibid. An possit dari absolutio ab excommunicatione maiore. n. 16
- XXI.** An inferior possit commutare penitentiam à superiore taxatam. p. 66
- XXII.** An confessarij sollicitas penitentem ad luxuriam sit suspectus de hæresi. p. 67

S E C T I O I I I .

In principio huius Sectionis explicantur fusc sexdecim conditiones confessionis. p. 69

Prima conditio. SIMPLEX. De differentia inter peccatum mortale, & veniale. n. 2. An peccatum mortale possit fieri veniale, & è contra. n. 5

Peccata venialia damificant animam. n. 9

Secunda conditio. HUMILIS. An confessio semper sit facienda flexis genibus. n. 2. An confessarius in absolutione danda semper debeat extendere manum super caput penitentis. n. 4

Quid significet illa manuum impressio. n. 5

Tertia conditio. PURA. Quomodo se gerere debeat confessarius cum penitente, quando non libere vult propalare peccatum. n. 1

An confessarius debeat interrogare de impertinentibus. n. 4

Quarta conditio. FIDELIS. An in confessionibus liceat mentiri. n. 2. Quid faciet confessarius quando animadvertit, penitentem tacere aliquod peccatum mortale, quod ipse confess. scit illum commississe. n. 4

Quinta conditio. FREQUENS. An sit bene imponere penitenti, vt pluries confiteatur. n. 1. An sit bene eadem peccata pluries confiteri. n. 2. An

post peccatum mortale commissum teneatur sibi peccatis confiteri. n. 3.
Sexta conditio. NVDA. Circumstantiis peccatorum quae necessario con-
fiteantur. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Septima conditio. DISCRETA. Honestas seruanda est in verbis dum ex-
plicatur peccata. n. 1. 2. 3.

Octaua conditio. LIBENS. Casus plures, in quibus reiteranda est confes-
sio. n. 2. An qui se praesentauit superstiti, sine vili contritione, teneatur
reiterare confessionem. n. 8.

Nona conditio. VERECVNDATA. De confessione necessario habenda à pen-
nitente. n. 1. Signa vera contritionis quae. n. 3.

Decima conditio. INTEGRA. An liceat habere duos confessarios, vnum
pro mortalibus, alterum pro venialibus. n. 3. Casus plures, in quibus con-
fessio non integra valet. n. 5. 6. 7. 8. 9.

Vndecima conditio. SECRETA. De sigillo confessionis quid. n. 4. quoru-
plex. n. 5. à quibus seruari debet. n. 6. nunquam potest violari. n. 7. An
metu mortis aliquando possit violari. n. 8. An liceat confessario interroga-
re, & alloqui penitentem extra confessionem de peccatis in confessione au-
ditis. n. 9. Quando tempore durat tale sigillum. n. 10. Violatur multipli-
citer sigillum confessionis. n. 11. Quae poena afficiendi sunt, qui violant
hoc sigillum. n. 12.

Duodecima conditio. LACHRIMABILIS. De attritione & contritione. n. 1.
An singulorum mortalium commissorum sit necessaria particularis con-
tritio. n. 4. An homo statim post peccatum commissum teneatur de ipso
conteri. n. 5. Quis debet esse dolor in contritione. n. 6. Quando per con-
tritionem est quis absolutus à Deo, quid facit illi sacerdos dum dicit, ego
te absoluo. n. 7.

Tertia decima conditio. ACCELERATA. An sit bene frequenter confes-
sionem. n. 1. 2. 3. &c. An sit bene saepe confitens generaliter. n. 11.

Quarta decima conditio. FORTIS. De fortitudine penitentis in confiten-
do, & in agenda penitentia. n. 1. 2. 3. 4. 5.

Quintadecima conditio. ACCVSANS. An sit bene confiteri circumstan-
tias misuenter peccatum. n. 1. 2.

Sexta decima conditio. PARERE BARATA. An penitens teneatur sub
mortali acceptare penitentiam sibi à confessario impositam. n. 2. 3. 4. 5.

Nunc sequuntur Articuli.

- I. An possint cogi Regularés vt in quolibet mese pluries confiteantur. p. 97
- II. An Religiosus non habens nisi venialia, possit cogi, vt illa confiteatur.
p. 98. An veniale peccatum sine penitentia sacramento dimitti. n. 3
An sufficiat quilibet dolor, licet remissus. n. 4
An pro remissione venialium sufficiat dolor in generali. n. 5
An venialia deleantur per aquam benedictam ex se, an vero quia indu-
cit hominem ad contritionem. n. 6
- III. An Religiosus perfectus non habens venialia pro tempore confessionis,
teneatur confiteri? & si confiteatur, quid faciet? p. 100
- IV. An penitens non habens nisi venialia possit confiteri cui libet sacerdoti.
p. 101
- V. An penitens in peccato mortali adimplens penitentiam à confessario
sibi impositam, satis faciat. p. 101
- VI. An penitens sumendo indulgentiam plenariam, teneatur exequi opera
penalia.

- penitentia sibi & confessio alia imponitur. p. 102
- VII. An peccare cum ipa venia aggrauet peccatum. p. 103
- VIII. An liceat penitenti manifestare personam cōplices in confessione. p. 104
- IX. An liceat cōfessario interrogare penitentē de cōplices in cōfessione. p. 105
- X. An Religiosus cum referuato in sua Prouin. pergens postea in aliam, possit absolui à Prou. illius Prou. p. 106
- XI. An Religiosi itinerantes possint sequi al. confiteri. p. 107
- XII. An penitens habita opportunitate superioris maioris, non se repræsentat, peccat & an tunc de quo se presentat. p. 108
- XIII. An liceat Regularibus indifferētē se confiteri extra suū ordinē. p. 109
- XIV. An Regulares possint accipere Bullam Cruciatæ, & per eam absolui à referuatis. p. 110
- An Regularibus, maxime minoribus sit licitus recursus ad pecuniam pro Bulla cruciatæ accipienda. n. 2
- XV. An Regulares tempore iubilæi plenissimi possint absolui extra suum ordinem, p. 112. An quando indulgentia plena est per modum iubilæi des facultatem etiam de referuatis. ibid.
- XVI. An tempore iubilæi sufficiat, quod confessarius sit approbatus à Prælati Religioni. p. 133
- XVII. An tempore iubilæi absolutus à censuris & referuatis, non adimplens cetera, quæ in diplomate iubentur, sit absolutus, nec ne, n. 2. An si quis tali tempore absoluat, antequam adimpleat opera requisita: & obliuiscatur alicuius casus referuati, aut censure, si non facit opera, quæ in diplomate iubentur, sit liber à referuatione, esto quod non confiteatur, quatenus Indulgentiam. p. 134
- XVIII. An Nouitij teneantur se præsentare pro referuatis. p. 135
- XIX. An Religiosi iuuenes teneantur confiteri proprio Prælato, vel gaudeat facultate Decreti. Clem. VII. p. 137
- Quanto tempore durat in his talis obligatio. n. 2
- XX. An Regulares subditi possint ad libitum mutare confessarium absque licentia superiorum. p. 137
- XXI. An subditi possint impediri ne mutant confessarium, p. 139. Et si mutant absque licentia, an absolutio data teneat, n. 6. p. 140. & deinceps.

SECUNDA PARS.

T R A C T A T V S

De casibus in particulari.

- Primus Casus. De Veneficijs, Incantationibus, & sortilegijs. p. 144
- Diuinatio quid? n. 5
- Dæmon potest inuocari expresse, & tacite. n. 7
- Præstigium quando, & quomodo fiat. n. 8
- Diuinatio per somnium quid, & quomodo fiat. n. 10
- Necromantia quid. n. 11. Inuocatio tacita quando fiat. n. 12
- An liceat studere Astrologiæ iudiciariæ. n. 13
- Quæ personæ comprehendantur in hoc casu. ibid.
- An liceat cum vno maleficio dissoluere aliud maleficiū. n. 18
- Sortilegia quæ, & quomodo fiant. n. 20

Secundus Casus. De Apostasia. Quid sit p. 152. Apostata à fide quis	n. 2
An apostata à fide exterior tantum, incurrat in excommunicationem.	n. 3
Apostata ab obedientia quis.	num. 4
An liceat subditis se rebellare à superioribus sub pretextu studiorum.	n. 5
An liceat subditis se rebellare à commissario Generali.	n. 5
Apostata à religione quis.	n. 6
An liceat Religioso ex vna Religione transire ad aliam.	n. 8
Quo iure conceduntur ad strictiorem transire.	n. 9
An ad laxiorem liceat transire.	n. 10
An Cartusianis liceat transire ad fratres min. Capuc.	n. 11
An liceat Religioso exire à Religione vt parentibus subueniat.	n. 12
Quo iure excommunicentur Apostatæ deserentes habitum.	n. 14. & 15
An sit excommunicatus apostata qui desert habitum, sed occultum.	n. 16
An sit excommunicatus qui in Religione exiit se habitum.	n. 17. An Apostatis liceat prædicare, celebrare, &c.
n. 19. An Religio habeat ius expellendi incorrigibiles.	n. 20. Ad quid teneantur tales sic expulsi.
	n. 23
Tertius Casus. De egressione nocturna.	p. 159
Clausura Monasterij ad quæ se extendat.	n. 4
An egrediens in crepusculo diei incurrat in hunc casum.	n. 5. An qui ob scruitiam superioris fugit è Monasterio, incidat in hunc casum.
	n. 8
An talis recurrens ad superiorem, licite id faciat?	n. 8
An Apostatæ debeant recipi in hospitio.	n. 12
An Religiosi fugitiui, vel eiekti debeant requiri.	n. 13
An tales fugitiui, & apostatæ possint promoueri ad Ordines.	n. 14
An Religiosus in nostra Religione professus laicus, si ad aliam Religionem transiens, promouetur ad Ordines, reuertens postea ad nos debeat admitti ad exercitia Ordinum.	n. 15
De ingressu mulierum ad Clausuram nostrorum Monasteriorum, an ceat.	n. 16
An nomine Monasteriorum veniant loca, quæ de nouo fabricantur.	n. 17
An liceat introducere mulieres in hortum.	n. 18
An liceat eas introducere in sacristiam.	n. 19
An liceat introducere in dormitorium, siue in infirmary mulierem medicam.	n. 20
An causa processions liceat mulieribus ingredi in clausuram Monasteriorum.	n. 21
An liceat Prælato Regulari pro tali intento indicere particularem processionem.	n. 22
An tempore Consecrationis Ecclesiæ liceat mulieribus ingredi clausuram Monasterij.	n. 23
An Religiosi admittentes, vel associantes, tales mulieres, vel iubentes, incurrant pœnas taxatas.	n. 24
An qui occulte in his deliquit, teneatur se prodere.	n. 26
An idem sit dicendum de pœna taxata contra Regulares cum Monialibus alloquentes.	n. 28
An talis prohibitio obliget etiam ad mortale.	n. 29
An dicens aliquod verbum vrbanitatis incurrat.	n. 30
An declans aliquem casum conscientiæ alicui moniali incurrat.	n. 30
An loquens per interpositam personam incurrat.	n. 30
Quartus Casus. De proprietate.	p. 168
An Papa possit dispensare cum Religioso in voto Paupertatis.	n. 1. Pro-

prietarij multis similitudinibus ex scriptura sacra petitis detestantur .	n. 4
Proprietarius quis .	n. 5
An superior possit reuocare aliquam concessionem subdito factam .	n. 10
An quælibet proprietas sit peccatum mortale .	n. 13
An omne præceptum nostræ Regulæ sit votum .	n. 15
Quanta debeat esse proprietas, ut sit peccatum mortale in Religioso .	n. 17
An liceat Regulari accipere denarios ab externis ad emendum libros ad suum vsum .	n. 19
Proprietariorum pœna .	n. 20
Quintus Casus . De iudicio regulari . p. 175. Iudicium regulate quid ?	n. 3.
Iudicium legitimum quid ? n. 4. An liceat sæcularibus de rebus, vel de personis Ecclesiasticis iudicare .	n. 4
Iudex competens quis ? n. 4. Potestas ordinaria quæ .	ibid.
Delegata quæ .	ibid.
Denunciatio est duplex, Euangelica, & Iudicialis .	n. 5
Ad quem pertineat denunciare iudicialiter .	ibid.
An ante denunciationem debeat præcedere correptio .	n. 6
An subditus semper teneatur obedire Prælato præcipienti in iudicio, & quando minime .	n. 7. 8
Denunciatus an teneatur probare .	n. 14
Inquisitio duplex est: generalis, & specialis .	n. 15
Inquisitionem generalem prælatus potest facere ex officio .	ibid.
In inquisitione generali Prælatus non potest inquirere de particulari .	n. 17
Infamia quid . n. 18. Clamorosa insinuatio quid .	ibid.
Indicia quæ . n. 19. Semiplena probatio quæ .	n. 20
Inquisitio specialis quando possit fieri . n. 21. quando non .	n. 22
Inquisitus de vno crimine, an possit interrogari de alio .	n. 24
De inquisitione ad effectum promotionis .	n. 25
Accusatio, quas solemnitates requirit ?	n. 27
An Prælatus possit punire delinquentem absque accusatore .	n. 30
An accusationem debeat præcedere secreta correptio .	n. 31
Accusare quis teneatur sub præcepto .	n. 32
Quis ab accusatione repellatur de iure .	n. 33
Accusator non debet calumniari, neque præiudicari, neque tergiversari .	n. 34
Accusationis falsi pœna .	n. 35

D E T E S T E .

Testis quando peccet in iudicio .	p. 188
An teneatur testificari de eo, quod iurauit tenere secretum ?	n. 42
An dubitans si teneatur necne obedire Iudici, debeat dicere veritatem .	n. 43
Numerus testium sufficiens .	n. 44
Contestis esse debent .	ibid.
Testes singulares quando probent: & quando minime .	n. 45
Testis nolens dicere veritatem coram iudice, an possit torqueri .	n. 48
Testis excusatur à veritate dicenda multis in casibus .	n. 50
Testis falsi pœna .	n. 54
An possint repudiari testes .	n. 55
An liceat allegare defectus contra testes .	n. 59

D E R E O.

Reus ad quæ teneatur. p.195. Indicia leuia, grauia, & grauiora, quæ.	n.63
Quando cogunt.	ibid.
Reus qui per vim tormentum confessus est de se aliquod crimen, falso tamen. an incidat in casum referuatum.	n.77
An licitum sit alicui se infamare.	ibid.
An reus non confessus, condemnatus tamen, teneatur postea dicere veritatem.	n.79
An reo nolenti respondere, possit imponi præceptum, vt respondeat.	n.80
An reus teneatur respondere ad mentem iudicis.	n.81
An reus in iudicio dicens mendacium peccet.	n.83
An reus confitens delictum, teneatur etiam declarare complices.	n.84
An liceat Iudici vti aliqua similitatione, vt reum conuincat.	n.85
An reus possit torqueri.	n.86
An reus innocens, & talis à Iudice cognitus possit condemnari secundum allegata, & probata.	n.87
Iudices in iudicio in multis peccare possunt.	n.90
An reus innocens, tamen conuictus de crimine, & ad mortem damnatus, possit se defendere à Iudice, & à satellitibus.	n.92
An carceratus in pœnam, licite possit fugere.	n.93
Quid, quando ibi est in custodiam.	n.94
An reo liceat corrumpere custodes carceris.	n.95
An reo liceat custodem decipere alia via.	n.96
An reus ad mortem damnatus possit tuta conscientia limare compedes.	n.97

D E R E I D E F E N S I O N E.

§. 1. Excipiendo, quod non constat de corpore delicti.	p.204
§. 2. Excipiendo, quod tale delictum non poterat ab eo committi.	p.206
De Negatiua coarctata loco & tempore.	
§. 3. Excipiendo, quod reus est innocens.	207
An quis sit dominus suæ famæ, & innocentie.	n.5
An Princeps, seu superior sit dominus famæ subditorum.	n.6
An Princeps sit dominus vitæ subditorum.	n.7
§. 4. Excipiendo contra Iudicem.	p. 208
An Iudex excommunicatus peccet exercens iudicia.	n.6
An excommunicatus ab vno Episcopo sit excommunicatus vbique.	n. 10
An peccent subditi tractantes cum Superiore excommunicato.	ib p.318
An Iudex privatus officio peccet vsurpatione iudicii iudicando.	num. 11
An Iudex accipiens aliquid pro sententia iuste ferenda peccet, & ad restitutionem teneatur.	n.21
An accipiens pro sententia iniuste ferenda, teneatur ad restitutionem.	n.24
§. 5. De exceptionibus contra testes.	p. 216
An testes inhabiles debeant admitti.	n. 8
Casus plures circa falsitatem testium.	n. 10
Testes vt plenè probent, quatuor requiruntur.	n.16
An liceat reo occulta crimina testium tegere ad labefactandum eorum testimonium.	n.19
An reus impingens accusatori, vel testi crimen mendacij, seu calumnie peccet.	n.20

- peccet, & teneatur ad restitutionem. n. 20
- §. 6. De exceptionibus contra processum. p. 124
- Duplex infamia, iuris, & facti. n. 4. & quo tollitur. n. 8.
- Fama debet habere ortum à personis fide dignis. n. 14.
- Processus factus de mandato Principis, an requirat præuiam diffamationem. n. 15.
- An praxis Iudicum sæcularium probetur. n. 18.
- §. 7. De exceptionibus contra propriam confessionem. p. 228
- Quinque modis potest quispiam alteri esse subiectus. n. 16
- Iudices sæculares vt peccant iudicantes clericos. n. 7.
- An Iudex, vt verum eliciat à reo possit impunitatem promittere. n. 15
- An teneatur tales promissiones seruare. n. 16
- Licetum est homicidium factum ob sui defensionem. n. 19
- Moderamen inculpatæ tutelæ circa tria consistit. n. 20
- An pro defensione pudicitie liceat inuasorem occidere. n. 21
- An idem liceat pro defensione proprii honoris. n. 22
- An idem liceat pro defensione consanguineorum. n. 23
- §. 8. De exceptionibus contra sententiam. p. 234
- An Princeps possit aliquem ex priuata scientia, aut non citatum, & auditum condemnare sub num. 3. ibid. Hoc quod dictum est, Iudex vt non excedat, imponat pœnas iuxta delictorum grauitatem, & qualitatem. n. 4
- Deficientibus legibus, Iudex imponat pœnas arbitrio suo. n. 6. Arbitrium vero Iudicis à iure debet regulari. n. 7
- Quæ considerare debet Iudex in arbitrarijs pœnis imponendis. nu. 8. In criminalibus non punitur quis corporaliter, nisi dolus intercedat. n. 9
- Dolus quando non præsumitur, regula generalis. ibid.
- Coniecturæ doli commissi. n. 11
- Iudex ex causa potest minuere pœnam à lege impositam. n. 12. Iudex ex causa potest commutare pœnam vnã in aliam. num. 13. Superior Regularis potest amoueri, seu prohiberi ab officio, & dignitate absq; strepitu Iudicis. n. 13
- §. 9. De exceptionibus contra delictum confessum. p. 249
- vbi ponuntur 15. exceptiones. 1. Prescriptio delicti. 2. Exceptio facta iudicata. 3. Furor, vel insania. 4. Motus iræ. 5. Ebrietas. 6. Dormiens. 7. contra insidiantem. 8. ex alia causa mortuus est. 9. credebat se illud posse facere. 10. Bona fama præcedens. 11. Nobilitas, & dignitas personæ. 12. Insignis peritua in litteris, vel in armis. 13. Merita in Principem, vel in Rempublicam. 14. Multitudo reorum. 15. Spontanea confessio.
- §. 10. De appellatione. p. 144
- Appellare non potest reus conuictus, & confessus. n. 1
- Alioquin non est audiendus. n. 2
- Appellans, & assignans causam probabilem contra suam confessionem, debet audi. n. 4
- Qui iuste damnatus est, si appellat, peccat mortaliter. num. 6. Et teneatur ad omnia damna. ibid.
- Appellatio in notorijs non admittitur. num. 7. Condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure non auditur. n. 10
- Hereticus damnatus, & appellans, non auditur. n. 11
- In correptionibus regularibus non datur appellatio, nisi fiat excessus. n. 12

A sententia qualibet datur appellatio, excepta interlocutoria post Conc: Iud.	n. 13
M odus seruandus in appellatione.	n. 14
Iudex debet admittere iustam appellationem.	n. 15
Appellatio aliquando fit coram honesta persona.	n. 16
Appellatio in dubijs est admittenda.	n. 17
Appellatio fit dupliciter, voce, & factis.	n. 18
Appellat. iusta interposita, nequit Iudex procedere.	n. 19
A declaratione sententiæ excommunicationis licet appellare. num. 20	
Regularis potest appellare.	n. 21
Appellationis ordo.	n. 22
Appellans extra ordinem est excommunicatus.	n. 23
S extus Casus. De Abortu.	p. 249
Fœtus quando dicatur animatus.	n. 4
An Religiosus præbens Medicinam Mulieri grauidæ, ipse tamen nesciens eam esse talem, & propter hoc abortiens, incurrat in casum.	n. 6
S eptimus Casus. De falsificatione manus.	p. 251
O ctauus Casus. De furto.	p. 252
Quale furtum faciat peccatum mortale.	n. 2
An Religiosus accipiens aliquid ex bonis Monasterij, incurrat in casum reseruatum.	n. 5
An Religiosus possit alijs donare quæ ad suos vsus concessa sunt.	n. 6
An liceat Religioso sumere de rebus Monasterij, vt faciat elemosynâ.	n. 9.
An furari ab Ecclesia Reliquias, Calices &c. sit casus seruatus.	n. 10
An etiam talis incidat in excommunicationem.	n. 11
An furans aliquid ad vsum alterius Religiosi concessum incidat in hunc casum.	n. 13
An qui furatur scripta etiam.	n. 14
An fur puniri debeat pena expulsionis à Religione.	n. 15
An semper qui furatur aliquid ex communi, vel ex vsu particulari ali- cuius incidat in hunc casum.	n. 16
An furans comestibilia, vel quæ vsu consumuntur, teneatur ad restitu- tionem.	n. 17
An liceat fratribus Minoribus aliquid dare extra Monasterium. num. 18.	
Conditiones pro hoc.	ibid.
N onus Casus. De lapsu carnis.	p. 257
Concupiscentia omnis quo fit peccatum. n. 3. Consensus expressus quando. num. 4. Consensus tacitus.	ibid.
De consensu interpretatiuo.	ibid. n. 5
Cogitatio morosa quæ, & quando.	n. 7
Quando fit peccatum mortale.	n. 8
De pollutione.	n. 11. 12. 13. & 14
An quis ex delectatione turpi se delectans, & se polluens, incidat in casum. n. 15. An Religiosus cum Muliere cubans, & emittens semen extra vas, incidat in casum.	n. 19
An Religiosus sollicitatus à muliere, etiam cum minis, & cubans, incidat in casum.	n. 20
Sodomia fortitur varia nomina.	n. 21. 22. 23. & 24.
Pœnæ contra Sodomiam exercentes.	n. 25
Confessarij in confessione sollicitantes ad actum carnalem, an sint suspecti de hæresi.	n. 26

Quomodo debeant puniri .	n. 28
Tactus impudicus, & enormis quis.	n. 30
Bestialitas an faciat vt quis incidat in casum ?	n. 31
Decimus Casus . De occisione, vulneratione, & graui percussione. p.266	
An liceat in aliquo casu seipsum occidere.	n. 2
An Religiosus si non possit se defendere ab inuasore, nisi interficiat aliquem in via, licitè id faciat.	n. 3
An incurrat, mandans id per alium fieri.	n. 4
An propinans alteri venenum incidat in casum.	n. 5
An Nouitius occidens Religiosum professum sit puniendus à Prælati Religionum.	n. 6
An liceat se ipsum mutilare, seu vulnerare.	n. 7. & 8
Percussio grauis quæ. n. 9. An Superior incidens in canonem si quis, possit absolui ab aliquo suo subdito.	n. 10
An excedens Superior in correctione incidat in casum.	n. 11
An Religiosus percuriens Nouitium incidat in casum.	n. 12
An Religiosi subditi se percutientes possint à suis Superioribus absolui.	
n. 13. An hoc eis concedatur solum quando se percutiunt in claustrum, an etiam quando extra claustrum. n. 15. Si Religiosi se percutientes sunt diuersorum Ordinum, à quo debeant absolui.	n. 16
An si per iocum se percutiunt Religiosi, licet excedat, incurrant in excommunicationem.	n. 17
An Religiosus se percutiens sit excommunicatus.	n. 18
An Religiosus percutiens alterum Religiosum excommunicatum, incidat in excommunicationem.	n. 19
Undecimus Casus . De apertione litetarum Superioris.	p. 272
Qua pena debeant puniri sic apertientes literas.	n. 2
An qui solum aperit, & non legit incidat in casum.	n. 4
An si quis inaduertenter id faciat.	n. 5
An liceat in aliquo casu aperire tales literas. à nu. 6. vsque ad finem.	

A P P R O B A T I O.



X Commissione Admodum R. P. Generalis nostri Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum, ego F. Anselmus de Consentia Theologorum minimus, & in Conuentu nostro Coriolani Lector, vidi hunc *Traëctatum de Casibus Reseruatis, ab Admod. R. P. Francisco de Coriolano compositum*, in quo omnes difficultates, quę in tali materia communiter euenire solent apud Regulares, breuiter, sed clarę enucleantur: nihilq; in eo Fidei repugnans reperi, nihil almę Matris Ecclesię Romanę, atque Sacrorum Canonum Decretis, aut bonis moribus contrarium. Imò potius in omnibus explicandis, quę hanc materiam concernere possunt, tantam in eo eruditionem reperi, vt Typis dignum, & omnibus Confessarijs, tum Regularibus, tum sæcularibus perutilem esse censeam. In quorum fidem has præsentem manu mea subscriptas dedi.

Dat. Coriolani in Conuentu nostro Fratrum Capuccinorum die 8. Mensis Decembris, quę est Festum Conceptionis Sanctis. Virginis Marię 1615.

Fr. Anselmus de Consentia manu propria.

Facultas Adm. Reu. P. Generalis.

CVM Opus hoc de Casibus Reseruatis apud Regulares à sęl. record. Clem. VIII. postis à R. P. Fr. Francisco de Coriolano nostre Religionis Sac. Theologię olim Prælectore, & nunc in Prouincia Lugdunensi nostro Commissario Generali compositum Pater Anselmus de Consentia eiusdem Institutis Lector, cui id commisimus, recognouerit, ac in lucem edi posse probauerit: facultatem concedimus, vt seruat is seruandis Typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus.

Dat. Papię die 2. Iulij, quę est Festum Visitationis B. Marię 1616.

Frater Paulus à Celena Generalis.

Locus Sigilli.

1632. Die vltima Decembris!

Denuò Imprimatur.

*Fr. Franciscus Carenus Sacra Theologia Lector,
Commiss. S. Officij Mediol.*

*Io: Paulus Mazuchellus pro Reuerendiss. Cap.
Sede Vacante, &c.*

Comes Maioragius pro Excellentiss. Senatu.



PRIMÆ PARTIS
SECTIO PRIMA.

In qua tractatur de pertinentibus ad Prælatos.
continens articulos 25.

ARTICVLVS PRIMVS.

An Prælati possint sibi reseruare casus?



ESP. quod pro fundamento dicendum tam in hoc articulo, quam in sequentibus, præsupponi debet, quod confessio instituta

est à Domino nostro Iesu Christo, tantquam forûm quoddam, in quo causæ peccatorum discuterentur, & terminarentur per Sacerdotes, qui fori poenitentialis sunt Iudices: rei sunt peccatores: processus, & merita causæ in conscientijs hominum leguntur: & vltimo sententia est illa: *Ego te absoluo à peccatis tuis, in nomina Patris, & Filij & Spiritus sancti.*

2 Confessio igitur est de iure diuino, quod patet, quia ea quæ sunt iuris humani, reperiuntur initium habuisse ex Concilio alicuius Oecumenici, aut summi Pontificis Decreto: at confessio peccatorum fuit in Ecclesia ante omnia Conciliorum, Pontificumque Decreta, vt patet ex Irenæo lib. 1. cap. 9. ex Tertull. in *Apolo- log. cap. 4.* & Orig. *hom. 2. in Leuit.* qui non solum primi Generalis Concilij Nicæni videlicet tempora antecesserunt, sed etiã omnium aliorum Conciliorum, omniumq; Pontificum Romanorum, qui de sacramentali confessione sanctionem aliquam ediderunt.

3 Quod cum multis probari possit, sicut faciunt illi, qui aduersus hæreses scribunt, vt *Pater à Castro, Bellarminus, Thom. Valdensis, & alij*, vnicum tamen argumentum validissimum adducam: nempe si de Iure diuino non fuisset instituta confessio, qui fieri posset, vt Principes, Regesque potentissimi cogerentur, sacerdotibus, qui & ipsi homines sunt, peccata sua omnia detegere, quamuis arcana, quamuis turpia, quamuis pudenda, quamuis horrorem etiam ipsi confidenti adferentia, & eorundem Sacerdotum iudicio stare ac multam ab illis iniunctam subire? Tanta res est hæc, vt nullo modo credibile sit, aut Ecclesiæ Præsides ausuros fuisse legem huiusmodi ferre, aut populis persuadere potuisse, vt eiusmodi legem acciperent, & tot iam seculis obseruarent, nisi diuinum imperium, diuina institutio, diuina promissio accessissent. Igitur diuina fuit auctoritas, quæ ad obedientiam in confessione facienda populorum animos inclinauit: diuina promissio, quæ eisdem, vt libenter ad confessionem accederent, inuitauit.

4 Si quæras, quando confessio instituta sit? dicam, quod tunc, quando Ioannis vigesimo dictum est Apostolis: *Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis pec-*

Confessio à Christo instituta est sanguinum forum.

Confessio est de iure diuino.

Irenæus, Tertull. Origen.

Confessio quando instituta fuit Ioann. 20.

casu, remittuntur eis, & quorum retentionis retenta sunt.

Matt. 16. Petro de clauibus, **Marth. 16.** Tibi dabo clauis Regni Caelorum, quodcumq; solueris super terram, erit solutum & in caelis, & quodcumq; ligaueris, erit ligatum. Vbi nomine clauium intelligitur uera potestas ex auctoritate absoluendi: nam clauis non solent fieri, vel dari, ad significandum ostium esse clausum, vel apertum, sed ad aperiendum, vel claudendum re ipsa; & praeterea, clauis dari solent Magistratibus in signum potestatis. Vnde

Apoc. 3. Apocalypf. 3. dicitur de Christo: *Qui habet clauem David: aperit, & nemo claudet: claudet, & nemo aperit: ubi per clauem, omnes intelligunt ueram, & propriam potestatem, quae possit Christus ex auctoritate iudiciaria absoluere, & ligare: quare, cum easdem clauis Christus cum Apostolis, eorumque successoribus communicauerit, ueram potestatem ex auctoritate iudiciaria soluendi, & ligandi eam illis communicauit. Igitur quod antea promiserat Petro, & in capite decimo octauo apud*

Matt. 18. Idem promisit omnibus, seu praedictionem fecit quandam eius potestatis, quam Apostoli, & eorum successores accepturi erant: cum illis uerbis: *Quodcumq; alligaueritis super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcumq; solueritis, erit solutum & in caelis, apud Deum Ioannem postea receperunt.*

CC. Trid. Quod autem uerba Christi apud Ioannem sic intelligi debeant, & non de auctoritate praedicti Euangelium, quo peccata dimittuntur, determinatum est in Concilio Trid. Sess. 14. Cap. 3. his uerbis: *Si quis dixerit, uerba illa Domini Saluatoris, Accipite Spiritum Sanctum, quorum remissionis peccata, remittuntur eis, & quorum retentionis, retenta sunt, non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi in Sacramento Penitentiae, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit: & dixerit autem contra institutionem huius Sacramenti ad auctoritatem praedicti Euangelium, anathema sit.* Ex quibus uerbis Theologi communiter recte deducunt futuram Confessionem distinctam peccatorum: non enim remittit Sacerdos, nisi quae cognoscit: oportet ergo ei manifestare illa, quorum remissionem eoque optamus: & insuper, si quae non

sunt remittenda, eius sit arbitrio.

Praeterea, dicit Christus, *Quorum remissionis peccata, & non dicit: Quae peccata remissionis: quia non tantum peccata respicere oportet, sed personas etiam: necesse est enim, qui remissionem consecuturi sunt, accedant dispositi cum dolore commissorum, cum firmo proposito in futurum cauendi, cum Fide, & Spe Christiana: uade sit, ut eadem peccata aliquibus remitti debeant, alijs uero minime.*

6. Quod Confessio instituta sit tanquam FORVM, in quo Sacerdotes Iurati tanquam dices sunt, habet hoc **D. August. Lib. 20. forum est. de Ciuit. Dei, cap. 9.** ubi explicans illud

Apoc. Et uidi sedes, & sedentes super eas, & iudicium datum est eis; ita loquitur. Non hoc putandum est de ultimo Iudicio dici, sed sedes Praepositorum, & ipsi Praepositi intelligendi sunt, per quos Ecclesia nunc gubernatur. Iudicium autem datum nullum melius accipiendum uidetur, quam id quod dictum est: *Quae ligaueritis in terra, ligata erunt in Caelo.* Vnde Apostolus: *Quid enim nihil est, inquit, de his, qui foris sunt, iudicare? uerbo de his, qui intus sunt, uos iudicatis?* & **D. Gregorius homil. 26. in Euang. exponens **Gregorius.** illa uerba: *Quorum remissionis,* inquit **Prinepatum** superni Iudicij fortiuntur, *ut uice DEI quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent.* Quod confirmiter etiam dixit **D. Chryllosomus Chrysol.** **Lib. 3. de Sacerd.** in his uerbis. **Pater** omnifariam filio potestatem dedit: **caeterum,** uideo ipsam eandem omnifariam potestatem a filio illis traditam: nam quae iam in Coelum transfata, ac supra humanam naturam posita, atq; nostris ab effectibus exempti, sic illi ad Principatum istum perducti sunt. **Habet hoc** clarissimum Concilium **Trid. in Sess. 14. cap. 5.****

Council. sic dicens: *Christus in terris ascensus ad Trid. Caelos, Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit, tanquam Praesides, Iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in qua Christi fideles ceciderint, quo pro potestate Clauium remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronunciant.*

7 Bene uerum est, quod Sacerdotes in in Confessione Iudiciali Tribunali sedentes sunt Iudices arbitrarij, ut recte sentit **Scorus in 4. qui ces arbitri sine causa a Soto reprehenditur in 4. r. j. dist. 18. quaest. 1. m. 1.** quasi **Scorus a Scorus** fecerat.

erat, illos non esse Iudices ordinarios, & delegatos. Sanrenim Sacerdotes vere Iudices, aut ordinarij, aut delegati, à supremo Iudicè, hoc omnes Doctores communiter, quin & ipse Scotus id non negat: sed quando dicit, quod sunt arbitri, non vult dicere, quod sunt arbitri, id est, iurisdictionem habentes ex conuentione partium, sed quia in arbitrio eorum posita est auctoritas soluendi, & ligandi, & penitentias imponendi.

Concil. Por. mactusa. Sic eos vocat Concilium Vormaciense, c. 25. Pœnitentibus, inquit, secundum

differentiam peccatorum, Sacerdotis arbitrio pœnitentiæ discernuntur. Debet itaq; Sacerdos in pœnitentiâ danda, singulorum causas singularim considerare, originem quoque, modumq; culpæ, & affectus, gemitusq; delinquentium diligenter examinare, manifesteq; cognoscere, temporum etiam, & personarum, locorum quoque, & ætatum qualitates inspicere: vt pro consideratione locorum, ætatum, vel temporum, seu qualitate delictorum, atq; gemituum, vniuiusq; delinquentis, à Sacris regulis oculos non deflectat. Idem quoq;

Hilarus. S. Hilarius *Can. 16. in Matth. in his verbis.* O beatus Coeli ianitor, cuius arbitrio clauis æterni aditus eraduntur: cuius terrestris iudicium præiudicata auctoritas sit in Coelo: vt quæ in terris, aut ligata sunt, aut soluta, statuti eiusdem conditionem obtineant & in

Leo Papa. Coelo. Et Sanctus Leo Papa explicans eadem verba: Quodcumq; solueris super terram, erit solutum & in Cœlis, &c. dicit. In soluendis, aut ligandis quorumcumq; causis, aliud non est relictum in Coelo, quam quod Petri sedisset arbitrio. Sic quoque eos vocat Nauarr.

Nauarr. in c. quem pœnitent. n. 7. & in *Manuali. c. 26. num. 17.* Itaque si Scotus asseruit, Confessarios esse Iudices arbitrarios, asseruit id, quod dicunt Concilia, & Patres: non ergo debuit Sorus sic eum carpere absq; villo fundamento.

Prælatis 8 Quibus sic prælibatis, dico adque-
possunt sibi situm, quod Prælati possunt sibi referuare
casus. uare casus: & elicitur ex verbis Christi: *Quorum retinueritis, retenta sunt:* retinere enim, quid est, nisi, nolle remittere? Vnde in Concil. Carthagenensi *Can. 31.* dicitur: *Ve pœnitentibus secundam peccatorum differentiam Episcopi arbitrio pœni-*

sentia tempore decernantur, & idem Ca-
nō repetitus inuenitur in Concil. Aphi-
meno Can. 16. & denique determinatum
est in Concil. Trid. Sess. 14. ca. 7. cuius
hæc sunt verba. Magnopere vero San-
tissimis Patribus nostris visum est, ut atro-
ciora quadam, & grauiora crimina, non à
quibusuis, sed à summis dumtaxat Sac-
erdotibus. absoluerentur. Vnde merito Pon-
tificis maximi, pro suprema potestate sibi in
Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas cri-
minum grauiores, suo poterant peculiari i-
udicio reseruare, & in ead. Sels. Can. 11.
sic habetur. Si quis dixerit, Episcopos non
habere ius reseruandi sibi casus, nisi quo ad
externam potestatem: atq; adeo Casuum reser-
uationem non prohibere, quo minus Sacerdos
à reseruatis vere absoluat, anathema sit.
Ex quibus verbis sequitur.

9 Primò, quod Pontifex Summus pos-
sit sibi reseruare casus respectu omnium,
siue sint Episcopi, siue alij quicumque
Prælati, quod est certum de Fide ex vsu
Ecclesie, & ex suprema potestate Sum-
mi Pontificis. Et ratio est, quia omnis
iurisdictionis, quæ est in Ecclesia, tam or-
dinaria, quam delegata, manat à Sum-
mo Pontifice.

10 Secundò sequitur, posse Episcopum
respectu Parochorum sibi subditorum
reseruare casus: hoc constat ex vsu Ec-
clesie, & ex Concilio Tridentino, vbi
supra.

11 Tertio sequitur, alios, qui in Ecclesia
habent iurisdictionem ordinariam sum-
lem, seu proportionatam Episcopali,
posse etiam reseruare sibi casus, respectu
suorum subditorum, sic Prælati Regu-
lares: hoc constat ex vsu Ecclesie, & vl-
timo ex Decreto Clem. VIII. posito in
principio.

12 Quarto, sequitur delegatos posse
etiam num facere, sed iuxta tenorem de-
legationis eis data, & non adhibitum:
ratio est, quia iurisdictionis necessaria in
Sacramento Pœnitentiæ manat à supe-
rioribus Prælatis ad inferiores Mini-
stros, & ideo potest iuxta illorum arbi-
trium esse magis, & minus limitata.
Vnde generaliter, hæc potestas, delegan-
di scilicet, est in his, qui habent ordina-
riam iurisdictionem: & cum delegatio
sit voluntaria, sicut potest omnino non
fieri, ita etiam potest tantum ex parte
fieri, id est, circa quasdam causas, & non

Pontifex
Summ. po-
test sibi re-
seruare ca-
sus respectu
omnium.

Episcopus
potest sibi
reseruare
casus circa
suos subdi-
tos.

Prælatis Re-
gularibus pos-
sunt sibi re-
seruare ca-
sus circa
suos Sub-
ditos.

Delegati
possunt sibi
reseruare
casus respe-
ctum.

circa alias, quæ proinde referuatæ manent: ille enim, cui delegatur iurisdictione, ex se non habet ius ad illas, & ab alio liberè datur, unde sit, vt maior, & minor possit dari voluntariè.

Expediens est referuatio casuum Meritò autem prædicta Casuum referuatio visa est Pastoribus Ecclesiæ ex- pedire, sicut dicit Concilium Trid. vbi supra, & propter rigorem disciplinæ: & vt fideles magis contineantur ab huiusmodi peccatis, saltem propter difficultatem obtinendi absolutionem: & etiam vt à Prælati melius corrigantur, & ad emendationem iuuentur.

ARTICVLVS II.

Quod iure Prælatis Regulares possint sibi re-
seruare casus, respectu suorum
subditorum.

Respondeo, quod eodem iure, quo Episcopi, cum ex vsu Ecclesiæ, tum ex Concilio Trid. tum ex Decreto Clem. VIII. vt dictum est in Primo Articulo, ibi, secundo sequitur. Ratio est,

Prælatis Religionum circa suos subditos habent iurisdictionem quasi Episcopalem. quia Prælatis Regulares habent circa suos subditos iurisdictionem quasi Episcopalem, iuxta Gloss. receptam, & à quibusdam reputatam singularem, in Clem. 1. verb. proprii, de reb. Eccl. non alien. quam Cardinalis ibidem quat. 34. commendat, dicens, eam seruari de consuetudine, & quod ipse fecit eam frequenter obseruari: & per illam Gloss. putatam singul. dixit Abbas in c. 1. de reb. Eccl. non alien. col. 1. quod huiusmodi Prælatis exempti, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, possunt exercere in suos subditos ea, quæ Episcopi in suos. Vide

Cardin. Abbas. Nauarr. lib. 5. consil. de regul. consil. 23. qui etiam ait, posse Prælatos Regularium excommunicare iure communi suos subditos, cap. transmissam, & c. suffraganeis de elec. & cap. cum ab Ecclesiasticum, de offic. suos subdi-

Nauarr. Suarez quoque in 4. 20. disp. 30. sect. 2. num. 5. ait: De inferioribus autem Prælatis iurisdictionem Episcopalem habentibus, vt sunt Abbates exempti, & similes. Et in num. 6. refert verba Congregationis Cardinalium. Sed in hoc Decreto non comprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, sed tantum Episcopi,

Suarez.

& num. 7. idem esse dicendum de Prælatis Regularium respectu suorum subditorum, quia non sunt Episcopi, licet in eos habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, & in disp. 55. sect. 5. in princip. ait, quod Generales, & Prouinciales videntur habere plenariam iurisdictionem Episcopalem in suos subditos.

Idem etiam fateretur Rodriguez in sua *Rodriguez Summa tom. 1. c. 29. num. 3.* scilicet, quod Generales, & Prouinciales, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, aut quasi Episcopalem, habent eandem iurisdictionem, & potestatem in subditos, quam Episcopi in suos, cum sint æquales in posse: & citat Panorm. in c. off. Clerici *Panormie.* S. de adulterijs, nu. 13. de iudicij. Quod adeo exitimat verum Rodric. vt in 10. 1. 99. regul. dicat, sicut hereticantur dicentes, Episcopos non posse sibi referuare casus in foro interiori; ita etiam hereticare videntur, negantes istam auctoritatem Prælatis Regularium. Quæ omnia reulimus propter eos, qui vel negant, vel dubitant de hac iurisdictione quasi Episcopali Prælatorum Regularium in subditos suos.

Toleros. Hic verò notandum, quod Toleros in sua *Summa lib. 1. c. 89.* dicit, quod etiam Prælatis Religionum habeant iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos; non possunt tamen omnia in suos, quæ possunt Episcopi. Namque Concil. Trid. Sess. 24. cap. 6. dat facultatem Episcopis, vt in Irregularitatibus ex occultis delictis prouenientibus possint dispensare.

Hæc tamen facultas sic facta Episcopis non competit Abbatibus, nec Prælatis Religiosorum ex sententia Congregationis super Concilium: & dat rationem, quia quamuis in suos subditos habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, non sunt tamen Episcopi.

Quod dictum intelligi debet de iure communi: nam alias ex privilegio habent facultatem Prælatis Regularium dispensandi suos ab irregularitatibus ex occultis delictis prouenientibus. Vnde Martinus V. concessit, quod Prior Monasterij S. Benedicti Vallefoleti in foro conscientie possit absolvere Monachos ab omni excommunicationis sententia, etiam si talis esset, quam ipse Sum. Pont. referuare consuevit: & cum eis super irregularitatem etiam in illis casibus in quibus

Prælatis Regularium multa possunt ex Privilegio, quæ non possunt à iure communi.

videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione.) valeat dispensare: dum tamen aliquod horum etiam non sit notorium.

Simile Privilegium concessum est a Julio II. Ordini Prædicatorum, vt reserretur in *Compendio Privilegiorum Societatis*. *Compend. verbo dispensatio* S. 1. fol. 87. & in *tit. 10.º, parit. D. Epim. Hispanie.*

Circa quam concessionem notat collecta: Privilegium Mendicantium verb. *Ab solutio ordin. quo ad fratres* S. 40. quod licet primo facta sit soli Abbati, seu Priori Monasterij S. Benedicti Vallefoletis; postea tamen sine extensa, siue communiter a superioribus Priobus; vel Abbatibus aliorum Monasteriorum: Et Sixtus IV. concessit Generalibus, & Provincialibus Ord. Minorum, & Prædicatorum, vt possint dispensare cum suis subditis in omni irregularitate (excepta ea, quæ procedit ex homicidio voluntario, Bigamia, & mutilatione membrorum) prout patet in *libro de communicatione Ordinum, in prima Impressi. fol. 81. & in *secunda de Impressi. fol. 144. conclus. 23. 1.º & fol. 140. conclus. 77.* Et Clem. IV. concessit, quod Magister Ordinis, Provincialis, Con-*

uentuales, atq; eorum vicarii gerentes in Conuentibus, possint dispensare cum Fratribus sibi commissis: nec non cum Fratribus sui Ordinis ad eos declinantibus vnde eorum, in irregularitate, quans contraherent; & antequam vel postquam Ordinem intrarent ex eo, quod excommunicari, vel suspensum, vel interdicti celebrantur; vel si scilicet, Ordines susceperunt: vide *Monumenta Ordinum in prima Impressi. fol. 127. & in 2.º fol. 140. conclus. 318.* Qui similiter concessit, quod Fratres, quos Generales, & Provincialis Ministri, & eorum Vicarij, ac Custodes in proprios habuerint Confessores, possint absolutionis, & dispensationis beneficium impertiri. Hoc Privilegium habetur authenticè in *Mari magno Prædicatorum. fol. 236.* Vide latè de hac re, quæ habet Rodriq. an. 1.º q. regul. q. 24. per totum.

A R T I C V L V S III

De Iurisdictione prædicta competat Prælati Regularibus Iure Diuino, vel Humano.

1. QVOD Rodriquez in 1.º q. 99. reg. q. 17. art. 2. tenet, quod Iure humano & apali id eis conuenit: nam ad solum Summum Pontificem spectat veram Religionem approbare, vt ostendit Doctissimi Theologi, & tradit luculentissime Bannes in 2.º 2.º q. 1. art. 1. dub. 8. conclus. 2. quia si Summus Pontifex auctoritatem habet circa statum Episcoporum diuidendo Episcopatus, ipsiq; Episcopos certis Legibus, & conditionibus continentendo, & gubernando; multo magis potestatem habet circa statum Religionis inferiorem statum Episcoporum, vt eius substantiam, quæ in tribus essentialibus notis consistit, ad differentes fines proximos destinat, atq; distinctos Ordines faciat, conuenientiq; media vnicuiq; Ordini consuevit proprio sine proportione. Atque ita summi modi potestas ad Summum Pontificem spectat, vt nullus in Ecclesia possit nouum Ordinem instituire absq; Summi Pontificis consensu, & confirmatione, Et hinc sequitur, quod quando Summus Pontifex aliquam Religionem confirmat, eo ipso tribuat potestatem Prælati illius Religionis ad eam gubernandam, vt probat Bannes vbi supra in concl. 6.

2. Alij verò peritissimi Theologi ad potestas iurisdictionis in foro exteriori Prælati Religionum: hanc opinionem tenent Medina in *lib. de Indulg. c. 24. tit. 2.º*, grauiusque auctores docuisse; nullos, tametsi refert: sed possunt citari *Sotus lib. 3.º de Medina. iust. & iur. q. 5. art. 1. Rodriq. Bannes vbi supra, Suarez in 4.º q. disp. 30.º & alij* sed probatur.

3. Primo, quia potestas iurisdictionis, quæ data est Ecclesie in illis, verbis Matth. 18. *Dir Ecclesiasticæ. si Ecclesia non audierit, &c.* est potestas Prælatorum nam per (*Ecclesiam*) eo loco Prælati intelliguntur secundum communem interpretationem, præsertim verò Chrysostr. At præfecti Religionum sunt vere Prælati, vt visum est in præcedenti articulo: ergo

Compend. Privileg.

Rodrig.

Ad solum Summ. Pontif. spectat Religionem approbare. Bannes.

Monumenta Ordinum.

Mari magno Prædicatorum.

Rodriq.

Potestas in foro exteriori Prælati Religionum. Medina. Sotus. Rodriq. Bannes. Suarez.

Matth. 18

Chrysostr.

ergo iure Diuino habent potestatem, & iurisdictionem.

4. SECUNDO, quando Christus dixit Matt. 18. Quaecumque solueritis etc. non solum locutus est cum Apostolis, sed etiam cum omnibus Praelatis, vt Doctissimus Roffensis ait in art. 9. cons. Lutheri, tradens illis iurisdictionem in vtroque foro, vt insinuat Sorus in 4. d. 12. q. 1. c. 1. c. 2. vel in foro exteriori tantum, vt affectu Turrecremata lib. 2. c. 77. ergo cum Praefecti Religionum sint Praelati, illis data est potestas iurisdictionis iure diuino.

5. TERTIO. Episcopi habent potestatem iurisdictionis extra Sacramentum immediate à iure diuino, vt probant Victoria de potest. Ecclesia q. 2. n. 28. Castro lib. 2. de insubariis c. punit. c. 24. & contra haereticos, verbo, Episc. & Sorus lib. 10. de iust. c. in q. 1. n. 4. sed Praefecti Religionum Generales, & Prouinciales sunt similes quoad iurisdictionem ipsi Episcopis, vt in praecedenti articulo probatum est, ergo Praefecti Religionum habent suam potestatem immediate à Christo, sicut & illi.

Hoc bene verum est, quod sicut summus Pontifex potest tradere huic, vel illi tantam, vel tantam Ecclesiam super quam exerceat iurisdictionem suam, ita pariter potest cum causa ad hoc vel ab illo Ecclesiam tantam, vel tantam subtrahere, & alium substituere, quoniam Pontifex Romanus est Episcopus, & Pastor totius orbis, cuius ouile sunt omnes Catholici eius: igitur est diuidere oues, & earum curam peculiaribus pastribus committere secundum indigentiam spirituali utilitatis ipsarum ouium.

Sed quicquid sit de hoc, certum est, quod possunt sibi reseruare casus, siue potestatem habeant à iure diuino, siue à iure humano, & quod ad hoc habent non sibi superiorum iurisdictionem quasi Episcopalem.

Norandum est autem, quod Praelati omnes, tam saeculares, quam Regulares, possunt sibi reseruare.

PRIMO. Personas quasdam, puta nos possunt campores, & mercatores & huiusmodi sibi reseruare quod est non videatur in vsu, sierrnhiuaria, sc. lominus potest, non tamen respectu personarum, & ratorum, cum casuati sint iudices Ordinarij fori interioris suorum Parochiano-

rum, & ratorum, qui ad officium legitime, sique subeunt, sequitur potestas clauium, quae datur in recipiendo Ordine, non a requiritur etiam materia debita, scilicet subditus, quae habetur ex iurisdictione. Haec autem iurisdictione, vel est ordinarij, & eo ipso quo quis admissus est ad parochiale beneficium, effectus est confessor, vt habetur in Concilio Tridentino, vel est delegata, siue illi commisit Episcopus hanc facultatem: quare sicut potest committere in totum, ita & illam limitare, vt scilicet audiatur omnes excepto tali genere personarum.

8. SECUNDO, possunt reseruare tempus, scilicet exceptuando aliquos festiuitates, vel dando eis delegationem ad tempus, ad annum nempe, ad semestrem.

Dixi (delegationem) nam hic non est sermo de curatis, qui perpetuam habent auctoritatem, sed de delegatis, quibus potest limitari tempus.

9. TERTIO possunt, & debent Praelati reseruare sibi crimina quadam grauiora, & atrociora: & hoc iam respossum delegatorum, quatenus in curatorum, vt tenet Gloss. in alen. dudum de sepult. c. in cap. in di. punit. c. riuiss. vbi Franciscus num. 10. dixit, quod ordinarij potestates facientium curatorum concessa eis à iure communi, potest per Episcopum archidiaconi reseruare, quae ad solutionem & mandatum sanctae iudicaturae: & diuinitatem, periculo sicut in firmo iuramento doctorum, & peritiori medico reseruanda sunt ad curam, ita atrociora, & atrociora crimina reseruanda sunt Episcopis.

ARTICVLVS. IV.

An omnes Praelati Religionum possint sibi reseruare Casus

Respondetur, quod ante Innocentium Clementis VIII. licebat omnibus Praelatis, etiam Guardianis, vt obstat stat. ex Alexandro VI. & pariter poterant ad sibi sibi reseruare casus: & in Regula S. P. nostri Francisci in c. 7. praesupponitur, quod Praelati id possunt facere, cum sint Praelati ordinarij, qui de iure id possunt ad qualitatatem, & numerum reseruandarum culpa- rum, libera eis datur facultas, cum per Regu-

Maab. 18.

Roffensis.

Sorus.

Turrecrema.

Victoria.

Castro.

Sorus.

Catholus.

Gloss.

Franciscus.

Ante De-

cretum in

omnibus Praelatis

Regul. potest

casus sibi

reseruare ca-

sus.

Poss. Deem

casum lini-

tas a est po-

restas.

Regula. Regula nulla preceptio fiat, cuius casus si quis frater infigit, inuincibiliter obligetur peccare, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuit inquit Fratres, ut reservatur ad solos Ministros Provinciales, continentur gradibus fratres ad hoc aduersari, quos citius poterunt, sine mora.

Igitur, cum nulla de hac casuum referuandorum facultas in ea sit, merito quoad numerum, & equalitatem ipsarum, & fratribus omnibus mandetur, ut ad Ministros sine mora pro referuatis recurrant, satis hanc referuandi facultatem Ministros habere, supponit.

2. Nunc autem post Decretum Clem. VIII. limitata est facultas, & quo ad personas referuantes, & quo ad casus ipsos, nam quoad personas referuantes, Guardiani simpliciter non possunt referuare casus, quia ante Decretum de iure eis non comprehendebantur, & post Decretum, apud eos remanet facultas referuandi, apud quos ante decretum de iure erat talis facultas: & quorunda ad Generales, & Provinciales, verum est, quod possunt, sed commode, quo ponit Decretum, nempe, ut pro toto Ordine Generali id fiat in capitulo Generali, cum consensu vocalium ibi pro electione facienda congregatorum: & pro Provinciali, Provincialis in capitulo Provinciali, cum eiusmodi consensu vocalium: hæc sunt verba Decreti: *Si quid alibi præterea peccatum, graue pro Religionis, conseruatione, aut pro conscientia puritate referuandum videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis capitula in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia, mature discussa, & consensu.*

3. Quo ad casus vero, etiam limitata est facultas: nam solum illos possunt referuare, quos ponit Decretum, vel omnes, vel aliquos, prout subditorum vilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

Duo dubia hic occurrunt dilucidanda: vnum est, An liceat referuare casus alios a Decreto, & nihil pertinentes ad materiam eorundem casuum, ut puta in materia lapsus carnis, referuare tactus impudicos, oscula, litterulas, munuscula &c.

Alterum est, An liceat referuare aliquem casum pro vno conuentu, & non pro alio.

Ad primum dubium, respondeo quod

Id, potest etiam fieri referuatio aliorum casuum, etiam in eadem materia, licet etiam sibi enim factum Pater Sorbus sibi declarare referuatum fuisse ab eodem Papa legislatore: alios casus vide in Compendio Priuilegiorum titu- de eadem. de Absolutio ordinata quo ad fratres, materia ibi, Capuccini annotatio.

5. Ad secundum dubium respondeo, si quis peccaret, quod si ad hoc reg. men. al. in Decretum quius Monasterij, seu Conuentus expectat, dicit specialiter in eo, aliquem casum referuare, quod potest superior cum consensu maioris partis capituli Provinciali huiusmodi casum, vel casus referuare: Nec Pontifex id prohibet, dum dicit in capitulo Generali pro toto Ordine, & in capitulo Provinciali pro tota Provincia, quia ibi non præscribit tumus Pontifex, ut peccatum necessarium referuandum sit pro tota Religione, aut pro tota Provincia: sed solum ait, *Si peccatum aliquod graue pro Religionis conseruatione, aut conscientia puritate, referuandum videbitur.*

Potest autem pertinere ad conscientie puritatem, ut in vno loco fiat referuatio, quamuis constet in alio: ut verbi gratia si locus fuerit expositus maioribus periculis, & ideo necessarium sit aliquid in eo seuerius præcipi, & obseruari: bene verum est, quod pro hoc determinando, requiritur consensus capituli Provincialis, quia summus Pontifex nec soli personæ alicuius superioris, nec soli capitulo vnius domus, aut Conuentus hanc potestatem committit.

ARTICVLVS V.

An talis referuatio possit fieri indifferenter de omnibus peccatis?

Respondetur, quod circa hoc responsio simpliciter est negatiua: nam quantum ad numerum casuum, seu quantum ad casus ipsos, non possunt referuari, nisi illi, qui in Decreto ponuntur, vel omnes vel aliqui, prout magis expedire videbitur: & quantum ad circumstantias casuum, qui referuandi sunt, hæc erunt notanda.

2. PRIMO. quod referuatio est medicina quædam, tum pro Religioso, & pro Religione, est medicina præseruatiua: nam multi, si non virtutis amore, saltem ex hoc retardantur ne talia peccata

Prelati
Regul. possunt sibi referuare casus in Decreto pos-

Dubia.

Casuum
referuatio non potest fieri indifferenter.

Referuatio
casuum est Medicina præseruatiua & curatiua.

ta committatis; quia scilicet hunc reser-
uata: vnde recte possumus dicere, quod
casus reseruati sunt sepes Religionis.
Pro Religioso vero sunt medicina cura-
ticia.

Quando ergo reseruatur casus, hoc
non solum fit, vt superior cognoscat oues
suis; iuxta illud Domini preceptum,
Agnosce uultum pecoris tui. Sed etiam,
quia in magnis morbis peritiores medici
adhibentur: & quia superiores presu-
muntur esse peritiores, & prudentiores;
propterea ad ipsos recurrendum est pro
remedio, & medicina. Cuius optima
figura fuit id quod cōsuluit Iethro Moy-
si, vt scilicet constitueret super populum
Tribunos, qui iudicaret populum omni
tempore, & subdit. *Quicquid autem
maius fuerit, referant ad te; Et ipse mitiora
tantummodo iudicent:* & infra. *Consti-
tuit eos Principes, qui iudicabant plebem
omni tempore: quibus quid autem grauius erat,
refererant ad eum. Faciliora tantummodo
iudicantes.* Et sic ad propositum, con-
fessarij ordinarij, & deputati, ordinarios
casus, & peccata diiudicant: maiores
vero, & atrociora, qui reseruati sunt, ad
superiores referre, necesse est.

In reser-
uatis ca-
sibus quid
attendan-
dum.

Ex hoc infero: quod in talibus casibus
reseruandis, sic attendendum est ad re-
medium pro Religione, vt cum hoc at-
tendatur etiam ad infirmitatem Reli-
giosi: ne scilicet, ob difficultatem ma-
gnam, seu rigiditatem nimiam Superio-
ris, desperet infirmus: iuxta illud Salo-

Pro. 30.

monis. *Qui uehementor emungit, elicit
sanguinem.*

Casus re-
seruatus
debet esse
certus.

SEC V N D O est notandum, quod
casus reseruatus debet esse clarus, cer-
tus, non dubius, seu æquiuocus: vnde
recte Emanuel Sā in suis *Aphorismis titu-
lato. 2. d. 10. casus*, ait: *Casus in dubio, non præsumitur
reseruatus.* Cui addo, quod casus non
expressus in textu decreti, habetur pro
omisso; & casus omisus relinquitur dis-
positioni iuris communis *l. si cum doto ff.
solut. matr. in principio.*

Hinc est, quod si aliquis casus potest
habere plures significationes, vnā pro-
priam; & alteram impropriam, quod de-
bet assumi propria, & comitti impropria.

Verum est tamen, quod quando con-
fessarius dubitat, an id, quod proponitur
sit casus reseruatus, necne, non debet
prius absoluerē, & iudicare esse reserua-

tum; quam si se absoluat; vt legendo
per se habros; qui casus conscientia trac-
tant, vel doctores consulendo: alius
enim peccat, exponens se periculo
absolueditium, quem non potest ab-
soluere ex defectu iurisdictionis, quando
iudicat non reseruatum illud peccatum,
quod est reseruatum: vel exponens se
periculo iniuriendi alicui scrupulum, &
salutem opinionem, iudicando, esse reser-
uatum illud peccatum, quod non est re-
seruatum, sicut in cap. *si quis malum de
pauis, dist. 7. numero 170.* dicit in si-
mili *Nauarrus*, peccato iudicem, qui
dubio fert sententiam, auequans animi
dubietatem deponat.

Nauarr.

Tertio notandum est, & sequitur in casibus
iam ex dictis, scilicet, quod illi tantum reseruandis
dicuntur casus reseruati, qui secundum seruanda
iuris dispositionem, seruata proprietate est proprie-
vocabuli comprehenduntur in litera, & ita voca-
non per extensionem Doctorum, cum tali, non
reseruatio fero dolo, & vt ita dicam, pœ-
nalis ad instar statuti: & consequenter;
pœna sunt restringendæ, iuxta regula-
tur. *Oculi sine restringendo, fatuoris sunt
ampliandi, ad regulas iuris. 6.* ita vt in eis
vis verborum tantum habeat locum.

Q V A R T O notandum est, quod
reseruatio casuum debet fieri de actibus
exterioribus cum effectu, & non de in-
terioribus: sic *Palud. in 4.* vnde homio-
dium est casus Episcopo reseruatus, &
tamen illud cordis non reseruatur. Epif-
copo ratiō ex assignatur ratio, quia sicut
Ecclesia non cognoscit de actionibus,
quæ in solo intellēto sunt, aut volunta-
te, cum solus Deus sit scrutator cordis:
ita etiam non parit. *Antonius, Tabiena,
Syluester.*

Casuum
reseruatio
de actibus
exteriori-
bus.

*Antonius,
Tabiena,
Syluester.*

Hinc primo inferitur, quod non pe-
ccat fieri reseruatio de peccatis merè in-
terioribus: id est, de his, quæ in opus ex-
ternum non exeunt per se, neque per ac-
cidens, vt dicunt Theologi: qualis est
omnis consensus, & deest cōsilio vniuersa-
lis de malo moraliter, vt consensus in
turpe fornicationem: quia in doctrina
moralī Theologica id dicitur posse, quod
iure fieri potest: & e contra, id non posse
fieri, quod ritē, & legitime non fit: &
cum reseruatio interiorum actuum tantum
quam cōtat in commoda prout in
& multoties in damnum, quia multo reser-
uati sunt, & vultum in dicitur. A & 9
quod

*De pecca-
tis merè
interioribus
potest fieri
reseruatio.*

quod Ecclesia non fecit hucusque, etiam in grauissimo mere mentali, in congruum est, ve aliquid faciat.

Sotus. Vnde Sotus tractans de hoc, ait: Respondedo duob, primum, loquendo de absoluta potestate, referuari quidem posse (scilicet peccata interiora mentis) quia illud non est iurisdictionem exercere in actus mentis, sed illam alteri non conferre: Nihilominus secundo dicimus, quod esset error illa referuare, quia peccata cordis sunt, cum frequentissima, tumeriat occultissima, vt vix homo seum discernere possit, consenserit, necne. Et ideo intolerabile est, cum huiusmodi strupulis ad Papam, vel ad alios superiores recurrere: quanquam opinio quorundam canonistarum dicentium, hæresim mentalem esse referuatam Papæ, & excommunicationi subiectam, falsissima est & inopinabilis. Sic Sotus, quem sequuntur omnes. Hinc sub casu de homicidio Episcopo referuato, non comprehenditur mandans fieri homicidium, quia casus intelligitur de homicidio exteriori cum effectu sequuto a se, & non ab alio. Nec obstat *de x. in cap. mulieres, in fine. de simoni. excom.* quia ille text. loquitur, quoad peccatum mortale: & sic quoad finem conscientiz, vbi magis attenditur animus, quam factum: et in casu, vere ille non facit; ergo non incidit in casum referuatum.

4. Inferitur etiam, quod nullus comprehendatur sub casu referuato, attendens aliquem actum, nisi ad consummationem operis, iuxta doctrinam *10. Andr.* qui voluit, quod nemo incidit in pœnam, quæ ipso iure delinquenti pro delicto infligitur, si id delictum consummavit, aut aliquid egit attendendo; sed non consummavit, etiam si per ipsum non fuerit. Quod intellige, quantum ad pœnam legis positam, quia quoad Deum, tam mortaliter peccauit, egit enim contra conscientiam.

Et Geminaudus in *capite officio. S. fin. numero 3.* quod in casu causa. in 6. in verbo (*exorsit*) vbi habetur, quod quando lex imponit pœnam actui perfecto, non incurritur talis pœna, licet quis fecerit præambula actus, si ipsum actum non consummavit. Pro hoc vide *Baldum*, qui consuluit, quod statutam puniens adulterium, non habitat in eo, qui atten-

tauit, & fecit, quod potuit. 8. AD HÆC addo, quod casus intelliguntur referuati de peccatis mortalibus, seu in materia, quæ contrahit peccatum mortale, & non circa venialia: nam nullo modo venialia possunt esse materia referuationis, cum quis ea confiteri non cogatur.

Et nec de quibuslibet mortalibus; debet fieri referuatio, sed de grauioribus, & atrocioribus, prout præcipit, & ordinat *sacrum Concilium Tridentinum vbi supra in articulo. prim.* (atrociora quædam; & grauiora crimina) ergo non debent quælibet mortalia referuari: nam ex hoc postea venit contemptus, & præsentatio redditur plus quam est odiosa apud quosdam. Facit ad hoc id, quod decreuit *sacra Congregatio S. Rom. Ecclesia Cardinalium in die nono mensis Ianuar. 1601.* in hæc verba. *Es ne locorum arduarum, quibus Ihs referuandorum Casuum comperit, plurimum, quam opus sit, referuatione. Subditis, aut Confessorijs in animarum salute procuranda copperantibus sine auerari: mouentur omnes, vt paucos, voss, tantum, quos ad Christianam disciplinam retinendam, animarumq; sibi creditarum salutem, pro cuiusvis Diocesis Bona, & qualitate necessarios referuandos esse iudicauerint, referuent.*

9. Insuper, & hoc quoq; animaduertendum, quod tam in Capitulis Generalibus, quam Prouincialibus, quando iuxta præscriptam formam Decreti tractatur materia de nouo casu referuando, vt talis determinatio fiat cum præuia discussione, & matura deliberatione, sic enim habet literæ textus: *Si quod aliud peccatum vnde pro conseruatione Religionis, aut pro conseruatione puritate referuandum videbitur: id non aliter fiat, quam Generalis Capituli, in eoto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discussione, & consensu.*

10. Quod recte præcipitur, nam si absq; tali matura discussione proponantur, & acceptentur aliqui casus: quæ facilitate sunt propositi, eadem facilitate paulò post reuocantur. Vnde consultus est, discutere prius, & mature deliberare an sit expediens, omnes casus in Decreto positos referuare, an vero aliquos tantum, sicut multi Regulares fecerunt, qui duos, vel tres casus referuarunt: nam ad se habent opinionem, in Decreto, dictis in. *ibi in 2. Aut tantum, aut aliquos, prout*

Reseruatio fit circa mort. tantum nõ venialia.

De mortalibus grauioribus fit referuatio. Concilium Trid.

Sacra Congreg. Card.

Resolutio Casuum de bet fieri cõ prauia discussione, & matura de liberatiõne

Attentans & non consummatio a-ctum, non comprehenditur dicitur in casu referuato.

10. Andr. Baldus.

Geminaud.

Baldus.

provis Subditerum, utilitati, expediens, p...
dentes in Domino iudicaverint.

Et pariter discitur, & mature deli-
berare de nouo casu referuando, sicut
dictum est.

ARTICVLVS VI.

An Superiores Religionum, possint sibi refer-
uare absolutionem exceptam a ceteris ab
a se comminata.

RESP. quod hęc difficultas ratio-
nabiliter mouetur propter De-
cretum Clem. VIII. nam videtur, quod
hoc sibi prohibeatur, & pro parte negati-
ua, scilicet, quod non possit fieri talis
referuatio, videtur ad non posse fieri sine
consensu Capituli, Prouincialis, quia
omnis casuum referuatio est Superiori-
bus interdicta, nisi eo modo, quo supra in
Art. 3. explicauimus; & hic referuatur
absolutio ab excommunicatione, quod
videtur esse contra Summi Pontificis in-
terentionem.

*Superior po-
test sibi re-
seruare ab-
solutionem
ab excommu-
nic.*

Superior vero licet dicat, quod positio
ista sit vitiorum Doctorum, ipse nihil-
ominus oppositum censet probabilius,
nimirum, hanc potestatem non esse ab-
latam a Prælatis Regularibus, quia De-
cretum Clem. VIII. expresse loquitur
de referuatione culparum. Verba De-
creti sunt: Nemo ex Regularium Superia-
ribus peccatorum absolutionem sibi reseruet,
exceptis ijs &c. In casu autemposito, non
referuatur peccati absolutio, sed cen-
suræ, quæ longè diuersa est, & ad diuer-
sum forum, & iurisdictionem spectat;
nec satis est, quod per se loquendo, non
potest dari absolutio à peccato, non ab-
lata censura: hoc enim accidentarium
est; nam sufficit, quod non sint idem, vt
ab vna ad aliam non sit prohibitio ex-
tendenda, præsertim cum respectu Su-
periorum sit onerosa, & vsum iurisdic-
tionis restringens. Sic *Superior*, & bene,

3. Cui addo, quod vt dicam infra, etiam
non sacerdos potest excommunicare;
ergo potest sibi referuare absolutionem:
imo absq; eo, quod eam sibi reseruet, re-
gula Canonistarum est, quod, quoties-
cumq; quis excommunicatur ab homi-
ne, solum potest absolui ab eo, aut eius
successore, aut Superiore, aut delegato.
Eius est enim solueræ, cuius est ligare;

vide quod habet *Superior* in *Manuale* cap. 27. nu. 1. &
& etiam in *Manuale* 41. vbi tenet, quod
etiam non sacerdos potest excommuni-
cicare.

3. Bene verum est, quod in quodam
nostro Capitulo Generali Romæ cele-
brato, & in quo ipsemet eram vocalis,
fuit propositum tale dubium, & à Desi-
gnatorio resolutum prout reculis, & pu-
blicauit tunc Admodum R. P. F. *Anselmus*
Monopolitanus Magister meus (polite-
Illustrissimus Cardinalis à Cl. m. VIII.
creatus.) quod licet possit Superior hoc
facere, & sic præcipere, nihilominus Ca-
pitulum Generale id prohibet facere.

Sed quia Praxis docet, quod multo-
ties expediat facere: propterea ad remo-
uendum scrupulum, consulerem ego, vt
in Capitulo Generali, vel Prouinciali
determinaretur, vt Superiores possint in
aliquibus casibus grauioribus liberè si-
bi referuare absolutionem ab excommuni-
catione.

Nam, quod maior Prælatus in magna
occasione, maxime in Visitatione præci-
pere possit sub Præcepto S. Obedientia, vt
subditi ei dicant omnia, quæ sunt con-
tra Regulam, & statuta; non est dubium;
Vide quæ habet *Rodrig. tom. 3. q. Regul. Obedientie*
q. 6. art. 7. & patet ex Concilio Trid. Sess. Rodrig.
25. de Regul. cap. 22. vbi præcipitur, vt
in Visitationibus Prælati Regulares de-
scendant ad Præcepta Regula, quibus
fratres sunt stricti, quomodo scilicet
obseruentur.

Prælatus
in Visita-
tione potest
præcipere sub
præcepto S.
Rodrig.
Conc. Trid.

Quod etiam possint in tali occasione,
& aliquando debeant iurisdictionem à
suis subditis exigere, vt quilibet dicat,
quicquid sciat, vel credit, vel fama est,
contra Regularem obseruantiam, pater
per *Helliensem* relatum à *Rodrig. vbi sup. Hellienf.*
quæst. 4. art. 5.

Prælatus
potest exi-
gere, vt quilibet
dicat, quicquid
sciat, vel credit,
vel fama est,
contra Regularem
obseruantiam,
pater per
Helliensem
relatum à
Rodrig. vbi sup.
Hellienf.

Et quod etiam præcipere possit sub
pena excommunicationis, nulli dubium
est, vide quæ ad hoc dicta sunt supra in
artic. 2. & modo addimus id, quod ha-
bet *Superior* in *Manuale* cap. 27. nu. 5. scilicet,
quod omnes Prælati possunt ex-
communicare, etiam si sint minores Epi-
scopis, quales sunt Abbates, Præpositi,
& Priores Ecclesiarum Collegatarum
Regularium, & secularium: quia si om-
nesture communi possunt excommuni-
care suos subditos, cap. transmiss. m. cap.
Superior de *St. C. ordin. Sed an sic præ-*
cipiens,

Prælatus
potest etiam
excommunicare
subditi, vt quilibet
dicat, quicquid
sciat, vel credit,
vel fama est,
contra Regularem
obseruantiam,
pater per
Helliensem
relatum à
Rodrig. vbi sup.
Hellienf.

absolutio, potest subseruari absolutio-
nem ab excommunicatione, hoc inquam,
est quod in hoc articulo determinatur
affirmatiue.

1. Potest tamen dubitari: An excom-
municatio possit dari a non sacerdote,
et pariter an ab eodem possit absolui,
quam difficultatem paulo deus intigi-
mus, & resolutus breuiter: sed hoc re-
missius salius de uolenda danda h.

2. Respondeo igitur cum Syluestro, verbo
absol. S. 5. Angelus uerba dicit 2. S. de e. cum
Syluestro: lib. 5. consil. ubi sermo: excom. cons. 1.
quod sic, quia uidelicet S. Tho. in 4. senten-
tialium q. 18. quest. 2. art. 2. quodammodo.

Excommunicare non pertinet directe ad
claves: unde quis habet iurisdictionem
Ecclesiasticam in foro exteriori, etiam si
non habeat claves, potest excommunicare:
& non solum id potest facere Re-
ligiosus non Sacerdos, uerum, & qui-
libet Laicus secularis ex privilegio Papę
in cap. Absol. celebrum, & receptam in cap.
prater. q. 2. dist. in lib. Ducti.

3. Quomodo Absolutionem uero ab ex-
communicatione distinguendum est cum
Angel. 80 Syluest. nam dupliciter potest
fieri, uel modo in foro exteriori, alio mo-
do in foro conscientie, que si in uita
absolutionem a peccatis. Illa potest
a non Sacerdote fieri, hęc posterior a so-
lo Sacerdote, non ratione ipsius excom-
municacionis (quia ab ea, quilibet ha-
bens iurisdictionem excommunicandi,
potest absolvere, ut dictum est) & qui a
non Sacerdote absoluitur est a sola eius
communione, manet quidem recon-
ciliatus communioni hominum, & sal-
uatus in eternam uitam, quantum prius erat
per penitentiam, ut habet Io. Andri. in cap.
de uolunt. & ibi Henric. Bor. nu. 3. de sermo.
excom. Sed ratione peccatorum, a quibus
non Sacerdos non potest absolvere,
uidelicet Henric. Bor. ubi supra, & last
Cenar. in cap. de materia par. 1. tit. 5. S. 17.
num. 10.

4. Igitur quando excommunicatus perit
absolui extra Confessionem, si excom-
municatus est a non Sacerdote, potest ab
eo absolui, si uero petit absolui in Con-
fessione: tunc a solo Sacerdote ad id po-
testatem habente potest absolui, & haec
propterea dicitur absolutio in foro con-
scientie.

5. Si quis modo querat, quae forma

seruanda sit in absolutione ab excom-
municacione extra Sacramentum?

Respondeo cum Syluestro, Valens. Angeli. *Forma ab-
Syluestro Nau. Tolato; docum. communi,* quod *soluitis ab
in iure nulla est praescripta forma: com-
munis tamen, & ordinaria est, quam po-
nit Tolatus in sua Sum. lib. 1. cap. 14. Ita-
licet ut.*

Primo absoluitis faciat iurare abso-
luendum; se pariter iuramentum matris Eccle-
siae, seu ipsius absoluentis, in x. cap. ex re-
nere de sens. excom. quod limita in gra-
uioribus, non in leuibus excessibus.

Secundo, antequam absoluitur, fa-
tisfactori sufficiat hęc parti pro sua
facultate, cap. porro, et cap. Parochianus de
ser. excom.

Tertio, absoluitur cum Psalmo, &
Oratione Dominica, uerberibus, & alijs
confectis, Syluest. verb. absoluit 3. nu. 4.

Quarto, iniungatur ei preceptum, ut
nunquam faciat contra Canonem illum,
contra quem faciens incurrit in excom-
municacionem.

Quinto, utatur uerbo absolutionis,
uel relaxationis, dicat ergo primo Mi-
serere, & Orationem Dominicam: Ad-
sum, Saluum fac seruum tuum, &c.
Domine exaudi, &c. Domine uobiscum,
Deus tuus propitius est misereri semper,
& parcere, &c. Deinde dicat: Absolu-
te ab excommunicatione, quam incur-
rist propter hoc, uel illud, & restituo te
Sacramentis Ecclesiae, &c.

Quae forma non est ita necessaria, ut
sine ea operetur, licet ut aliquod uerbum,
sine tenore, imo tenore, quia hęc non sunt
de essentia, Panor. cap. fin. de restit. spol. Panor. in
& Innocent. cap. cum dilecti de rescript. cum Innocent.
condemni Disibitum sententia.

ARTICVLVS VII.

An quilibet Superior Regularis habeat fa-
cultatem absoluitis a reformatis.

Respondeo, quod circa hoc non
differunt, qui pariter Absol-
utionem a Casibus reformatis ad Guar-
dians pertinere, eo quod in Decreto
dicitur (ut aiebant) Superiores locorum
tales enim sunt Priores, Rectores, Guar-
dians, & similes: Sed factus est hęc sen-
tentia, non in primis, in Decreto non re-
peritur talia uerba Superiorum locorum,
sed

Habens iurisdictionem
Ecclesiasticam
in foro exteriori potest
excommunicare, etiam si
non sit Sacerdos.

Absolutio
ab excom-
municacione
potest dari
etiam a non
Sacerdote,
si talis de-
dit excom-
municat.
Sed in foro
conscientie,
et cum abso-
lutione pec-
catorum so-
lum a Sa-
cerdote.

Io. Andri.
Cenar.

sed reperitur bene licet, Superioris Regularium.

Reservatio casuum ad illos pertinet ad quos ante Decretum de iure pertinebat.

Deinde dicimus, ad eos pertinet absolutio nem à Casibus reservatis, ad quos pertinet reservare Casus, eius est enim solvere, cuius est ligare, ut dictum est in *præced. Artic.* Porro, si ligare non pertinet ad Guardianos, ut dictum est *sup. in Artic. 4.* sed ad solos Provinciales cum consensu Capituli Generalis; sequitur, quod apud ipsos resideat facultas absolvendi à Casibus reservatis.

Sorbus.

Vnde *Pater Sorbus in suis annotat. ad Compend. Privileg. ubi sup. ait*, sibi factam fuisse declarationem à Summo Pontifice, quod absolvendi facultas à supradictis casibus, ad illos Praelatos pertinet, ad quos prius ante Decretum Clementis VIII. spectabat.

2. Resolutio ergo, ad difficultatem propositam dicimus, quod si ante praesentum Decretum absolutio à reservatis spectabat ad Provinciales, ad ipsos etiam spectat modo. Si vero, ad Abbates, vel Rectores, vel Priores, seu Superiores locorum, ad illos etiam modo spectat.

Qui tamen quædam, non tam propria auctoritate, & voluntate reservant, quàm communi auctoritate, seu ordinatione Religionis præscripta. Et in his absolvendis, iurisdiclio sit Superioris, nisi reservata; neq; enim expedit, ut singulorum arbitrio, ac voluntate hoc committatur.

Dubium.

3. Dubitatur hic, an generatim ad Superiores, maiores pro absolutioe à reservatis, culpis intelligatur de publicis, an vero de secretis? Hoc dubium movetur propter verba *nostra Regula in cap. 7.*

Regula.

ubi *Seraphicus Patriarcha dicit*: Si quis fratrum in flagrantem inimico, mortaliter peccaveris, praelii peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, ut recurratur ad solos Ministros Provinciales: remaneat pariter fratres ad eos recurrere, quam casus poterunt absque mora. Super quæ verba disputant oppositores, de quibus supra intelligitur. Communis sententia est, quod de publicis, non de secretis loquatur Regula; sic *S. Bonavent. Hugo, Pisanus, & S. Romanus*, conscientiam secreti etiam declarat.

S. Romanus. Hugo, Pisanus, Sorbus conscientia. Greg. IX. Innocent. III. Et ratio, eam esse postulat, quia (casus paribus) gravius est peccatum, quod in scandalum aliorum publicè pe-

petratur, quam quod occultè. Et idem gravius est puniendum. Et propterea præcepit *Pater Sanctus*, ut tales delinquentes, quanto citius poterunt, ad Ministros recurrant, ut scilicet, pro qualitate delicti penam iuris habeant, secundum ordinem Iudicij; & in foro contentioso pro tali delicto debitam.

Præterea, quia dicit *Regula*, ut *quantocius ad Ministros recurrant sine mora*; per quæ verba patet, quod de publicis peccatis loquitur, non de secretis, alioquin si pro secretis frater discerneret per loca, quærendo Ministrum, seipsum infamaret: quod quia est contra Ius Divinum, & naturale, nullo pacto est asserendum; Patrem Sanctum præcepisse. Præterea, *Regula* mandat, ut frater detegat suum peccatum Ministro, etiam si non sit Sacerdos.

Hoc de occulta culpa non potest intelligi, quia multociens Superior non esset Sacerdos, ut nostra *Regula* præsupponit: unde de publicis solum potest verificari: nam de secretis non tenetur quis alicui ea propalare extra Confessionem: talis autem esset manifestatio, quæ fieret Superiori non Sacerdoti, & esset contra illud: (*Non sibi dico, ut in peccatis*) de *Beno. dist. 2.* ubi quis aliquando. Præterea *Regula dicit*: *Ministri cantant ab ira, & conturbatione propter tale peccatum.*

At conturbatio, ira, & huiusmodi affectus non pro peccatis in Confessione auditis; sed pro publicis, & manifestis aliquando solet evenire, & propterea de publicis, non autem de secretis peccatis loquitur.

1. Nihilominus *Serena conscientia dicit*, quod *Regula* nostra intelligitur etiam ad Superiores peccatis secretis: sed distinctione, res intelligens est, nam vel est sermo de *Regula gior, tam sola*, vel de *Decreto Clem. VIII. si de publicis Regula sola*, intelligitur etiam de secretis, cum discrimine tamen: nam pro publicis, præceptum est, ut statim delinquentes; ad Superiores Maiores recurrant; pro secretis vero, non tenentur sub præcepto, sic statim recurrere, ne se prodant, & infament. Si vero est sermo de *Decreto Clem. VIII. casus illi*, intelliguntur simpliciter de peccatis secretis, & occultis, pro quibus recurrendum est ad eos, qui absolvendi talis erroris facultatem habent, ut in *sequenti Artic.*

iusè videbitur. Vide etiam quæ infra dicentur in *Artic. 4. secunda Sectionis*, nam sunt ad propositum.

ARTICVLVS VIII.

Quis modus seruandus in recurſu ad Superiores pro abſolutione à reſeruatis.

NAUARRUS. RESP. quod circa hæc ponam primo ea, quæ habet *Nauar. in cap. 1. de pœnitent. §. Iteum sub num. 10.* quæ deseruiunt omnibus, tam secularibus, quam Regularibus: Deinde ea, quæ obseruantur in nostra Religione, & ab aduersarijs defendemus.

Habens reſeruata ad quid teneatur.
1. Quo ad primum ergo *Nauar.* dicit, quod quando pœnitens habet aliquod peccatum, à quo nequeat absolueri Parochus, secundum sententias receptiores, & vsum ab Ecclesiæ receptum, potest, & debet facere vnum, de infraſcriptis.

3. Primò ad eam Superiorem Episcopum, vel ProEpiscopum, vel alium, ad quem ea res pertineat, puta Pœnitentiarium Romanum, & confiteatur omnia peccata sua, à quo ab omnibus absoluetur.

4. Secundò, si ille Superior nolit audire omnia peccata, confiteri debet sola & reſeruata: & postea, etiam omnia alia confiteatur proprio Confessario, qui poterit eum absolueri ab omnibus, etiam si Superior à reſeruatis non absoluerit, secundum *Paludanum* receptum, qui testatur ita seruari in Ecclesia Romana.

5. Tertiò, si prius adierit inferiores, qui nequeat eum à reſeruatis absolueri, omnia illi cõfiteatur, qui absoluet eum, à quibus potest, si modo non est excommunicatus: & pro abſolutione casus reſeruati remittet ad Superiorem, cui confitebitur solum illum reſeruatum, & ab eo solo absoluetur.

6. Quartò potest & ipse pœnitens per se, vel per alium, Superiorem adire, & ab eo impetrare commissionem secretam verbo, vel scripto, qua generatim ipsius pœnitentis Confessario, quicumq; ille fuerit, facultatem faciat, eum ab illo peccato abſolueri. Sed hic modus periculosus esse potest, quoniam peccatum extra Confessionem reſeruitur.

7. Quartò potest pœnitens suo Confessario confiteri omnia peccata sua, &

absolui ab eo de ijs, quæ sub sunt suæ potestati: & deinde Confessarius per se, vel per alium, seu per Epistolam petere ad Superiorem, vt faciat sibi facultatem ad absoluerendum quendam hominem in genere, nullo penitus expresso, qui confessus est tale peccatum, cuius absolutio est illi reſeruata: quam facultatem qui noluerit facere Superior, rarus erit, & plus satis morosus: si quis tamen adeo difficilis reperiat, vtendum erit modo secundo. Sic *Nauar.*

8. Est bene notandum circa hunc secundum modum prædictum, quod tam *Sorus*, *Non est gra uamen pœnitenti, si de reſeruato cogatur bis confiteri.* quam *Nauar.* ipse docent, non esse gra uamen pœnitenti, si de reſeruato cogatur bis confiteri: At secundum *Medinam* cogatur bis confiteri. non debet confiteri, nisi cætera, quæ non fuerunt confessæ, non autem reſeruata, de quibus iam à Superiore est absolutus. *Sorus.* Sed vtraq; sententia probabiliter loquitur, & potest sustineri. *NAUARRUS. Medina.*

Nec obstat, quod Confessio sit semper facienda integrè vni Confessori, quia per pœnitentem non stertit, quin integrè confiteretur, sed per Superiorem, qui cum maioribus causis communicatis aliquando sit impeditus, & longas subditorum Confessiones non valeat audire, potest tantum reſeruata audire, & Sacramentaliter absolueri: & semel legitime absoluta, non sunt necessario iterum confitenda: & integritas confessionis non est de peccatis legitime absolutis, sed eorum, quæ non fuerunt absoluta.

9. Circa tertium verò modum, sciendum, quod si prius pœnitens Confessarium adierit, qui à reſeruatis facultatem non habet absolueri, integrè confiteri tenebitur, tam scilicet reſeruata, quam non reſeruata, ne dimidiata sit confessio. Confessarius autem absoluet eum à quibus potest, non autem à reſeruatis Superiori, cum non habeat facultatem, alioquin absolutio nulla esset. Ad Superiorem ergo mittat pœnitentem pro reſeruatis, de quo pœnitens firmum propositum habere debet: quod si hoc facere noller, nec à non reſeruatis potest absolui, cum non sit paratus integrè confiteri.

Qui pœnitens sic absoluitur cum onere *Dr. Senesio* se præſentandi, non debet esse morosus, *nō debet p-* sed habita opportunitate, abſolutionis *craftinari.* beneficium prædictum procurare debet: nam dum est in mora, vt puta, habendo *oppor-*

opportunitatem, & absolutionem non procurat, semper manet in culpa. Quando autem superiorem adibat, non est necesse, ut ei confiteatur omnia peccata, quæ confessario confessus est, sufficit enim, ut tantum illi referuata confiteatur, ut ab illis absolatur: nisi fortasse, ubi confessarius solum audierit peccata, & non absoluerit; tunc enim integre tenetur superiori confiteri, quia à confessario in nullo fuit absolutus.

Durand. 10 Si dicas cum *Durando in 4. dist. 17. q. 15.* & cum *Adrian. q. 4. de confess.* absolutionem sacramentalem de peccatis alias non absolutis diuidi non posse, quia vñ peccatum sine alio remitti non potest, secundum fidem; ideo necesse est, ut sacerdos absoluat poenitentem, aut ab omnibus peccatis, aut à nullo, quia gratia facit, ut anima sit Dei amica; & simul, & semel non potest anima esse amica, & inimica, vnde si non absoluit ab omnibus; ergo non facit, ut anima sit amica Dei. Non ergo potuit inferior confessarius absolvere à non referuatis, & superior à sibi referuatis; sed alter eorum necesse est, ut ab omnibus absoluat, quia absolutio dimidiari non potest.

D. Thom. 11 Respondetur, quod contra prædictos *D. Bonau.* est *Henricus. D. Thomas. D. Bonauentura, Riccard.* Riccard. & multi alij in 4. dist. 17. qui asserunt, absolutionem sacramentalem posse in casu dimidiari, & per partes impendi. Nam, ut recte ait *Sotus in dist. 18. quest. 2. ar. 5.* duplex est dimidiatio confessionis, per se, & per accidens, Per se, per se se est, quando quis malitiose tacet aliquid peccatum, & non vult illud confiteri. Per accidens vero est, quando hoc prior non potest fieri, euenit per accidens, ut in confessione dimidietur, puta, quando quis non confitetur aliquid peccatum, vel aliquam circumstantiam propter aliquam iustam causam, qualis est, (ut verbis *Nauarr. ut ar.*) verisimiliter credere, quod confessio peccati ipsum confessarium ad peccandum alliceret, vel induceret in notitiam aliquid peccati, & peccantis, quorum notitiam ipse habet per confessionem, vide in *Man. cap. 9. q. 15.* & *Sotus ubi supra ad 4. ait.* Quando aliqua circumstantia mortalis aggrauans vergit in infamiam alterius personæ, adhibenda est diligentia, ne fiat confessio illi sacerdoti, qui

eam nouit, petendo facultatem confitendi alteri.

12 Si vero necessario facienda erit confessio ei qui personam agnoscit, tunc se ex hoc, quod poenitens confiteatur circumstantiam alterius personæ, aliquid periculum illi imminet, vel mortis, vel notabilis infamiae; tunc tacenda est circumstantia; ut si quis accessit ad vnicam sororem, vel matrem, & confiteatur proprio fratri, qui id improperebit matri, vel sorori, reuelando secretum, vel flagitium vlciscetur in illis; tunc prætereunda est talis circumstantia. Et ut exemplificem letiam de Religiosis, quando quis confessarius non habet nisi vnum poenitentem, & de hoc superior factus est certior; si postea talis confessarius petit facultatem à superiori pro aliquo casu referuato; statim veniet superior in cognitionem personæ: vnde melius est tunc differre illam petitionem; seu repræsentationem ad aliud tempus magis opportunum.

13 Subdit *Sotus in loco citato*, Sunt quidam, qui articulum mortis excipiunt, scilicet, quod tunc non obstat tali periculo infamiae alienæ, debet moriturus circumstantiam illam complicitis confiteri, nam tenetur ille criminis socius illud periculum famæ pati propter salutem morituri. Sed (*inquit Sotus*) rationem huius exceptionis non video; nam si ad salutem poenitentis est necessaria illa explicatio circumstantiæ; sit etiam extra periculum mortis sit necessario explicanda. Si vero non est vsque adeo necessaria, in articulo mortis est tacenda; imo tunc plus tenetur infirmus consulere famæ alterius. At si nullum timetur periculum huiusmodi, sed hoc tantum, quod confessarius sciet personam, quam nouit deliquisse, seruabit tamen secretum, tamen deinceps nõ tanti æstimabit personam illam; tunc hoc non obstat, explicanda est circumstantia, & hæc est sententia *S. Thomae in 4. dist. 16. S. Thom. quest. 3. ar. 2. quest. 5. ad quintum. S. Bonau. S. Bonau. dist. 31 in 2. p. ar. 1. Durand. dist. 16. q. 4.* & *Durand. recentiorum omnium.*

14 Ex dictis inferitur Primo, quod aliquando confessio non integra, ut est hæc, quæ sit superiori de solis referuatis, quando sancta est, & sacramentalis: nam licet per se, & formaliter confessio integra

Circumstantia peccati in confessione tacenda quando ex illa confessarius venis in cognitionem complicitis.

Sotus.

Confessio non integra quando sit superior de solis referuatis, quando sancta est, & sacramentalis: nam licet per se, & formaliter confessio integra

esse debeat, alioquin non esset confessio, sed confessionis simulatio, per accidens tamen, & materialiter poterit partialis confessio esse salutifera, vt est in casu nostro, quando scilicet superior tantum reseruata, & non alia vult sacramentaliter audire.

Inferitur secundo, quod aliquod peccatum aliquando bis sit confessendum: vbi scilicet proprio confessario integrè confessum est, & ob defectum plenarie auctoritatis super omnia peccata, iterum illud peccatum superiori reseruatum confiteri necesse est, si confessario auctoritatem non confertur.

Modus presentationis in nostra Relig.

15 IN NOSTRA VERO RELIGIONE aliter seruatur circa præsentationem casuum reseruatorum: statutu est enim vt quilibet Confessarius deputatus audiat omnia peccata sui poenitentis, iam reseruata, quam non reseruata: & ostenso ei onere, quod habet, de se præsentando superiori si illud acceptat, absoluat eum, tam à reseruatis, quam à non reseruatis. Hoc autem ideo factum est, & sanctissime institutum à nostris Patribus, tum ne Regulares videantur sapere quærere superiorem, cum nota infamiae si est absens in alio loco; vel si est in eodem Monasterio, & nihilominus sit iustis impedimentis irretitus & non possit eum accedere, imo neque liceat tunc subdito ad eum accedere, vt puta, quia pro tunc impeditus est cum aliquo illustrissimo Prælato, vt sæpe accidit Romæ, & nihilominus poenitentis necesse habet, vel non celebrare, vel expectare, & multoties præteribit hora, quin, quod cum tali mora suspicionem dabit de aliquo tali casu, vel inquietudinem causabit apud officiales Monasterij: Tum etiam, vt quotidie possint celebrare, vel sæpius sacram communionem facere, sicut laudabiliter, & fructuose simul fit.

16 Si obijcias, quod huiusmodi modus præsentationis improbatu à Sor. ubi sup. in illis verbis, secundus modus dicendi est, quod inferior audit totam confessionem, & de omnibus absoluit, remittit tamen eum ad superiorem, non quidem absoluendum à peccato, sed vt liberetur ab obligatione præcepti, quo tenetur se præsentare superiori, cui reseruatur cognitio talium peccatorum; Hic vero modus longius & peius distat à veritate:

nam si inferior ab illis peccatis absolueret, non proprie dicerentur reseruata.

17 Ad hoc dico, quod non est similis modus noster cum modo à Soto relato: nam apud Sotum, inferior non habet auctoritatem absoluedi à reseruatis: at in modo nostro, inferior habet facultatem à Superiore sibi delegatam, absoluedi scilicet inferiorem à reseruatis, cum onere se præsentandi superiori: ergo nõ est eadem ratio de vno, ac de alio.

Deinde dico, quod modus noster non est contra vllum ius, neque contra Decretum Clem. VIII. imo est illi conformis: superiores possunt id præcipere, inferiores tenentur acceptare, & ipsum obseruare, est conformis æquitati, & vltimo est approbatus à Sacra congregatione: probo singula.

Modus presentationis in nostra religione deservatur.

18 Primo non est contra vllum ius, quia omnia iura concedunt vt superiores possint sibi reseruare casus quoslibet, pro quorum absolutione ad ipsos superiores fiat recursus: at nullum ius præscribit modum, qui seruari debet in tali recursu: ergo relinquit eum arbitrio superiorum, qui habito respectu ad conditiones personæ, loci, & temporis, id determinant, quomodo eis melius in Domino videtur conducere ad salutem animarum sibi commissarum. At in nostra Religione omnibus Primoribus sic visum est expedire, ergo.

19 Secundo, non est contra Decretum Clem. VIII. nam hi, qui hoc opinantur, putant, quod ex vi Decreti ablata sit potestas à Superioribus circa absolutionem casuum reseruatorum, & quod tota sit penes ipsos Confessarios deputatos; sed vt dicemus in Artic. 3. *Secunda sectio*, tales hallucinantur, nam Decretum non dicit, vt Confessarij deputati habeant talem facultatem sic indifferenter, vt absoluant: sed determinat, vt quando casus occurrerit, quod ipse Confessarius in primis iudicat non expedire, vt subditus ad Superiorem eat, committatur ei facultas absoluedi illum; ergo ex se, & ex vi Decreti simpliciter id non habet, sed est necesse, vt ei committatur, & vtiq; ab ipso Superiore, nam Decretum non dat ei talem facultatem: *Vide infra in Artic. citato*; igitur modus noster non est contra Decretum; imò est conformis, nam Papa Clemens non tollit recursum infe-

inferiorum ad Superiores pro Casibus referuatis; imò præsupponit, (vt est videre in principio Textus) imò monet, vt Superiores prudenter, & moderate vrantur auctoritate, quam habent, *vide text.*

20 Tertio modus noster potuit sic determinari, & assignari à Superioribus, & in eis est potestas concedendi hanc facultatem sub hoc onere, hæc est communis sententia Doctorum, *Henric. quodlib. 1. q. 3. 2. Maior. in 4. dist. 17. q. 6. Adrian. in 4. in materia de confes. q. 5. S. idco pro solutione, Angelica verb. confes. 5. nu. 9. & eandem videtur supponere Caiet. verb. Absolutio, cap. 1. & Med. Cod. de pœnit. quæst. de Confes. Fratibus priuilegiatis facta.*

Henric.

Maior.

Adrian.

Angelica.

Caiet.

Medina.

Paludan.

Almain.

Nauarrus.

Ledesma.

Idem tenet *Palad. dist. 17. q. 5. art. 1 nu. 6.*

Almainus q. 1. circa fin. Idem tenet Nau.

in Man. c. 9. nu. 1. & c. 26. nu. 12. & in cap. placentiæ, de pœnit. dist. 6. nu. 112. Ledes. in 2. p. 4. quæst. 8. art. 2. dub. 19. & alij.

Ratio vero est propter mutuum cōsensum, & quasi pactum inritum inter Superiorem, & subditum: nam Superior posset non delegare iurisdictionem suam, & delegando facit gratiam, & fauorem subdito: ergo potest sub ea cōditione eam cōcedere, vt si subditus velit tali gratia vti, consentiat obligationi comparandi coram Superiore: & tunc subditus obligationem acceptans, obligatus marer, & non tam ex præcepto Diuino Confessionis, aut speciali præcepto Superioris, quam ex pacto mutuo. Ita significant *Paludan. Almain. Medina, & alij*, & distinctius explicauit *Nauarrus*.

21 Si dicas, quod talis obligatio iniuste extorquetur, & est inuoluntaria, quia Subditus nolle talem conditionem acceptare: solumque illam acceptat, quia non potest aliter facultatem obtinere: ac proinde, vel nulla, vel leuis est talis obligatio: respondeo, quod hæc obiectio nullius momenti est, quia cum Superior habeat integrum ius in talem causam, & nullo iure teneatur illam facultatem dare subdito, & si illam neget, nullam ei faciet iniuriam, vt dicemus *infra in art. 17. huius scilicet.* multo minus ei non facit iniuriam dando facultatem sub tali pacto, & non alias. Nec potest illa dici violentia, quandoquidem liberum est subdito non acceptare conditionem.

Quilibet potest se obligare ad confitendū iterum suū peccatum.

Obiectio.

Respondeo.

22 Quod *verè* addit *Palud. loc. cit. in his verbis. licet iste modus sit possibilis, non tamen esse conuenientem: non quia Ecclesia hoc non possit statuere, sed quia iuxta communitatem vestram, hoc non seruat, & quia frustra audiret; ex quo absolueri non potest.*

Hoc inquam, nihil ad rem, quia vt aduersus *Sorum* dicebamus paulò antè, in nostra Religione Confessarij verè absoluant, & habent facultatem absoluedi à referuatis, sed cum tali onere: quod est diuersum: est bene norandum, quod faretur, Ecclesiam id posse statuere: ergo si Ecclesia potest hoc statuere, quod est magis, etiam Religio poterit hoc statuere, quod est minus: maius enim est audire peccatum, & non absolueri, & procius absolutione mittere penitentes ad Superiorem, quam audire peccatum, & verè absolueri, & postea habita opportunitate temporis ad Superiorem se præsentare.

23 Addit quoque *Palud. frustra hac audiret, ex quo absolueri non possit: sed hoc in nostro modo falsum est, vt iam diximus, nam Confessarius deputatus cui datur talis facultas, licet relinquit pœnitenti onus comparandi, nihilominus verè, & sacramentaliter idem absoluit. Quod si pœnitens non acceptet conditionem, verum est, non esse absoluedum, & ad summum sequitur, quod talis obligatio debet proponi pœnitenti ante absolutionem, vt dicemus *infra in art. 12. 2. scilicet.* Si verò est Superior, qui audit peccatum falsum est, illum non posse absolueri, cum possit absolutio bis cadere supra eadem peccata, vt dicemus *infra in Art. seq. & præterea, licet non absoluat, neq; ad hunc finè se illi subditus manifestet; nihilominus non erit frustra, quia potest deservire, vt Superior, vel meliorem Medicinam, vel maiorem satisfactionem adhibeat: itaque modus noster rectè potuit ita stabiliri à Religione.**

24 Quarto talis modus debet acceptari, sicut de facto acceptatur à subditis, tum propter pactum factum, vt paulò ante dicebamus, tum quia vnusquisq; potest ex suo consensu obligari ad confitendum iterum peccatum semel legitime confessum, vt *Nauar. in cap. fratres Nauarrus. num. 30. docet, & per text. satis apertum in ext. in or. cunctas des. pœnit. & c. vlt. de pœnit. dist. 6. num. 3. & idem Nauarrus*

de Manuali, cap. 9. in principio.

Constat autem, Religioſum, qui conſentit ſeruare ſtatuta ſuæ Religionis, in quibus id determinatur, conſentire etiam determinationi, & obligationi, ſi quam illi imponunt, ad conſitendum bis illud peccatum, vel ad ſe præſentandum Superiori poſt confeſſionem factam Confeſſario deputato.

Præterea talis modus ordinatus eſt in Capitulo Generali, in quo omnes Primores Religionis conueniunt, & à quibus talis modus receptus eſt ſine contradictione. Vnde ſtatuitur, quod talis modus à ſubditis debet acceptari.

25 Quintò debet acceptari, quia eſt conformis æquitati, & conſeruat honorem, & famam poenitentis: nam ſi ſemper ad Superiorem maiorem eſſet recurrendum pro abſolutione caſuum reſeruatorum, & eſſet cum infamiz nota ipſius Religioſi, & daretur facultas vagandi in magnum detrimentum Religionis; vt ergo prouideretur, & Religioſo, & Religioni, rectè hic modus adinuentus eſt, & determinatus.

26 Sextò, & vltimò, ſeruari debet, quia iam eſt approbatus à Sacra Congregatione, & ad hoc approbandum, placet hinc inferre Scripturam quandam ab Admodum R. P. F. Clemente de Noto Procuratore Generali in Curia Romana, ad omnes Prouincias miſſam, quæ de hoc fidem pleniffimam facit, & eſt talis.

Fidem facimus Nos Frater Clemens à Noto Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capucinatorum, quod cum per Reuerendiſſ. Commiſſ. S. Inquiſitionis in hac Curia degentem, fuerit Anno 1613. dum habebantur Romæ noſtra Comitia Generalia, Patribus Generali, & Definitoriſus eo tempore conuenientibus, impoſitum, vt ſtatuerent, ac decernerent modum in Religionem ſeruandum, quo dirigerentur Confeſſarij in abſoluendis caſibus, quorum abſolutio Generalibus, ſeu Prouincialibus reſeruatur, iam per dictos Patres fuit obeditum, determinantes illum modum, qui poſitus in ſcriptis, fuit tenoris ſequentis.

27 Quoniam in noſtra Congregatione Fratrum Minorum S. Franciſci Capucinatorum iuxta Seraphici Patris Regu-

lam Cap. 7. caſus, non Superioribus localibus, ſed Prouincialibus, aut Generalibus pro tempore exiſtentibus, reſeruantur: qui cum abſentes vt plurimum ſint, atque adeo occurrente caſu reſeruato, poenitentes pro abſolutione, aut Confeſſarij pro abſoluendi licentia, recurrere ad eos non facilè poſſint; idcirco nos inſcripti Generalis, & Definitores præſentis Capituli Generalis ad Decretum Sanctiſſ. D. PP. Clem. VIII. ſuper caſuum reſeruatione reſpicientes, ac ſimul bono communi Religionis, & quieti conſcientiæ Fratrum conſulentes decernimus, vt iuxta antiquam noſtræ Religionis conſuetudinem, & probatorum Doctorum communem ſententiam Confeſſarij à Superioribus deputati ad audiendas Fratrum Confeſſiones, eos etiam à caſibus reſeruatis abſoluere valeant, ea tamen lege, vt ſi Confeſſarius iudicauerit, poenitentem debere Superiori ſe præſentare: teneatur poenitens habita opportunitate, ad tam Superiorem recurrere, vel vt iterum Sacramentaliter abſoluatur: vel vt remedium ſalutare recipiat: ſi verò id non expedire Confeſſario viſum fuerit, liber omnino à tali obligatione poenitens remaneat: ita tamen, vt Confeſſarius ipſe, tempore congruo, ad Superiorem recurrat, & ſaluo confeſſionis figillo, ac ſine aliqua poenitentis nota, ſe à reſeruatis illum abſoluiffe manifeſtet: tum vt hinc Prælatuſ in cõmuni, ſtatum Religionis agnoſcat: tum, vnde ſalutaribus remedijs, ſi opus fuerit, Confeſſarium inſtruat. Illud etiam addimus, vt quotieſcumq; poenitens aliquem Confeſſarium ex deputatis elegerit, iuxta noſtrarum Conſtitutionum ordinationem, ſua ſpontè, illum mutare, ac alium eligere, abſque Superioris licentia minimè poſſit.

Frater Paulus à Caſana Generalis.

Frater Clemens à Noto Definitor.

Frater Michael Angelus, Arimin. Definitor.

Frater Hieronymus Naruienſis Definitor.

Frater Laurentius à Branduſio Definitor.

Frater Sanctus Romanus Definitor.

Inſuper cum modum iſtum à Patribus præſcriptum, Sacræ Congreg. Cardinalium S. Officij iudicandum obulerimus, eoſine, vt ſi ſit expediens, nec aliquid

conineat iuribus, & Decretis Pontificum contrarium, comprobaretur: fin minus, corrigeretur, & ad debitam formam Sacre Congreg. bene visam reduceretur. Dicta Congregatio post debitam discussionem, & maturam in his omnibus considerationem, censuit, modum istum, ut iacet, tanquam iustum comprobandum esse, & de facto comprobatum fuisse, Illukris. *Bullarminus*, vnus ex Cardinalibus dictæ Sacre Congregationis à nobis requisitus differuit, & certiores nos fecit.

Hinc notum facimus Confessarijs, ita se gesturos in futurum, cum dicti casus occurrerint, sicut in præteritis est coniectum, cum modus olim habitus, ut iustus, & rationabilis, & ad mentem Sacre Congregationis sit comprobatus.

Vnde in horum fidem, præsentis fieri mandauimus manu nostra subscriptas, & sigillo officij nostri munitas.

Datum Romæ die VI. Mensis Martij M. DCXV.

Frater Clemens à Noto Procurator, & Commiss. Gen.

Locus Sigilli.

Concludo igitur hunc Articulum, & dico, quod poenitentes Regulares hæc remedia habent, quando reuerſis casibus sunt grauati. Primò, ut per se recurrant ad Superiorem, si præsens est, & hoc de iure. Deinde, ut per se, vel per alium, seu etiam per Confessarium impetrent facultatem a Superiore.

Dubium. 28 Sed quid faciendum, quando Confessarius promittens se præsentaturum propoentente, moritur ante præsentationem factam, & hoc peruenit iam ad poenitentis notitiam.

Solutio. Resp. quod tunc debet ipse poenitens per seipsum se præsentare, vel tunc procurare per aliam viam: est enim dubiū contractum, & ideo semper clamat, quousque perfectè, & integrè soluiatur.

ARTICVLVS IX.

An sit diuicium Penitentium, quo Regulares subditi obligantur iterum confiteri Superiori postquam reseruatam, alius rite conf. sum.

RESP. quod circa hoc multa disputat Theologi, An scilicet pos-

ſit Ecclesia hoc præceptum imponere. Aliqui enim absolute affirmant, ut *Henric. quæstib. 10. q. 1. Maior. dist. 17. q. 6. Sylu. verb. confes. q. 9.* Imò non defuerunt, qui dicerent, ex vi cap. *Omnis vtriusq; sexus.* obligari de facto fideles ad hoc, si infra annum aliqua peccata confessi sunt non proprijs Sacerdotibus, sed alijs, qui confessiones audiunt ex privilegio. Verum talis sententia falsa est: cum confessio facta Regularibus, dummodo ab Ordinario sint approbati, valeat.

Henricus. Maior. Syluest.

Alij verò absolute negant potestatem esse in Ecclesia ad imponendum hoc præceptum *D. Tho. quodlib. 1. art. 12. Durand. dist. 17. q. 15. Almain. q. 1. Palud. dist. 17. q. 5. Nauar. in Manuali, cap. 9. in principio, tenentur bis cuius hæc sunt verba. Præmittimus primò, conclusionem esse ab omnibus Catholicis receptam in 4. dist. 17. peccatum semel ritè confessum, non esse necessario iterum confitendum sola Lege Diuina, & Canonica: imò neq; lex vlla humana sanciri potest, quæ ad id faciendum obliget abiq; proprio vnus cuiusq; consensu, iuxta veriorum sententiam. S. Tho. quodlib. 1. art. 11. & 12. & alio. S. Thom. rum quamplurimum scilicet, *Gerson. in scilicet. Gerson. 2. sup. Mareu, Palud. in 4. dist. 17. q. 5. col. 2. Faludam. Almain. ibi. col. 44. Dion. quem Maior. & Almain. Almain. sequuntur, & Adrian. in 4. de con. Dion. fes. q. 5. col. 3. quos in cap. fratres, nu. 30. de Adrian. pœnit. dist. 5. & in c. 5. nu. 11. de pœnit. dist. 6. sequuti fuimus. Sic Nauar.**

Idem quoq; habet *Suarez to. 4. disp. 98. Suarez. scilicet. 8.* cuius formalia verba, quia faciunt ad rem, placet hic transcribere de verbo ad verbum, dicit ergo: Ego breuiter tenio, duobus modis posse intelligi hanc obligationem; Primò præcisè, ob integritatem, & perfectionem Sacramenti; Secundò ob aliquem vltim eius propter rationem aliquam Religiosam, & honestam.

2. Priori modo, sine dubio videtur dicendum, non posse eam obligationem imponi, vel quia materia non pertinet ad essentiam Sacramenti in Christi institutione non potest per alterius hominis voluntatem fieri de substantia, vel perfectione Sacramentali: vel quia illa causa iam terminata est, & ideo non potest ad perfectionem indicij iterum pertinere: vel ita ut quædam postea semper peccatum omnium notum remanet.

Secundo exigi, et si nullus fieret, quia non est maior ratio de secunda, quam de tertia, vel qualibet alia repetitione: illud autem per absurdum est.

3 De posteriori autem modo potest esse nonnulla dubitatio, & ideo iterum distinguendum est, quia duobus modis potest intelligi hæc obligatio; Primo ex absoluta voluntate alterius precipientis; Secundò ex suppositione aliqua, quæ includat voluntatis consensum, & quasi pactum in initum cum ipso penitente.

De hoc modo posteriori, non dubito, quin possit hæc obligatio suscipi à peccatore.

Primo per votum, potest enim aliquis voto se obligare, v. g. ad generalem confessionem faciendam, vel totius vitæ, vel vnius anni, etiamsi sæpius ritè confessus sit: quia talis vsus Sacramenti bonus est, casu semel & potest esse in consilio: actus autem huiusmodi potest esse materia voti.

Deindè ratione status voluntariè assumpti, quia sub hac obligatione potest esse eadem obligatio: vt si in aliqua Religione sit statutum generaliter confitendi semel in anno de rebus illius anni, vt referunt aliqui: esse in Religione Cisterciensi, etiam sub obligatione ad mortale: in quo non video repugnantiam, quamuis non Iudicem cõsulendum, quia est plus periculosum, quam vtile: vnde satis est, si proponatur, vt Regula conferens ad perfectionem.

Præterea hoc modo est vsitatum in Ecclesia, vt in casibus referuatis detur facultas pœnitenti, vt propter necessitatem aliquam possit confiteri Sacerdoti inferiori sub conditione comparendi postea coram Superiore, ad quem per se talis casus pertinebat.

At verò priori modo dicendum est, secluso consensu, & voluntate penitentis, non posse hanc obligationem absolutam præcepto imponi: ratio potissima est, quia hæc est propria materia consilij, & ideo per se non cadit sub præceptum humanum. Item, quia est res valde difficilis, & nullus potest esse finis, vel necessitas, propter quam expediat tale præceptum imponere. Hęc Suarez.

4 In quibus verbis ponderanda sunt, Primo illa verba (sub conditione,) nam propriè non est conditio illa, quæ imponitur pœnitenti, vt se præsentet, cum in absolutione nulla cadat conditio: potius

est onus, & debitum contractum, & ideo soluendum, & quoad vsq; non soluitur, semper remanet obligatio.

Secundo ponderanda est in vniuersum hæc Doctrina, per quam sit satis illis, quibus non placet modus, quem seruamus Nos Capuccini circa casus referuatos, ac si non esset conformis Iuri, & rationi, & nihilominus est ipsis conformissimus.

Vltimò aduertendum est, quod consensus in prædictis potest esse, vel expressus, vel tacitus. Expressus, quando quis expressè vouet, vel se obligat ad seruandum tale Statutum, obligans ad repetendam Confessionem peccati, vel ad se præsentandum Superiore, etiam post absolutionem culpæ habitam à Confessario, cum onere se præsentandi. Tacitus verò consensus est, cum quis sæpè audit legere statuta suæ Religionis, quæ in tot Capiculis sunt confirmata, & non reclamatur: vel si reclamatur tanquam singularis, nihilominus in communi, & à maiori, & saniori parte acceptatur statutum: tunc videtur, quod tacitè illum probet, & sic illud, seu illa seruare tenetur.

Idem etiam dicimus de Statutis aliquarum Religionum, quò obligantur in fine anni, vel quando ex itinere reuertuntur, confiteri scilicet, Prælato peccata alias ritè confessa: sic Nauarr. sic etiam Pater Politius in explicacione Regula nostræ Cap. VII.

5 Hoc bene est aduertendum, quod quò ob impedimentum fuit indirectè absolutus à referuato per inferiorem tenetur quærere absolutionem cessante impedimento, vt tunc directè absoluitur. At qui ex solo Statuto, & iure implicito tenetur repetere eadem peccata, satis est si ea dicat suo Prælato postea extra Confessionem.

Quemadmodum, qui in mortis articulo directè absolutus est à referuatis habentibus annexam excommunicationem, satis est, vt si conualescat, se repræsentet, & sine Cõfessione peccata manifestet Superiore, vt videbimus in Art. 16 secunda sc̄tionis, quia cum in mortis articulo sit directè absolutus à culpis, non tenetur iterum ea subijcere Confessario, vt absoluitur.

6 Verum est tamen, quod aliqui tenent,

Absolutus in mort. artic. ab excommunicatione, & reuolutes, tenetur se præsentare Superiore pro excommunicatione, nõ pro casu referuato.

Peccator potest se obligare ad confessionem faciendam, vel totius vitæ, vel vnius anni, etiamsi sæpius ritè confessus sit: quia talis vsus Sacramenti bonus est, casu semel & potest esse in consilio: actus autem huiusmodi potest esse materia voti.

Sine suo consensu nõ potest obligari penitens ad bis confitendum idè peccatum.

nent, quod de facto tale Statutum non obligat ad mortale, vt scilicet repetantur peccata, quia apud Cisterciens. apud quos tale Statutum est, iamdiu consuetudo confitendis sic Prelatis cessauit, prout fatentur ipsimet Patres Cisterciens. Imò Prelati renunt audire cōfessiones, nedum Religiosos reos puniant.

7. His omnibus ego addo, quod modo extat Decretum Clem. VIII. quo precipitur, vt nullus Superior possit obligare subditum, vt sibi confiteatur peccata sua, nisi ipse subditus spontè id velit facere, vel nisi habeat referuata: hæc sunt verba Decreti: *Non liceat Superioribus Regularium Confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod referuatum adpiserint, aut ipsimet spontè, aut proprio motu id ab ipsis petierint.*

ARTICVLVS X.

An Superior teneatur audire peccata referuata simul cum non referuatis, vs Subditum absoluerè possit à Referuatis?

R Espondeo ad hoc cum Caiet. verbo *Confessio, Soto dist. 18. Nauar. in cap. Sacerdos, S. quantum de poenitent. dist. 5. num. 12. quod (vt etiam nos diximus supra in Artic. 8.) Superior potest audire peccata tantum referuata, & ab eis poenitentem absoluerè, & remittere ipsum ad Confessarium inferiorem, siue ordinariū, siue aliū, vt talis Cōfessarius peccatis auditis non referuatis poenitentis, ab eis Sacramentaliter eum absoluat.*

Rodriguez verò putat, contrariam opinionem secundum Theologiam esse veriorè, scilicet, dictum Superiorem eam diuisionem facere minimè posse, & sic necessariò debere audire peccata referuata, & non referuata, prout tenet etiam

Ledesma, Ledesma 2. par. 4. quaest. 8. artic. 2. dub. 3. conclus. 5. Durand. dist. 17. q. 15. Sylu. verb. Durandus confes. 1. q. 19. Adrian. q. 4. de confes. S. 7. & Syluester, Victoria de confes. nu. 162. Et fundamentum huius opinionis est, quia integritas Confessionis est de Iure Diuino, in quo dictus Superior minimè potest dispensare, nulla præsertim necessitate, cum ipse Superior possit remittere suum Subditum ad Confessariū inferiorem cū auctoritate, vt ipsū ab omnibus absoluat.

Nihilominus prior sententia omnino est amplectenda, eo maximè, quia ratio oppositæ sententiæ non cogit, cum diuino Confessionis non fiat per se, sed per accidens, vt supra dictum est; & Praxis id habet: nam Superiores, vt plurimum alijs negotijs Religionis sunt impediti. Itaq; Superiores in tali casu possunt.

3. Primò audire, & quantum in eis est, debent procurare, vt integram Confessionem faciant poenitentes tunc, quando ad eos se præsentant: ipsosq; absoluerè integrè: absq; eo, quod remittant ipsos ad Confessarios inferiores.

4. Secundò possunt audire in confessione solum referuata, & de illis absoluerè: & pro non referuatis remittere ad inferiorem Confessarium, qui referuata etiam debet audire, vt à culpis etiam alijs poenitentem absoluat simul cum culpis referuatis.

5. Tertiò possunt audire referuata extra Confessionem, remittendo absolutio-nem ad inferiorem Confessarium. Quod si facit, tenetur nihilominus seruare sigillum confessionis, deque sigillo infra peccata remissa. *huius Tract. in explicacione vnde, sed cetera conditionis Confessionis. Ratio est, tenetur ad quia reuelatio peccati ipsi facta ordinata sigillum.*

tur ad confessionem, prout ait *Ledesma, ubi supra*, qui cum *Adriano, & Durand.* affirmat, quod Poenitentiarij Papæ, quando sic faciunt, non diuidunt confessionè, sed tantum absoluunt à censuris Papæ referuatis, non potentes, maximis negotijs implicati, integras poenitentiu confessiones audire: & sublatis Censuris, iam peccata non remanent referuata. Papa enim solum peccata cum censuris referuat.

6. Hic vero sciendum, quod confessio Religios, quæ fit iterato Superiori, si fit Sacramentaliter, oportet, vt ipse Superior absoluat poenitentem Sacramentaliter: & per talem absolutionem confertur poenitentis noua gratia sacramentalis, vt tradit *Sotus dist. 18. q. 5. art. 5.* quia vt docet *Sotus. Nauar. lib. 3. consil. de regul. conf. 75. nu. 60. Nauarrus.* nouum Sacramentum propter nouam confessionem peccatorum referuatorum: cum etiam peccata semel confessa, & legitime, ac penitus absoluta, possint esse iusta materia Sacramenti Poenitentiae sicuti, & venialia secundum omnes Doctores.

Dubium.

7 Dubitatur hic, an superior teneatur audire confessiones Subditi toties quoties id petierit? Respon. quod hoc dubium mouetur propter verba Decreti: *num. 3.* dicit enim: *Non cedas superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod admisit, aut ipsismet sponte, aut proprio motu id ab ipsis petierint.* In quibus verbis disponit Summus Pontifex, quod non licet Prælato cogere subditum ad hoc, nam aliqui si alijs licitum est audire confessiones, multo magis id superioribus licebit, cum animarum cura ipsis sit commissa, & de iure communi ad id teneantur. Si ergo subditus petierit à Prælato, vt suas confessiones audiat, Prælatus tenetur eum audire. Sed dubium est, an toties, quoties.

Solutio.

Prælatus tenetur audire confessiones subditi toties, quoties subditus placuerit.

8 Respondeo quod sic: Primo, quia ad id de iure tenetur, vt dictum est, cum sit suus proprius Parochus, & Decretum id non prohibet subditis: nisi per hoc à maioribus, vel æquè necessarijs curæ oneribus auocetur, vel probabili ei ratione, seu coniectura constet, quod non expedit illos tam frequenter audire.

Secundò, quia multoties expedit salutem animarum: superiores enim vt plurimum sunt peritiores alijs, & simul cum autoritate quam habent possunt præbere tale remedium illi pœnitenti, quod non poterunt Confessarij subditi. Cum ergo admodum singulare præsidium recuperandi oues perditas, & confortandi, ac præmuniendi contra, & aduersus luporum inuasionem sit sacramentum confessionis, & superiores melius quam subditi ad id possint oues iuuare, patet, quod eos audire tenentur, quoties id petierint. Quod etiam colligitur ex *cap. 34.*

Ezech. 34.

Ezechielis, nam Prælatus est Pastor spiritalis, & ita tenetur ad pascendum gregem, vt quod pingue est, non occidat, infirmum consolidet: quod ægrotum sanet, quod confractum alliget: quod obiecti reducat, & quod perierat, quærat, ne grex Domini fiat in rapinam, & deuorationem omnium bestiarum agri, seu demouion: sed pöderandum est verbum Prophete, ait enim: Quærat, quasi dicat: Nò expectet, donec ipsemet veniat: ergo quanto magis per se venientem debet recipere.

Deindè pro omnibus, etiam secularib.

mouet, & illud grauissimè, quod quoties quis putat, se non recordaturum peccati mortalis, quod admisit, in Quadragesima, vt illud tunc confiteatur, tenetur illud antea confiteri: vt dicemus *infra in 3. sect. in explicat. 13. cond. conf.* & tunc de casu congruitatis potest efficere casum necessitatis: quoad confessarium sakemi. Vndè concluditur, quod quoties Parochianus petierit confiteri à suo proprio Parocho, vel Subditus à suo Prælato, quod tales tenentur eorum confessiones audire.

9 Sed discretionè opus est in tanta Prælatus frequentia confitendi, cauere enim de- *causus esse* bet Prælatus ne in conscientia Subditi *debet, ne ex* scrupuli nutriantur, vndè multoties ex- *tantia fre-* pediret eos non audire. Et multo magis *quentia cõ-* attendere debet in cõcedenda facultate, *fessionis non* vt quotidie ad Sacram Communionem *triantur* accodant, nam sicut ijs, qui in via Dei *scrupuli in* proficiunt, hoc potest permitti: ita illis, *anima ali-* qui communi cursu in profectu spiri- *cus Sub-* tuali perambulant, aliquando debet de- *diti,* negari: sed hoc non est nostrum insti- *tutum.*

ARTICVLVS XI.

Queritur, quando Subditus confitetur Superiori habenti potestatem ordinariam ad absoluendum à Casibus reservatis, & ab illo simpliciter absoluitur ab omnibus peccatis, ipse tamen per obliuionem inculpabilem, omisit aliquod peccatum reservatum.

An Subditus liberamant à præsentione, & reservatione, ita ut confiteri possit illud cuiusque Confessario deputato?

R Espondeo, quod circa hoc dubium est sententia valdè communis affirmans, tunc auferri reservationem peccati: ita tenet *Gabriel dist. 12. Adrianus Gabriel. q. 4. de Confess. Syluast. verb. Confessio 1. Adrianus. nu. 22. Nauarr. in cap. consideret, 5. casus, Syluastor. nu. 32. & in Manual. cap. 26. nu. 13. Comar. Nauarrus. in cap. Alma mater paris 1. 5. 11. num. 12. Comar. Ledes. 2. p. 4. q. 8. nu. 1. dub. 8. Cano in relect. Almannus. de peniten. par. 5. & alij. Fundamentum Ledesma. solum est, quia Superior absolvens tollit *Cano.* omnia peccata, etiam reservata, & hoc ipsum intendit formaliter, vel virtualiter: ergo tollit reservationem, etiam eorum que obliua erant.*

*Peccata re-
servata vel
habent ex-
communica-
vel non.*

2 Sed distinctione utendum est, nam Primò, peccata reservata, vel habent excommunicationem annexam, vel non. Secundò distinguendū est de modis confitēdi Superiori, id enim fieri potest duobus modis, vnus est ordinarius ad communem confessionem faciendam de peccatis communiter occurrentibus, absq; vlla mentione, vel intentione specialis casuum reservatorum.

Secundus modus est, quando confessio specialiter fit Superiori, vel habenti iurisdictionem eius ad hunc finem, exonerandi scilicet omnino conscientiam, & consequendi absolutionem peccatorum reservatorum, si quæ fortasse poenitens habeat.

3 Quando ergo poenitens posteriori modo confitetur, & suam intentionem manifestat Superiori, & bona fide dicit illi omnia, quæ memoriae occurrunt, quamuis aliquis Casus reservatus per obliuionem taceatur, liber manet à reservatione. Et quoad absolutionem à censuris est etiam hoc certissimum: quod præcipuè docuit *Palud. diff. 14. q. 5. art. 3. Concluf. 4.* quia ad absolucendum à censura per se, & directè, non est necesse distinctiō, & in particulari cognoscere causam censuræ, sed sufficit voluntas generalis absolucendi ab omnibus, etiam reservatis, quam profecto habet Superior in illo Casu.

*In visita-
tione Supe-
riorū, qui censuris, sufficit tunc habere intentionē
habes intem absolui de omnibus; nam si postea al-
uionem, ut qua censura in memoriam venerit, iam
ab omnib. est ablata, & absoluta.*

*Sic quoque in tempore Iubilei plenif-
soluatur et simi, quando datur facultas pro omni-
ab obliis bus casibus reservatis, & censuris: tunc
abolutas enim si per obliuionem non recordatur
quis de aliquo Casu alienius Casus, vel cen-
sura; potest, & sufficit, quod confiteatur
postea peccatum illud Sacerdoti deputato, nam amplius non est in illo casu
reservatio, seu censura aliqua. Si vero
confessio fit Superiori, nulla facta men-
tione, vel intētionē casuum reservatorū;
nunc non satis est, ut peccatum oblitum,
quod antea erat reservatum, postea ma-
neat non reservatum, & sine onere con-
fiteendi illud Superiori. Vide *Suar. ro. 4.
diff. 31. sect. 4. art. 2. ibi. Quartū punctū.**

ARTICVLVS XII.

*An quando idem Peccatum pluribus modis
reservatum est, ablata reservatione,
aufertur & reliqua?*

Respondeo, quod in hoc dubio possumus agere de ablatione reservationis per absolutionem directam ipsius culpæ reservatæ, vel per alium modum. De priori modo nulla potest esse dubitatio, regula enim est semper vera, scilicet peccatum per directam absolutionem validam semel remissum, simpliciter, & absolute nō manere amplius reservatum, quia iam non est materia necessaria confessionis. Potius ergo inquirendum est, quādo peccatum habet plures reservationes, quid necessarium sit ad tollendam reservationem, ita ut absolutio valida sit.

2 Pro quo notandum est, quod reservatio vel fit sine censura, vel cum censura. *Reservatio, vel fit cum
censura, vel
censura, vel
sine censura.* si priori modo, existimo in primis, si reservationes factæ sint ab eodem superiore, licet videantur plures, in re tamen non esse, nisi vnam repetitam: ideoque per vnam facultatem absolucendi à tali peccato, tolli omnem reservationem huiusmodi. Voco autem eundem superiorem, non solum per identitatem personæ, sed etiam per identitatem potestatis, seu Prælationis; ut si vnus Provincialis reservet vnum peccatum per vnum statutum, & successor eius per aliud statutum, vel per declarationem ab homine.

3 At vero si idem peccatum sit reservatum à duobus superioribus subordinatis, vt à Provinciali, & à Generali: tunc clarum est, facultatem Provincialis non sufficere ad tollendam reservationem simpliciter respectu Generalis, quia non potest inferior restituere iurisdictionem, quam superior abstulit, sibiq; reservavit.

E contrario autem *Namque, in articulo. Namque.* 6. 27. m. 261. ait quod ablata reservatione *Ablata re-
servatio* Papali, aufertur & Episcopalis: & ad *Papali, an
propositum in Religione, ablata refer-
natione Generalis, aufertur & illa Pro-
vincialis. Hoc autem non placet Suarez, Episcopalis, &
ubi supra, sect. 4. in fine, Vtique tamen
dicit verum suo modo: quod ut mani-
festum sit, distinguendum est: nam vel
tunc*

non Papa vult adferre omnem reservationem respectu casus illius, vel solum suam: Primo modo, verum dicit *Namus*. Secundo modo, verum dicit *Suarez*: Idem dicendum cenfeo de Generali, & Prouinciali proportionaliter.

4. Si vero circa vnum peccatum sunt plures reservationes respectu censura, quia scilicet, tam Superior, quam inferior non solum reseruarunt sibi casus, sed etiam cum censura; tunc ablata vna censura non auferatur alia: & opus est, vt quilibet auferat suam censuram, vel per se ipsum, vel per suummet, & delegatam.

ARTICVLVS XIII.

An possimus vti extra Confessionem illa notitia, quam habuimus in Confessione?

Respondeo, quod circa hoc, distinguendum est de vsu, nam aliquis vsus est, ex quo sequitur aliqua suspicio, & est vsus ex quo nulla sequi potest. De priori, regula certa est, vsus huius notitiæ cum morali periculo reuelationis directæ, vel indirectæ, nunquam est licitus, v. g. est Superior, qui audit confessionem subditi: ex vi illius non potest illum ita gubernare, vt alij possint suspicari de peccato illius, neq; in specie, neq; in genere, vt auferendo illi ministerium aliquod, vel mutando locum, & Summus Pontifex in suo Decreto disertis verbis id prohibet, dicens. *Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarij, qui postea ad superioris aſus gradum fuerunt promoti, cauens diligentissimè, nè ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exercitiem gubernationem utantur, atque ita per quoscumque Regularium superiores, quicumque illi sint, obseruari mandant.*

Hic verò occurrunt nonnulla dubia.

Pœnitentiæ Primum est, An liceat imponere pœnitentiã publicã pro tenet pœnitentiã publicam in satisfactiõne peccati commissi, etiam si indè missa nõ li sequatur reuelatio indirecta, idest, succet impone- spicio alicuius criminis grauis, vel in re pœnitenti, particulari, vel in generali talis pœnitenti ex cõsã tentis? Ad quod dicimus, id fieri non posse, nisi ex spontanea acceptiõne pœnitenti: quia omnis reuelatio indirecta

repugnat sigillo: quando vero pœnitentiã voluntarie acceptat, iam non est reuelatio confessionis, sed ipsemet pœnitentiã se prodit.

3 Sed difficultas maior est, quando Confessarij id iniungit non tantum iam pœnitentiã peccati commissi, sed in remedium cauendi simile peccatum, aut tollendi scandalum, vel aliquid simile.

In quo casu, si supponitur, medium illud esse necessarium, potest illud Confessarij præcipere pœnitenti, vt v. g. quod dimittat officium, vel hanc domum, seu Monasterium, aut aliquid simile, & ipse tenebitur obedire.

Quod si noluerit, dimitti potest sine absolutione, & ita nulla est fractio sigilli, vt inquit *Suarez*, quia si aliud sit, totum est medio contentu, & voluntate pœnitenti: neque est grauamen, aut onus contra sigillum, quod ille consensus per præceptum, aut per comminationem negandi absolutionem extorqueatur, quia supposita vera necessitate, illud præceptum non tam imponitur a Sacerdote Confessario, quam declaratur pœnitenti obligatio, quam in seipso habet: & ideo comminatio illa iusta est, imò & necessaria, quia non potest aliter Confessarij debito modo fungi suo munere.

4 Sed vterius restat dubitatio, an sit in potestate Confessarij auferre talem occasionem, An possit ipso inuito illam auferre, non obstante suspitione, quæ moraliter indè timetur? Exemplum commune est, si Confessarij sit Superior Religionis, qui potest mutare officium, vel locum subditi, ex quo pendet talis occasio; Aliqui affirmant, & solet tribui hæc opinio *Gabriel*, tribuitur etiam *Henric*. *Henrico quodlib. 8. q. 28.* qui solum hoc significat in eo casu, in quo suspicio solum timetur apud aliquem respectu alicuius, qui iam nouerat peccatum pœnitenti.

5 Vera tamen sententia est, cum tali Mutatio of suspitione nunquam licere, quia esset reuelatio indirecta reuelatio, quæ semper est illicita cum sumta, etiam respectu vnius, cui sunt notæ spicium mo res talis pœnitenti, nam ei saltem nota tali reuelatio sit confessio: quod semper est prohibitum, etiam in peccatis publicis.

At verò si Superior id possit facere sine vlla suspitione respectu alio um, &

res sit talis, quæ pendeat ex arbitrio eius, multorum sententia fuit, posse Superiorem talem rem auferre, & mutare, vt occasionem peccandi auferat, non vero alias, sic habet *S. Thom. quodlib. 5. art. 13. & in 4. diff. 21. q. 1. art. 1.* qui dicit, *Post Superiorum Religionis priuare subditum aliquo munere hac de causa, quando talis occasio fieri potest solo arbitrio Superioris: quam se officium habeas certum tempus designatum, & auferri non soleat extra illud, nisi propter aliquam causam, tunc non potest hoc fieri, quia esset reuelatio confessionis: & idem est, quando cumq; in particulari timeretur talis suspicio.*

B. Thom.

S. Bonan.

6. Idem tenet *S. Bonanens. in 4. diff. 21. in 2. par. art. 2. q. 1. ad ultimum, dicens.*

Superior debet ei persuadere voluntariam confessionem, & quod ipse peccat absolutus ab onere officij. Quod si non vult, non debet eum absolueri, sed debet eum sustinere: nisi sit talis Religio, in qua subditi possint transmutari, vel transferrari sine diffamie nota.

Scotus.

7. Scotus idem confirmat in *4. diff. 21. q. 2. ad penult.* his verbis. *Si in Collegio est consuetudo communis, vt sine nota quilibet extra Monasterium curam habeat, vel sine cura moram trahens, reuocetur pro libito Presidentis, vel etiam non passim pro libito, sed quandoq; pro alia causa honesta, vt nunc iste quiescat in claustro, nunc labores cum Marea in exteriori ministerio, & nunc ille, prout utile visum fuerit Presidenti: tunc dicitur, quod Monachum confessum de crimine commisso in aliquo loco extra Monasterium, ubi moratur, potest Abbas ad Monasterium reuocare, quia in hoc, in nullo peccatum prodit: licet aliquis dixerit, quod Confessor nullo modo potest se habere aliter ad confessionem confessionis, quantum ad quemcumq; actum extra forum illum, quam se penitus nihil audisset.*

Si autem est consuetudo in Collegio, quod non transferatur Monachus, sed de loco fixo ad claustrum, nisi ratione delicti, vel insufficientia illius loci: non videtur tunc licitum Abbati, confessum ad Monasterium reuocare.

8. Si dicas, Non apponit remedium cuius sue ad salutem?

Respond. consulat sibi in foro poenitentiae meliori quo poterit modo, vt illi locum periculosum dimittat. Si noluerit NON ATTENDET ESSE DEVS, sed defectus occultos sibi secundum iu-

stitiam incorrigibiles Dei torredioni submitat. Et eodem modo poterit se gubernare Superior loci cum quolibet Religioso officiali, vt puta cum quæstuario, Sacristano, vel huiusmodi. Ponam hic verba Decreti Clem. VIII. de quo supra sub num. 5. *Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarij, qui postmodum Superioritatis gradum fuerint promoti, canueant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur. Atq; ita per quoscumq; Regularium Superiores, quicumq; illi sint obseruari mandauit,*

ARTICVLVS XIV.

An qualibet Peccati occasio sit necessario euitanda.

RESP. Circa hunc Articulum præsuppono. Primum, quod hic non est sermo de occasione peccati venialis: nam cum nec occasio talis, nec ipsum peccatum veniale impediat gratiam, nullus necessitatur ad eam relinquendam, neq; alicui in tali occasione existenti, iure potest denegari absolutio. In hac conclusione conueniunt omnes Doctores. Secundò præsuppono, quod neq; est necesse relinquere occasiones remotas peccati mortalis, cum non sint peccata: alioquin omne creatura quasi esset, vel posset esse occasio remota ad peccandum: sic Sap. 14. *Creatura Dei facta sunt in deceptioem animæ hominam, & in odium, & in musculam pedibus insipientium.* Tertio præsuppono, quod ad hoc, vt aliqua occasio sit mortale, vel propinqua ad mortale, non sufficit, vt poenitens, & Confessarij credant, quod nisi ab illa discedat, aliquid peccabit mortaliter: nam vt rectè dicit Innoc. 3. in cap. omnis de poenit. & remis. sufficit proponere firmiter, vt nunquam peccabit mortaliter, auxilio Dei fretus. Sed neq; Confessarij credunt Militibus, aut Mercatoribus, quod in suis exercitijs nunquam peccabunt mortaliter: neque propter hoc debent eis imponere, vt talia exercitia dimittant, sicut neq; Iohannes Baptistæ id militibus præcepit Luc. 3. tantummodo eis dixit: *Neminè cæcitate, neq; calumnia facietis, & contrarij estote stipendijs vestris.*

Verba au-
tem Scati.

*Occasio pro
pingua por
mors. qua.*

S. Greg.

Quarto suppono, quod vt aliqua occasio dicatur mortalis, aut propinqua ad mortale, ita vt necessario debeat euitari, non semper est illa, quæ sine magna difficultate non possit exerceri absq; peccato, vt dicit *S. Gregor. relatus in cap. negotium de penis. dist. 3.* difficile est valde militi, & mercatori in suis exercitijs à peccato cauere, & summam omnes Doctores *ibid.* non est necesse, vt tales dimittant talia exercitia: licet bene esse à ea relinquere, vt non habeant occasionem peccandi. Et præterea Praxis docet, quod vni est occasio mortaliter peccandi, non semper est idem pro alio: alioquin vix officium quodlibet reperitur, in quo aliquando officialis non peccet aliquando: vide *Nauar. in suo Man. cap. 3.* His suppositis.

1. Respondeo cum eodem *Nauar. ibid. num. 13.* quod non omnis occasio est necessario euitanda, sed sola illa, quæ vel est peccatum mortale, vel ad illud proxima. Sed præstat audire ipsum *Nauar.* qui sic ait. Vt aliqua occasio faciat peccare, & ideo necessario vitanda sit, non satis est, vt poenitens, & Confessor credat, quod nisi poenitens se abtineat ab ea, nonnumquam ob eam peccaturus est, etiam mortiferè in suis officijs: neque oportet id credere, vt poenitens absoluat, iuxta *Innoc. 3. in cap. omnis*, quæquam teneatur proponere, se amplius ope Diuina numquam mortaliter peccaturum.

2. Vnde sciendum: quod occasio propinqua huiusmodi, à qua poenitens necessario debet abstinere, atq; statuere, se nonnumquam ea vsurum, vt à Confessario absolui possit, est omnis illa, & sola, quæ est peccatum mortale, aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel debet credere Confessarius, vel poenitens, nonnumquam, vel raro se ea vsurum sine peccato mortali, bene perpenis eius circumstantijs. Itaq; quatuor debent concurrere, vt quis non cogatur relinquere occasionem peccandi. Primo vera poenitudo præteritorum. Secundo verum propositum, non peccandi, cum se inuenerit in ea. Tertio credulitas, quod Deo iuuante, non peccabit, cum in ea se inuenerit. Quarto quod subit aliqua rationalis causa non se separandi ab ea. Et infra subdit. Rectè faciunt Confessarij absolueno multos adolescentes, qui versan-

tur inter mulieres, emendo, vendendo, laborando, & conuersando absq; cohabitatione illarum in eadem domo: licet non proponant perpetuo abstinere, ab occasione peccandi, quam id illis præbet: quamuis sæpius peccent voluntate, verbis, aut tactibus impudicis, & etiam copula: quia occasio, quæ ex hoc præbetur ad peccandum, non est ex se peccatum mortiferum, neq; huiusmodi, vt ferè semper faciat mortaliter peccare eos, qui ea vtuntur. Hæc & alia multa habet *Nauar. in loc. cit.* ex quibus Confessarij Regularium potest eligere ea, quæ pro gubernandis suorum poenitentium Regularium animabus faciunt, pro fugienda occasione peccati.

3. Sed obseruandum censeo in prædicta *Nauar.* doctrina, in eo scilicet, quod ait, quod poterunt absolui adolescentes, qui versantur inter mulieres emendo &c. Hoc, inquam, & quodcumq; simile, in quo *Nauar.* facit facultatem absolueno, sic temperandum videret, vt locum non habeat, quando poenitens expertus est, se tali occasione data statim, aut quasi statim cadere: nisi accedant nouæ rationes, & circumstantiæ, ob quas rationaliter sperare possit, se non peccaturum, etiam occasione huiusmodi data.

Suaræ etiam optimè dicit in 4. tom. *Suaræ. disp. 32. sect. 2. nu. 4.* scilicet, quod in hoc vix potest certa regula tradi, quia tota hæc res maximè pendet ex prudentia Confessoris. Solum est aduertendum, quod vt aliqua sit mortalis occasio proxima, necessarium esse, vt vel ex suo genere talis sit, quæ frequenter inducat homines similis conditionis ad tale peccatum, vel verè vt experimento constat, in hoc homine habere talem effectum. Deinde necesse est, vt illa occasio voluntaria sit: quia alias, quod ex illa nascitur, vt sic non erit voluntarium, neq; ipsa in se poterit esse culpabilis. Vnde fit, quando moraliter vitari non potest, illam nõ censeri voluntariam, neq; assumptam, sed illatam: & ideo non esse morale, sed necessitatem quandam potius, vel impotentiam, propter quam non sit homo absolute dignus. Oportet tamen alijs medijs vt ad curandum hominem, & probandum, an eius propositum efficax sit: neq; est illi negada absolutio, etiam si iterum, atq; iterum reincidat: maximè si

*Limitatio
Nauar. do-
ctrina.*

Innoc. 3.

Suaræ.

*Quatuor
circumstan-
tiæ requirun-
tur, vt qd
non teneatur
relinquere occa-
sionem pec-
candi.*

aliquantum se contineat, & numerum peccatorum paulatim diminuat. Interdum vero differri potest absolutio, & maior aliqua poenitentia, vel cautio adhiberi: quod si tandem experimento constet, hæc non sufficere; cogendus erit interdum poenitens ad tollendam occasionem, etiam cum graui temporali noxamento: semper tamen magna prudentia necessaria est, vt scandalum vitetur.

¶ Verum quia tractatus iste, & labor noster Religiosis ad perfectionem tendentibus præcipue desudat; placet hic transcribere ea, quæ habet *S. Bonauentura* in Opusculo de modo consistendi, & de puritate conscientia, in Cap. XIV. ubi dicit sic. Quoniam multi videntur negligere, vt agnoscant affectiones suas vitiosas, & per consequens non curant cõfiteri, cum tamen diligenter sint perscrutandæ, & cum vitijs orientibus ex ipsis exprimendæ; ideo prætermittere non intendo.

Quia multi afficiuntur nimis ad seipso, quidam ad alias personas, quidam ad ho-

Varia, & nores, quidam ad diuitias temporales. Et quia hæc sunt sicut munus inter Deum, & animam, ideo nullus hominum habens aliquid de prædictis, potest in via Dei proficere, nec habere puram Orationem: & maximè quando est carnalis affectio ad personam: & de hac intendo modo loqui. Nam talis affectio multos spirituales sub specie spiritualis amicitia à statu Orationis impedit, & impediuit.

Hæc est inquietudo mentis pestifera, Orationem mentis, & oris inficiens, & dispergens, & affectus contrarios Orationi in mente generat, & exercet: nam sicut Oratio pura mentem purificat; sic carnalis affectio, & immunda mentem inficit, & obscurat, contristat, debilitat, & debilitat, & corpus eiusdem maledictionibus implicatur.

¶ Et quoniam spiritualibus loquor, propter quos illa scribo, nouerint ipsi, quod licet carnalis affectio sit omnibus periculosa, & damnosa, ipsis tamen magis perniciosa, maximè quando conuersantur cum persona, quæ spiritualis videtur: nam quamuis horum principium videatur esse purum, frequens tamen familiaritas domesticum est periculum, delectabile detrimentum, & malum occultum bono colore depictum.

Quæ quidem familiaritas quanto plus creticit, tanto plus infirmatur principale motuum, & vtriusque puritas maculatur: non tamen de hoc statim perpendunt, quia sagittarius ille non statim à principio mitit sagittas venenatas, sed solum aliquid vulnerantes, & amorem augmentantes.

Ad tantum verò deueniunt, vt iam non veluti Angelos, sicut inciperant, se inuicem alloquantur, & videant, sed tamquam carne vestitos se mutuo intueantur, & sauciant mentes quibusdam commendationibus, ac verbis blanditorijs, & adulatorijs, quæ videntur ex prima deuotione procedere: exinde vnus incipit appetere alterius præsentiam corporalem, quia forma, vel species corporum in vtriusque mente concepta incitat eos ad volendum præsentiam corporalem, quasi insit eis præsentia mentalis: sicque spiritualis deuotio paulatim conuertitur in corporalem, & carnalem: & sic ipsorum mentes, quæ solabant in Oratione cum Deo absque intermedio loqui: tunc inter se, & Deum, alter alterius ponit corporalem effigiem, quam velant, & tenebrant, ponentes sibi ipsis faciem Dei, cum facie creaturæ.

Et non minus horrendum est, cum ij proprium errorem percipere, & emendare deberent, potius sit nutrimentum erroris illud totum iudicant ex maxima charitate procedere: cuius merito, puro, & sibi inuicem mentientes referunt, quod in Oratione vnus alteri præsentatur, quo Oratio reddatur delectabilis, ac si pro se inuicem orare cogantur gratia, & virtute Diuina: ac per hoc consolationem simpliciter sensualem, quam habent in illa præsentatione de seipsis facta in Oratione prædicta, æstimant, ac affirmant, ac asserunt esse Spiritualem gratiam, & Diuinam.

¶ Quales autem illusiones recipiant à sagittario supradicto, specialiter mulieres, quæ citius Fidem adhibent illusioni mentali, effert horribile, & quasi impossibile declarare. Sentiant namque in Oratione prædicta, & præsentatione metali calorem quandam ignitum à Sagittario illo iactam, quem credunt, & dicunt, ignem charitatis à Spiritu sancto immisum, volentem coniungere spiritum vnus spiritui alterius vinculo charitatis:

sitatis: cum tamen sit ignis libidinosi amoris, prout frequenter exempla manifestant: & indè deliberant se, tanquam spiritualiter vnitos, posse securius, prolixius, & sapius simul loqui, atq; in hoc tempus non perdere, sed lucrari.

Proinde mōdos mirabiles, & insolitos, & cauteles adinueniunt, quibus procurant simul colloqui frequenter, allegantes vnus alteri causas vtilitatis, & necessitatis depictas, cum tamen in veritate nihil aliud sit causa, nisi onus, cui ratio succumbit.

Sic itaque carnali concupiscentia, excaecati, tempus, quod olim in Oratione consueuerant expendere; ac spiritualiter occupare; nunc in huiusmodi familiaritatibus, & colloquijs perdunt, & sic (quod dolendum est) allocutiones Diuinas pro carnalibus commutantes, amodo igitur (nisi mora serouina cogente, aut alia inuitabili causa) non possunt abinuicem discedere, & tunc inuici, & tristes discedunt. Hæc autem tristitia est certissimum indicium, quod carnis vinculo sunt alligati: & per hoc visitationes, & consolationes Diuinæ à carnalibus, & diabolis discernuntur.

8 Denique quamuis multis se exponant periculis, & multa mala incurrant, dum eorum obreuebratis conscientijs iudicant, quædam sibi tamquam spiritalibus esse licita, quæ fieri nequeunt absq; peccato, & periculo: putauit tamen melius esse, non multa de hoc, calamo exarare. Hæc tamen non tacere valeo, quin aliquantulum referam maxime, quia non longe à temporibus istis similia conuigertunt.

Tandem, spirituales prædicti, quandoque se deduci permittunt: *ut se inuicem familiariter tangant sub specie charitatis, referentes sibi inuicem immensum cordis amorem, quod impudenter, charitatem appellauerunt.* Sed in hac reservatione amoris, est innumum periculum, quia ex hoc fabricantur sagittæ, quæ mentes eorum vulnerant mortaliter, ac venenant.

Nota. Et quod supra omnia videtur mihi horrendum, Deo, & Angelis, hominibus, & demonibus, fuerunt iam aliquæ spirituales nomine, spiritu luxurioso imbutæ, quæ in exultationem suæ libidinis, præsumpserunt dicere, se habuisse in illis

actibus impudicis magna sententia de Deo. Quod nihil aliud iudico, nisi quoddam incitamentum, & inductiuum ad similia securius iterandum, & peiora perpetrandum.

9 Dic mihi, qui talibus credis, & adheres, si isti sunt verè spirituales, vt asseris, quid aliud loqui, aut facere deberent, nisi quod à Spiritu sancto procedere potest, vel procedit? Ab illo autem nihil procedit noxium, sed solum quod est vtile, & honestum. Quid enim ad Spiritum sanctum de talibus ofculis, aut qualem honorem indè consequitur Deus, & quæ vtilitas, aut quæ necessitas tibi ad salutem, vel aliam, vt hos tacitus facias, aut patiaris? Quæ conuentio spiritus ad libidinem carnis? Quæ igitur præsumptio tua, vt hanc contumeliam inferas Spiritui sancto, scilicet, attribuendo sibi tuæ impudicitæ foetorem, quem vix demones patiuntur? Quæ inquam, temeritas tua Mulier hypocrita, à facie Dei proiecta, vt dicas, delectationem carnis libidinosam esse gratiam, & consolationem Diuinam? Recede ergo fera pessima de finibus meis, quia demones nequeunt tuam præsentiam, sustinere.

10 Hæc itaq; fratres carissimi, non incongruè huic operi sunt inserta, vt sciat vnusquisq; quod hæc venenosa affectio, sub colore spiritus acquisita in homine impedit puritatem confessionis, & cordis mundiciam: vt sic hanc fugiant, tanquam vitiosam rubiginem, quæ vix potest aboleri de mente, si alicui fuerit applicata: præcipuè quia tales personæ, quamdiu sunt hac sagitta percussæ, quasi nunquam purè, & integrè consentiunt: eo quod ipsum morbum despicabilem in persona spirituali, verecundantur toties detegere plenè, & integrè Confessori, quia verentur exprimere aliquas circumstantias tali affectioni annexas, quas vel tacent, vel imperfectè explicant, vtentes verbis operientibus dictum morbum, sicut sunt, occupatio mentis quasi contrinua circa personam dilectam, & in Oratione, & cunctis actibus suis, & imaginationes turpes de ipsa vana complacentia cordis in memoria, & aspectu mentali ipsius, & negligentia in euitando eius præsentiam, & colloquium: & alia, quæ experiantur ipsi.

Quod bene aduertit.

Propterea sepe mutant Confessorem, aut vellent mutare, si possent, sicq; tristes sunt, & acediosi frequenter, tam ratione affectionis fluctuantis in mente, quam ratione confessionis imperfectæ, de qua ipsimet non contentantur: sed quod peius est, cum ipsi deberent quæ- rere Medicos spirituales cautos, & peritos, ac expertos, qui scirent illam ægritudinem, & causas eius agnoscere, & congruum remedium adhibere: non solum non faciunt, sed potius, si semel ad aliquem talem perueniant, ipsum ex tunc fugiunt, nec reuertuntur ad ipsum.

Quærent ergo Confessores idiotas, & simplices, qui nec morbum intelligunt, nec causas eius agnoscunt, & ideo nesciunt congruum adhibere medelam.

Familiaritas foeminarum spiritualium, maxime vni sanda.

11 Tantum de hac materia dixisse sufficiat, vt per hoc confidenter animentur, per viam puram, & immaculatam incedere, & fugere periculosam pestem, familiaritatem mulierum spiritualium, quæ non melius, quam fugiendo vitatur. Satis enim posset quis hac sagitta percussus se ieiunijs, vigilijs, ac disciplinis affligere, & orare: quod si non fugiat personam, & omnem occasionem despiciat, nunquam curabitur illo morbo, sed magis augebitur illud vulnus.

Propter quod sequamur consilium *B. Hieronymi in Epist. ad Oceanum*, dicentis: foeminam quam vides bene conuersantem, mente dilige, non frequentia corporali: quia initium libidinis est in visitatione Mulierum, & Mundus cum Mulieribus non melius vincitur, quam fugiendo: quia cæteris vitijs, & morbis potest quis resistere: huic tamen non potest, nisi per fugam.

Et alibi: si Mulier potuit vincere eum, qui iam erat in Paradiso: non est mirum, si eos imediat, qui nondum ad Paradisum peruenerunt. Et iterum *ad Neposinam Epist. 2.* Solus cum sola non sedeat in secreto, absq; arbitro, & testè. *Et ibidem paulo post*: Nè sub eodem tecto solus cum Muliere manseris, nec in præterita castitate confidas, quia nec tu Sansone fortior, nec Salomone sapientior; si forte dicas: iam corpus emortuum est: dico tibi, quoniam diabolus uiuit, cuius flatus prunas extinctas ardere facit.

Idem ibidem dicit: Omnes Virgines Christi, & puellas, aut æqualiter dilige,

aut æqualiter ignora. Item *D. Augustinus* dicit: sermo breuis, & rigidus cum Mulieribus est habendus, nec tamen quia sanctiores fuerint, eo magis alliciunt, & sub prætextu blandi sermonis, immiscen- te se vitijs impijssimæ libidinis. Crede mihi, Episcopus sum, in Christo loquor, non mentior. Cedros Lybari, idest, contemplationis altissimæ homines, & gregum arietes, id est, magnos Prælatos Ecclesiæ sub hac specie corruisse reperi, de quorum casu nõ magis præsumebam, quam *Hieronymi*, & *Ambrosij*: Sic ait *Bernardus Serm. 65. in Cantic.* Quotidie conuersari vis cum Muliere, & cõtinens putari? esto quod sis, maculam tamen suspicionis portas. Scandalum mihi es: tolle materiam, & causam scandalij, quia vñ homini illi, per quem scandalum venit.

Hæc ex S. Bonaventura: Quæ omnia transcripsimus, quia magnoperè deseruiunt ad cognoscenda pericula, quæ sunt in varijs, & diuersis occasionibus. Vnum hic addam ex *D. Bernardo*: Quid tibi cum foeminis, qui in altari cum Domino familiaris es? quare eisdem labijs oscularis in altari filium Virginis, quibus in lupanari oscularis filiam Meretricis?

ARTICVLVS XV.

Quid faciendum, quando ex vsu confessionis nulla sequitur reuolutio?

RESP. ad hoc, quod aliqui dicunt, quod quando ex tali vsu, neque indirectè, neq; morale periculum eius, sequitur, non est per se malus talis vsus: imò poterit sæpè esse honestus, & licitus, nisi specialiter prohibeatur. Ita docent omnes Doctores cit. sup. in *Art. 13.* quia illa actio non est contra sigillum, quandoquidem nullo modo est contra secretum: vndè potest ex Confessione vnus in Confessione alterius aliquam interrogationem facere necessarium, vel vtilem poenitenti, tali modo, vt alias nõ intelligat, vndè Confessarius moneatur ad interrogandum, vt notarunt *Syluest. verb. Confessor. 3. q. 26. & Nauar. in Man. Cap. 8. num. 17.* Et potest ipse Confessarius diligentius custodire rem propriam, vel aliquid simile, quia in his omnibus, nec poenitenti, nec Sacramento fit iniu-

Mulier, & mundus fugiendo vincuntur.

ria ex dicta hypothesi, quod nulla timeatur indirecta reuelatio.

Dixi (nisi specialiter prohibeatur) quia si prohibitio legislatoris accedat, nullo pacto potest fieri: & tunc est, quod quia Clemens VIII. in suo Decreto prohibet talem vsum, saltem pro regularibus, & eorum gubernatione, vt videre est in ipso Decreto in principio huius tractatus posito sub num. 5. quod nullo pacto Superiores Regularium debent ea vti: & ita obseruandum est, rum quia verba textus sic sonant: tum quia vel maxime res de se mala est: aliter enim confessio paulatim redderetur onerosa plusquam est.

ARTICVLVS XVI.

An possit Superior, siue elector propter solam scientiam in Confessione habitam alicuius gravis culpa, negare suffragium ei, qui exterius reputatur dignus: ipse autem per Confessionem scit esse indignum.

RESP. quod circa hoc graues Doctores affirmant simpliciter, non posse solum, sed etiam debere, quando D. Thom. nullum est periculum reuelationis, ita Scot. Sylu. D. Thom. D. Bonau. Scot. Sylu. & Sotus v. Scot. Nau. lati supra in art. 13. & Nauar. in cap. Sacerdotes scit dos num. 150. de poenitent. ait. Secundum tiam in confessione iuste quis potest electoribus diffidere alicuius in Praelatum electionem posse aliam ob solam malitiam de eo scitam per cui negari Confessionem: dummodo ita rem gerat, suffragium vt nullo modo peccatum ipsius illi proquidam sentiat. Et ibidem num. 346. ait si sint latae aliquae poenae, vel censurae ipso iure coneliges intra eligentem indignum, eas incurere dignum in electorem, qui eligit indignum in sola currere in confessione cognitum: & ibi citat cap. poenam, si capm in cunctis de elec. & cap. perpetuo eod. qua est poen. in 6. Sed ibi nihil speciale habetur sita, etiam pertinens ad sigillum, sed solum generaliter sciat ex ralis prohibitio, ne eligatur indignus. Ratio vero huius sententiae est, quia eligendum esse in genere indignum est intrinsecum malum, dignum. & tunc potest vitari hoc malum sine incommo Sacramenti.

2. Hae sententia limitanda est, vt scilicet non procedat, quando suffragia publice feruntur, quia tunc periculum est alicuius manifestationis, vel suspicionis, cum supponatur persona publice digna.

Secundo limbo, vt etiam in occultis electionibus nulla incuratur poena, vel censura eligendo indignum, quicquid sit de culpa, vt melius dixit Sotus in 4. dist. 21. quast. 3. vbi citat Palud. nam leges imponentes poenas has, semper loquuntur, secundum scientiam communem, & cognitionem humanam.

3. Denique addo, probabilis mihi videtur, nullam committi culpam eligendo aliud dignum in publica fama, etiam si per solam confessionem cognoscatur indignus, nam eligendum quia propter reuerentiam Sacramenti, potest quis illicite non vili scientia, sed ita se gerere, ac si nihil nouisset: quia illa scientia non est per se regula talis actus. Quod vero non teneatur quis vti illa scientia, affirmare non audeo propter dictorum Auctoritatem, & sententiam, quia intelligenda est, vt saepe dixi, vbi prohibitio humana non interuenit. Vide qua diximus in fine Art. preced.

Circa hanc materiam annotat Palud. vbi supra, quod ille, qui eligit indignum, quem sola confessione talem esse nouerat, non incurrit poenam suspensionis, de qua in cap. cum in cunctis, S. fin. de elect. quod etiam probat Adrian. & quia talis sententia rationabilior est, & magis conformis Decreto Clem. VIII. propterea est amplectenda, quicquid dicat Nauar. Vide etiam Rodrig. in co. 2. q. 99. regul. 9. 53. artic. 4. qui idem quod nos tenet.

ARTICVLVS XVII.

An debeat Superior facultatem concedere Subdito petenti, vt possit ab alijs absolui in Casibus reservatis? Vel. An debeat dare talem facultatem Confessario id petenti?

REspondeo, quod circa hoc duae possunt esse extremae sententiae, vna absolute negans, altera affirmans.

1. Prima absolute negat teneri vnquam Praelatum ad hanc facultatem concedendam, quae fundari potest in verbis Concilii Tridentini, Praelatus non quem articulum Sacerdotes cum nihil postcedens talis sint in Casibus reservatis, id vnquam poenitentiam facultatem ribus persuadere nitantur, vt ad Superiores, seu multos & legitimis Iudicibus pro beneficio absolutio docentur. nis accedant.

In quibus verbis pondero primo illam particulam (*id unum*) nam certe si subditus habetius exigendi à Superiore prædictam facultatem, & ipse eam concedere tenetur: vix poterit Confessarius suadere poenitentiam, ut ad Superiorem accedat, sed potius ipse poenitens potest persuadere illi, ut suo nomine, quamvis in particulari tacito, facultatem exigat, quam Superior tenetur ei concedere.

Deinde pondero illam particulam (*legitimus Iudices*) quia legitimus Iudex alicuius causæ nulli facit iniuriam, si per se velit eam iudicare: neque tenetur, eam alteri committere, si ipse sit idoneus Iudex, ut supponimus. Sed Superior in hac causa se habet, ut legitimus Iudex, prout dicit Concilium, ergo &c. Atque hæc opinio potest tribui *Victoria in Summa cap. 4. num. 147. de Confessione*, quatenus ait, Quando non interuenit specialis causa rationabilis extrinseca, & quasi per accidens, sed solum intrinseca difficultas, quam secum affert confessio, nimirum

erubescencia confitendi cum Superiore: aut timor amittendi apud illum bonam opinionem: non teneri Superiorem ad dandam hanc facultatem, quia alias homo nunquam teneretur confiteri suo Parocho, & in eadem sententia potest citari *Nauar. in Man. cap. 7. nu. 8. & in cap. placuit, de poenitent. dist. 6. num. 149. & 150.* qui idem dicit: nulla enim est lex, neque ratio, quæ conuincat excusari tunc poenitentem ab obligatione confitendi suo Superiori, vel Parocho: vnde dicimus, nullam esse rationem, neque legem, quæ conuincat, teneri Superiorem, aut Parochum ad dandam hanc facultatem.

Præsertim, quia alias reservatio esset nullius momenti, si Superior teneretur hanc facultatem concedere, quia hoc ferè nullum onus est poenitentium, præsertim si per alium facultatem petat: & ita reservatio nihil confert ad coercenda, vel curanda peccata, qui est finis reservationis, ut dictum est in fine *Primi Art. huius sectionis*. Et confirmatur per illud *Prou. 27. Diligenter agnosce vultum peccatoris tui. vbi Glosa. Pastori Ecclesie dicitur, diligenter adhibe curam eis, quibus te præesse contigerit, agnosce eorum actus, & vitia, quæ in eis inuenies, citius castigare memento, & hæc pro prima opinione.*

2. Secunda sententia est, per se loquendo, & seclusis intrinsecis incommodis, teneri Superiorem ad hanc facultatem concedendam. Sic *S. Tho. in Opus. 19. contra impugnantes Religionem, & in 4. dist. 17. quæst. 3. artic. 3.* ait peccare Superiorem, qui difficilem se præbet in danda hac facultate. Et subdit rationem, quia multi

sunt adeo infirmi, quod potius sine confessione moriantur, quam tale peccatum tali Sacerdoti confiteantur. Vnde illi (inquit) qui sunt nimis solliciti, ut conscientiam subditorum per confessionem sciunt, multis laqueum damnationis iniiciunt, & per consequens sibi ipsis. Hoc dicit *S. Tho. in solut. ad 6. & in solut. ad 5.* ait, quod tunc magis debet eligere confiteri Laico. Quæ verba ponderare debent Superiores: nam S. Doctor optimè sciebat, Confessionem laicam, non esse Sacramentum: prorupit nihilominus in talia verba, ut sic ostenderet Prælati, & Superioribus, ne sint difficiles in concedenda hac facultate.

Addit quoque Angelicus Doctor, Nec sit iniuria Sacerdoti, quia privilegium cilem se præmetur amittere, qui concessa sibi abusus bene in danda facultate. Quam sententiam omnes sequuntur, & merito: nam, vbi ibidem ait idem Doctor, quamvis ex tali licentia nonnulla mali occasio nascatur, per eam tamen nullis maioribus malis occurritur. Sic *Sot. dist. 18. q. 2. art. 5. Ledes. 2. p. 4. q. 7. Sot. Ledes. art. 5. Victoria ubi sup. nu. 146. Sylu. verbo Vult. Sylu. Confessor. 1. Angel. Confessio. 3. num. 31. Armilla Confessio. num. 35. Nauar. in cap. Nauar. placuit, num. 119. & 151.*

4. Ratio autem fundamentalis huius sententia esse videtur, quia hæc iurisdictio non est data Superiori propter auctoritatem, aut vilitatem eius: sed propter bonum ipsius poenitentis: ergo quoties poenitens omninò non vult confiteri Prælato (hoc enim supponendum est) quamvis ad hoc nullam habeat causam, sed solum voluntatem ortam ex intrinseca difficultate confessionis, & solum ob eam rem facultatem petat; tenetur Superior illam concedere.

5. Hæc sententia, quia omninò est amplectenda, magis roboranda est. Scindum ergo, quod plures sunt casus, in quibus Superior ex iustitia tenetur hanc facultatem concedere poenitenti, ita ut faciat illi iniuriam, negando illam simpliciter.

Prælati tenetur concedere facultatem sententia. S. Thom. Sapè Superiores laicos quæsi dano sionis multas injiciunt sibi in iustis Mita vult. S. Tho. Confessio peccatorum laico facta non est sacramentalis Superiorem cilem se præmetur amittere, qui concessa sibi abusus bene in danda facultate. da facultate. Sot. Ledes. art. 5. Victoria ubi sup. nu. 146. Sylu. verbo Vult. Sylu. Confessor. 1. Angel. Confessio. 3. num. 31. Ang. Arm. Armilla Confessio. num. 35. Nauar. in cap. Nauar. placuit, num. 119. & 151. Iurisdictio data est Superiori propter bonum ipsius poenitentis. Plures casus, in quibus Superior tenetur concedere facultatem se poenitenti.

Victoria.

Nauar. in Man. cap. 7. nu. 8. & in cap. placuit, de poenitent. dist. 6. num. 149. & 150.

Prou. 27.

Huiusmodi sunt Primò, si poenitens timet aliquod graue damnū extrinsecum sibi inferendum ab ipsomet Superiore, vt puta quia eum persequetur, vel inimicitiam grauem secum contrahet, vel suffragium in electione ei negabit, vel eum amouebit a loco, ab officio cum infamia nota, & huiusmodi. Secundò si Superior est reuelaturus confessionem, vel de hoc diffamatus sit. Tertiò, si sit eum sollicitaturus ad malum, & huiusmodi similia. Tunc enim ait *Toletus lib. 3. Summa cap. 13.* poenitens debet petere licentiam ab eo alteri confitendi, vel à Superiore: qua non obiecta, potest cuius idoneo confiteri, iux. *Sylu. Confessor. 1. Nau. Rod. S. G. Adrian. de confes. q. 4. dub. 3. Palud. & Nica. in 4. Man. in c. placuit. n. 144. & 146.*

Ipsi non se representandi: sed petere debet licentiam pro mutatione Cōfessarij, & facultatem absoluedi à referuato. Idem confirmat *Suarz ubi supra dicens.* Tertiū exemplum est, si ex parte poenitens sit ingens verecundia, quæ interdum tantam inducit difficultatem, ut moralis impossibilitas existimeret: nam tunc iniuste negatur facultas. Non est autem cogendus poenitens, aut rem moraliter impossibilem facere, aut hoc Sacramentū priuari, & *infra* ait. Imò significat *D. Tho. in Opus. 19.* Satis esse, ut poenitens dicat, se habere rationabilem causam petendi illam facultatem, ut Pastor debeat illam concedere, ne illum exponat periculo maioris mali.

Toletus.

Sylu. Adr. Palu. Ric. Nau. Rod. S. G. Adrian. de confes. q. 4. dub. 3. Palud. & Nica. in 4. Man. in c. placuit. n. 144. & 146.

Rodriguez ad hoc. de conformans, ait, Si Superior negat suā facultatē, reseruatō debet indicari, ac si abstergeretur, quid faciēdum. Superior tibi Superioria, qui si hic Superior negat illam inuicē, cum sit presens, debet indicari de illo, ac si reseruatō: aut debet indicari, quod Superior maior, qui est absens concedit eam. Quod debet intelligi, nisi casus habeat annotationem communicationem, quia tunc majori consideratione procedi debet. Na notas *Henriq. lib. 3. de poenit. cap. 15. num. 6.*

Henriq. lib. 3. de poenit. cap. 15. num. 6.

Rodrig. Sorus. 6 Hęc sententia, scilicet, quod bene debet indicare poenitens, ac si non habet copiam Sacerdotis, quam tenet *Rodriguez*, fuit etiam *Sori in 4. dist. 18. q. 4. artic. 2.* quam etiam antea docuerat

D. Thom. *D. Tho. in Adr. ad 3. par.* Nihilominus, sententia est ab hac sententia, scilicet, quod tunc potest alteri confiteri: hoc vno addito cum *Toleta ubi supra*, vt non confitatur cuius Sacerdoti, sed habenti facultatem aliquam confitendi. De qua

Toletus. re, vide etiam *D. Bonau. in 4. dist. 21. in 1. p. in fine 7. debij. licentia.*

D. Bonau. *Nauarrus.* *verecundia sola aliquā est sufficiens causa, vt facultas de su.* *11. de hoc id, quod dicit Nauar. in cap. 1. de poenit. n. 14.* Tollitur, solam verecundiam hūmilitatem poenitentis aliquando esse sufficiens causam, vt hæc facultas danda sit. Quod intellige, quando illa erubescētia tanta est, vt poenitens verecundus in periculo tacendi aliquid peccatum vel aliquam eius circumstantiam, necessario confitendam, confitatur, nam tunc iusta causa est: scilicet, vt confitatur proprio Sacerdoti,

8 Nec etiam debet eum cogere, ut causam illam explicet in particulari, quia uel potest ad ipsum, & Pastorem pertinere: uel potest esse ita coniuncta cum peccato, ut necesse sit illud explicare, ad quod non est cogendus poenitens.

Non tamen tenetur Regulariter Superior hanc facultatem absolutam dare, sed potest aliquam, uel aliquas personas cogere subdesignare, prout prudenter expedire iudicauerit.

Graffius quoque in lib. de castit. reform. palet. qua. cap. 10. num. 29. ait, quod non solum ob re petis sub uerecundiam, sed quia suspicatur deinceps non recto, sed torto oculo à Superiore inspiciendum: uel dubiet de mutatione (loci scilicet, aut officij) ob hanc causam: vadē tunc Confessarij deputato, qui superiori innotuit, reservationem debet committere, & potestatem ad id facere, sc. ut eum absoluat.

Rodriguez Rodriguez denique in Summa, tom. 1. cap. 184. nu. 16. ait, & quidem ego facere in hūmilitatem meam, & paucam meam hūmilitatem, quia peccata uenialia, quæ communiter confiteor, pudore corrigior confiteri semper eidem Confessario, unde aliquando muto eos.

9 Scio id, quod circa hoc habet *Rodrig. Politius. noster super cap. 7. Regula. sub num. 62.* Vbi ait, sic. Nec item erubescētia causa sufficiens reseruatō extulandū eos: imò quò plus uerecundia potest huius, eò magis satisfaciunt, ut habetur in cap. quod poenitet. de poenit. dist. 2. & annotatur *Sylu. Syluester. Confess. 9. 6.* & post ipsum *Nauar. in Man. Nauarrus. cap. 7. in fine. & in c. placuit, de poenit. dist. 6. num. 149.* Quare ubi uix, uel dicitur, uel animæ

Suarz.

D. Thom.

Superior dictum, vt causā pro-

Graff.

Rodriguez Rodriguez

animæ sibi fratres periculum probabili-
liter non timent, & prædicto recurſu ad
suos Miſtros, minime ob timorem præ-
dictum, uel pudorem, seu erubeſcentiam
excusarentur. sic illo. Quæ doctrina uera
est, communiter loquendo, & de com-
munibus Religioſis, & pariter de pudore
non tam graui; nihilominus quando eru-
beſcentia est tam magna, ut quis se ex-
poneret periculo tacendi peccatum, uel
aliquam circumſtantiam neceſſariam;
tunc excuſat, prout dictum est.

Dubium. 10 Dubitatur hic, An quando ſubditus
petit conſiteri ab alio, Superior teneatur
ei dare illum Confeſſarium, quem petit?

Reſp. Ad hoc reſpondeo cum Suarez to. 4. diſp.
Non tene- 30. ſect. 4. num. 11. quod non teneatur Su-
retur ſupe- perior dare generale facultatem eli-
rior aſſi- gendi quemcumq; Cōfeſſarium idoneū,
gnare ſub- ut à caſibus ſibi reſeruatis abſoluat, neq;
dico Con- etiam teneatur ad committendam cauſam
feſſariū il- ei Sacerdoti, quem uult pœnitens, ſed
lum quem pōteſt illum committere alteri, uel inter
ipſe petit, alioſq; deſignatos electionem Subdito
ſed ſufficit dare, prout iudicauerit. Expedire ad bo-
ut alium num pœnitentis. Et Angel. aduertit, poſ-
idoneū aſ- ſe, & debere Prælatum in particulari in-
ſignet. ſquirere, & ſcire, cui uelit ſubditus con-
ſiteri; & ſi eſt, inquit, aquè bonus, concedat:
ſi uero non eſt aquè bonus, non debet dare
facultatem.

Con. Trid. 11 Ecce ratio quidem in generali eſt, nam
reſeruatio ad hoc fit, iuxta Concil. Trid.
ut grauiora delicta grauius corripi, &
melius emendati poſſint: ad quod neceſ-
ſe eſt, ut grauioris etiam perſonæ, & do-
ctioris, ac melioris iudicio ſubdantur:
ergo quàmuis Superior cedat iuri ſuo,
committendo cauſam alteri, ſemper ta-
men habet ius non committendi illam,
niſi perſonæ proportionatæ tali cauſæ;
& fini reſeruatiōis: hoc autem regula-
riter non fiet, ſi generalis facultas con-
cedatur. Super etiam accidere poteſt, ut
vna perſona, quam deſignat pœnitens,
ſed que hoc illius facultatem petit, talis
non ſit Superioris iudicio, ergo non eſt
cogendus Superior, ut id concedat. Nec
poteſt ſubditus iuſte conſiteri, aut eandem
difficultatem reſpectu omnium
aliorum allegare, præfertim ſi ei facultas
ad eligendum inter plures concedatur.
Non debent tamén in hoc Superiores
eſſe difficiles, quando uel ſubditi pruden-
tes ſunt, & timorati: uel Sacerdos,

per quem ſubditus facultatem petit, re-
uera eſt ſufficiens, ut ei cauſa committi
poſſit: tunc enim regulariter loquendo,
& niſi cauſa alia grauis occurrat, con-
ſultius eſt acquieſcere pœnitenti, & in-
terdum poſſet etiam eſſe neceſſarium.

Sic Suarez.

12 Quando uero Confeſſarij petunt à
Superioribus facultatē pro caſu aliquo,
& Superiores renuunt: tunc pro illa uice
poſſunt tales Confeſſarij abſoluere ſuos
pœnitentes Regulares etiam nō obten-
tā Superiore facultate. Sic in Decretis ge-
neralibus ad Regularium reformationē,
ac Nouitiorum receptionem, profeſſio-
nem, & inſtitutionem ſpectantibus, alias
factis, & publicatis, & Sanctiſ. D. No-
ſtri Pauli Diuina Prouidentia Papæ V.
iuſſu, nuper editis.

*Quando ſu-
perior ne-
gat ſuā fa-
cultatē, po-
teſt Confeſ-
ſarius non
ſoluere pœ-
nitentē pro
illa uice.*

ARTICULVS XVIII.

An ſi in Communi ſit Generalis, & Prouin-
cialis, ſufficit ſe præſentare
Prouinciali?

*R*ESP. quod tunc pœnitens ele-
ctionem habet: poteſt enim re-
currere ad quem maluerit, ſiue ad Gene-
ralem, ſiue ad Prouincialem: vnusquiq;
enim eorum habeat facultatem abſol-
uendi, cum vnusquiq; eorum habeat fa-
cultatē ligandi, ut uisum eſt ſup. in Art. 2. uterq; reſp.
des in Com- uentum.

Bene uerum eſt, quod ante Decretum
ad id non habebant optionem ſubditi,
quia cum diuerſi eſſent caſus illorum
(Generalis, enim quosdam, Prouincialis
uero alios ſibi reſeruabant) neceſſe erat,
ut pœnitens ad illum Superiorem recur-
reret, ad quē caſus reſeruatus ſpectabat.
Modo uero, quia ex præſcripto prædicti
Decretis, ijdem caſus ſunt pro omnibus
Regularibus aſſignati, propterea pœni-
tentes poſſunt ad quem magis uoluerint
ipſorum Superiorem recurrere, ſiue ad
Generalem, ſiue ad Prouincialem: eo
maximè, quia ad præſentiam Generalis,
ille, qui eſt Prouincialis, ſuam auctori-
tatem non amittit, & maximè in foro con-
ſcientiæ, niſi ſpecialiter ei prohibeatur.

ARTICULVS XIX.

An Superior dando facultatem abſoluedi à
reſeruatis, poſſit uacare ſua iurisdictione,
Confeſſario imponendo non poſſit.

*R*ESP. quod, quando Confeſſarius
deputatus petit à Superiore, ut

sibi potestatem faciat ad absolvendum aliquem casum reservatum. Superior potest, vel liberè talem facultatem concedere, remittendo se conscientia ipsius Confessarii, vel potest eam concedere cum limitatione, seu cum onere imponendi talem, vel talem poenitentiam pro tali, vel tali delicto: ad hoc enim Superior habet ius: quia est Iudex ordinarius in illa causa: unde sicut potest eam non committere: ita si eam committit, præscribere potest modum, taxando poenam ferendam. Pater hoc, nam antea in Ecclesia erant Canones poenitentiales in usu, in quibus taxabantur poenitentia imponenda pro gravioribus delictis; quorum nonnulla vestigia sunt apud Gratianum in *fine Decreti in cap. latorum. 33. questus.* cum similibus. Non ergo repugnat, poenam in hoc foro imponendam, esse taxatam per eum, qui in Ecclesia habet potestatem. Nec est cur negari debeat talis facultas Superiori, qui sicut potuit casus reservare; sic potest etiam facultatem ad illorum absolutionem committere, taxando poenitentiam.

*Superior
dans suam
facultatem,
pōt taxare
poenitentiam
imponendam.*

Gratium:

Clemens 8.

Accedit, quod Clemens VIII. in Decreto suo, quamvis prohibeat Regularium Superioribus, ne subditos adstringant, ad sibi confitendum: Subdit nihilominus ibidem in §. 5. *licet tamen Superioribus determinare poenitentiam, a quibusdam peccatis, etiam non reservatis, a Confessariis imponendam, qua subditos ab huiusmodi peccatis perpetratis cohibere possint.* Ex quibus constat, a fortiori hoc licere in casibus reservatis, ut probat illa verba (*etiam non reservatis*) & per se est evidens ex paritate rationis. Sicut ergo ex vi Decreti possunt Superiores Religionum secundum species peccatorum reservatorum taxare modum poenitentia imponendæ ab his, quibus facultas absoluendi ab eis committitur; ita pariter possunt id facere in particulari commissione, eam tali, vel tali modo limitando.

*Prudentia
est superio-
ria necessaria
in usu
huius po-
estatis.*

In usu verò huius potestatis necessaria est prudentia, & moderatio: regulariter enim non videtur necessaria, nisi quando Superior non multum confidebit de prudentia Confessarii, cui talem causam committit.
3 Et quod dictum est de poenitentia in iungenda, intelligendum est etiam de qualibet satisfactione condigna, aut alia

convenienti medicina, si iuxta exigentiam causæ moraliter necessaria, aut valde cõvertens iudicetur, & propter hunc finem potest Superior interrogare speciem culpe, aut consuetudinem, vel alias circumstantias, quantum sine manifestatione, vel suspitione personæ declarari possint: cum hoc enim periculo, nec ipse interrogare debet, neq; alter respondere tenetur. Aliquando etiam poterit Superior aliquam cautionem, seu limitationem adhibere sine speciali noticia delicti, sub conditione, videlicet, si huiusmodi fuerit delictum, imponatur hæc satisfactio, &c. Quod quidem per modum consilij frequenter fit, & potest fieri per modum legis, seu præcepti, ut dixi: non est tamen in usu, ut fiat: & ideo sine magna, & extraordinaria causa faciendum non est.

Et multo minus, non est committenda iurisdicção cum tanta dependentiã ab hac conditione, ut nisi impleatur, v. g. nisi imponatur talis poenitentia, & acceptetur, absolutio alias data, sit nulla: nam hoc & nimis rigorosum est, & periculis expositum: & in rigore, potest esse etiam iniustum, quin nunquam poena huius fori tanta necessitate præscribitur, quin committatur aliquod arbitrium Iudici, ut si iuxta dispositionem, vel alias condiciones poenitentis viderit, aut non esse debitorem tantæ poenæ, aut illi non expedire, possit eam moderari: quia poena huius fori medicinalis est magis, quam iudicatiua, ut dixi in 1. Artic. ergo velle omnino priuare Iudicem hoc arbitrio, iniustum esset: relinquere autem illum cum periculo faciendi Sacramentum irritum, seu conferendi absolutionem nullam ob defectum potestatis, etiam esset imprudentissimum: & ideo nunquam est ponenda hæc conditio-tali modo, sed ad summum, per modum cuiusdam directionis, seu ordinationis.

*Pœna fori
Pœnitentiæ
medicina
lis est ma-
gis, quam
iudicariua*

A R T I C V L V S XX.

An incidant in aliquam poenam, qui absque facultate absoluunt?

1 R **ESP.** quod Alexander VI. in Privilegio dato in fauorem Prælatu- uerit ab- solutorum, ut possint sibi reservare casus, ait, facultate quod absolventes a talibus casibus re- quam sit.

seruatis post eorum reservationem, nullam faciunt absolutionem, & incidunt in penam absolutionum à non concessis casibus: quæ pœna est, quod tales sunt ipso facto excommunicati, ut videre est in *Clemen. Religiosi: de priuileg. & excess. priuileg. in 6.* Religiosus itaque, qui non habens auctoritatem absoluit à casibus reseruatis habentibus annexam excommunicationem. Primò absolutio data est nulla, & nullius roboris: quod nõ solum habetur ex *Concil. Trid. in Sess. 14. cap. 7.* Sed etiam ex *de penitent. & remiss. in cap. Conc. Flor. omnis vtr. sextus, & etiam in Concil. Flor. sub Eugenio IV. ibid. de ministro penitentia.* Et apud *D. Tho. in 4. dist. 22. q. 1. art. 3. ad primum, & dist. 24. q. 3. art. 2. & communiter apud Theologos in 4.*

Et ratio eorum est, quia confessio non solum est medicina, sed etiam est ad instar actus iudicialis: sententia autem (cuiusmodi est absolutio à peccatis) à Iudice non suo lata, nulla est: & idcirco etiam absolutio data super peccatis, aut aliis super reseruatis, à non habentibus iurisdictionem est nulla.

2 Deindè, præter nullitatem absolutionis, absolvens ab excommunicatione (præterquam in casibus à iure expressis, vel ex priuilegijs concessis) incurrit in pœnam excommunicationis ipso facto, quæ absolutio reseruatur Papæ: Vide *Clemenc. 1. de priuileg. & excess. priuileg. & solum excipitur hic articulus mortis iuxta Glos. ibid.*

Si verò penitens non habet nisi peccata non habentia excommunicationem inclusam, absolvens absque auctoritate, peccat mortaliter, & absolutio est nulla, propter dicta, sed non incurrit in excommunicationem.

Videatur pro hoc *Concil. Trid. Sess. 14. cap. 7.* vbi statim in ipso principio Capituli declarat nullius momenti esse eam absolutionem, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem.

Verba Concilij hæc sunt. *Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur: persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse: Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem esse debere, quæ a Sacerdote in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem.* Sic Concilium.

ARTICVLVS XXI.

An Superiores Religionum possint sibi eligere Confessarium, quem maluerint?

1 RESP. quod circa hoc aliqui voluerunt dicere, quod non, sic *Angelica, Phanormis, Hosian.* *Angelica, Phanormis, Hosian.* *angel. confes. 3. §. 5. post Panormis. & Hosian.* restringit talem facultatem ad illos, qui non habent Superiorem, nisi Papam: vnde Abbates, qui habent Superiorem in Religione, & similiter Priores, seu Guardiã, qui habent Prouincialem, & Generalem Superiorem, de iure communi non habent auctoritatem eligendi sibi Confessarium, nec possunt vri priuilegio concesso illis Superioribus, qui sunt exempti in cap. *Ne pro dilatione, de penitent. & remiss.*

2 Nihilominus oppositum tenet *Diclus Anton. 3. par. summ. tit. 17. cap. 2. §. 3. & in Superiores Relig. possunt sibi eligere Confessarium ad libitum.* *D. Ancon. Syluest. Palud.* *1. par. sui de sacerunt. cap. 2.* dicit quod inter Prælatos inferiores Episcopis, quibus etiam ibi datur facultas eligendi Confessarium, computatur Prior, vel alius talis, qui in eo Cobuente non habet Superiorem, & idem tenet *Syluester confes. 1. §. 8. post Palud. in 4.* vbi etiam *Syluest.* exemplificat de Priore subiecto Abbati.

Idem tenet *Margarita confes. fol. 8. vbi Margarita* ponit etiam Priores Prædicatorum, & confessor. Guardianos Fratrum Minorum, dicens eos habere hoc priuilegium *d. cap. & sum. Rosella. ma Rosella confes. 3. §. 37. & Supplementum Supplemento cod. tit. §. 14.* Idem videntur sentire, ex quo indistinctè, & generaliter dicunt, quod omnes Minores Prælati exempti, gaudent priuilegio *d. cap. Ne pro dilatione.* Præterea, litera ipsius textus sic habet, *Ne pro dilatione penitentia, periculum imminuat animarum, permittimus Episcopis, & alijs Superioribus, nec non Minoribus Prælatis exemptis, ut etiam præter sui Superioris licentiam prouidum, & discretum sibi possint eligere Confessorem.*

Quæ verba, scilicet, (præter sui Superioris licentiam) cum post omnia ponantur, & nihil distinguant, comprehendunt omnes Minores Prælatos exemptos, etiã non immediatè subiectos Papæ. Facit ad hoc, quod *Panorm. ibid. dicit,* nempe quod Prælati, ibi sumitur in lata significatio, nec vnde concluditur, quod etiam Rectores

PANORMIS.

Ecclesiarum ibi comprehenduntur. Itaque quantum ad hoc particulare, omnes Prælati nostri Ordinis habere facultatem eligendi sibi Confessarium, non solum dum sunt in proprio Conuentu, ut quia Guardianus in sua Guardiania, & Prouincialis in sua Prouincia, verum & quando extra illas reperiuntur: sic Religiosi Prælati omnes de Iure.

Dubium.

3 Dubium verò se offert, An quia Prælati omnes habent talem facultatem, possint ad libitum eligere, quem maluerint Sacerdotem, deputatum scilicet, vel non deputatum? Ad quod dico, quod possunt eligere quem magis volunt ad libitum suum. Hæc est communis opinio. vide

D. Anton. D. Anton. ubi sup. Gabr. in 4. dist. 17. q. 2. Gabr. Adr. dub. 2. Adr. de confess. q. 3. dub. 1. Palud. dist. 17. q. 3. artic. 2. Sylu. confessor. 1. §. quincio, Sylu. Sor. dist. 18. q. 4. art. 3. Et alios. Et ratio est, quia ad absolutionem requiritur solum potestas ordinis, & iurisdictionis: potestatem autem ordinis quilibet Sacerdos habet: iurisdictionem vero ille qui priuilegium contulit per electionem penitentis, qui ei confert, & ex verbis diplomatis id patet, nam dant, ut possint sibi eligere Cōfessarium, hoc autem nō est, eligere eum, qui est Confessarius, sed per electionem facere Confessarium: sicut cum eligitur Episcopus, non eligitur ille, qui erat Episcopus, sed ille qui non erat eligitur in Episcopum. Præterea, si prædicti Prælati solum possent eligere vnum de deputatis, nulla esset differentia inter ipsos, & subditos: nam etiam subditi habent potestatem de Iure, ut possint sibi eligere quē maluerint, dummodo ille talis sit Confessarius approbatus ab Ordinario; ergo facultas Prælatorum, & Priuilegium eis concessum est, ut etiam ab Ordinario non approbatur, ipsi eum possent sibi eligere in Confessarium.

*Idoneitas
Confessarij
sic electi,
quam sit.*

Et quamuis in diplomate addatur Confessarij (idoneum) adiectio illa duo sonat, primum, quod non sit excommunicatus nominatim, aut suspensus per censuram: Secundum, admonetur poenitens iuxta tenorem cap. quem penites, ut eligat Confessarium scientem ligare, & soluere: nihilominus, optio sibi relinquitur, quia Priuilegia non sunt coarctanda magis, quam sonant.

Et proculdubio si intentio Summi

Pontificis esset, ut non eligerentur nisi deputati, numquam illud silentio præterisset: cum ergo id non expresserit: gratis fingitur illa restrictio: nam de potestate Papæ, qui id potuerit facere, & concedere, nemini licet dubitare, & in cap. cit. Gregor. dum concessit facultatem eligendi Confessarium, nullam facit restrictionem, sed ait, quod præter sui Superioris licentiam possit sibi eligere prouidum Confessorem: eodem ergo modo intelligitur concessio Priuilegij, nisi quando specialiter dicit, quod Confessarij ab Ordinario sint deputati.

Solum in tempore Iubilæi requirentis, Prælati ma-
ut eligatur Confessarius approbatus, iores quan-
Prælati, & Superiores præfati, tenentur do tenentur
eligere vnum de approbatis, ad hoc, ut eligere con
Iubilæum consequantur, esto, quod iure Confessarij ap
communi possint ad libitum eligere, cum probatum.
forma Iubilæi seruanda sit, cap. cum dile-
Et de rescript. Nanan. in lib. 5. cons. de prior.
& remis. cons. 12.

4 De Subditis verò quid dicendum? Aliquando enim etiam ipsi, aut aliquis ipsorum habent facultatem eligendi sibi Confessarium, num ad libitum possint id facere: an vero teneantur eligere vnum de deputatis?

Resp. quod Praxis in nostra Religione est, quod Generalis in toto Ordine, & Prouincialis in sua Prouincia eligunt sibi quemcumq; Sacerdotem in Confessarium, licet non sit de deputatis ad confessiones audiendas, quia ipsi Prælati maiores cum illo actu dant eis facultatem, & ad confessiones audiendas admittunt.

Idem videtur dicendum de Commissarijs Generalibus, & Prouincialibus. Guardiani verò cum non habeant facultatem instituendi Confessarios, quia id ad Prælatos maiores pertinet, eligunt vnum de deputatis: & a fortiori id debent facere fratres subditi, cum ad id nulum Priuilegium de Iure habeant, nisi specialiter id eis à Prælato concedatur.

ARTICVLVS XXII.

An Guardiani possint absolui etiam à rescriptis à Confessarijs ab ipsis electis?

RESP. quod Guardiani licet possint sibi eligere Confessarium ad libitum, ut dictum est in præced. Artic.

Guardiani licet possint sibi ali gere Confessarii: nō possunt tamen ab eis absoluisim plicitor a reformatis. Caietan. Rodrig.

non tamen propterea sequitur, ut possint absolui a reformatis per tales Confessarios, hoc enim eis conceditur neque de iure, neque ex privilegio. Si verò ipsi Guardiani habent facultatem absoluedi suos subditos a casibus reformatis, possunt utique, absolui, & ipsi etiam a reformatis a talibus Confessarijs electis, secundum regulam, quam tradit *Caiet. 2. 2. q. 96. art. 5. & quam probat Rodrig. 20. 1. qq. regul. q. 21. artic. 8.* Idem tamen, quod ille, qui habet potestatem ad dispensandum cum suis subditis habet etiam eandem ad dispensandum secum: Quod intellige verum, quando facultas data Guardiani non est restricta, & limitata ad subditos tantum; quia, tunc non potest uti pro se tali facultate, vero facultas data est libera: tunc utique poterit etiam pro se ea uti. Idem dico de Abbatibus, & de Rectoribus, seu Prioribus locorum, seu Monasteriorum.

Sunt qui dicunt, quod si tales Confessarii per prædictos Prælatos electi, sint electi vigore Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, quod possint eos absoluerè a reformatis. Sed ad hoc dico, quod de Iubilæo nulla est difficultas: Sed de Bulla Cruciatæ extant Decreta Summorum Pontificum, prohibentia, ne Regulares talibus Bullis Cruciatæ utantur ad hoc particulare, ut virtute earum possint sibi eligere Confessarium, & a reformatis absolui: *vide fusc hoc infra in 3. sect. Artic. 13.*

2. Dubium. *An Guardianus, seu Vicarius loci possit audire Confessionem sui subditi extra suum locum, dum scilicet reperitur cum eo in alieno Monasterio, absque licentia Guardiani, seu Superioris loci?*

Respondeo, quod sic, quia iurisdicção terminatur ad personas, non ad loca: unde Episcopus potest absoluerè subditum suum, si cum illo simul versetur, extra Diocesim suam: vel potest illi dare facultatem eligendi quem Confessarium voluerit: & ita pariter Superior Regularis: cuius ratio est, quia hoc Sacramentum requirit iurisdicção in personam, quia illa iudicanda est: hæc autem iurisdicção, nec acquiritur, nec amittitur ratione præsentis, vel absentis localis.

Præterea hoc iudicium Sacramentale non requirit publicam, & externam solemnitatem in determinatione loci, vel aliarum coremoniarum: & ideo, qui

alias est ordinatus Iudex respectu personæ, potest vbiicumque; voluerit Ius dicere, in quo differt hoc iudicium ab æterno. *Vide Sylvest. Confes. 1. q. 14.* qui hoc limitat ad eos, qui habent iurisdicçãoem ordinariam. Nihilominus servata proportionè, etiam in delegatis locum habet, ut ratio facta probat, & bene notavit *Vill. in sum. nu. 151. de d. 18. q. 4. art. 3. §.* Aliud vero dubium, & *Ledesma. 2. p. 4. q. 5. art. 7. dub. 9.* Itaque Sacerdos habens iurisdicçãoem Archiepiscopi Rossanensis, v. g. in omnes suos subditos, potest absoluerè aliquem illorum, etiam si ambo extra Diocesim inveniuntur: quia illa circumstantia loci nihil refert ad hoc Sacramentum, nec tollit, aut dat iurisdicçãoem: nisi fortasse vbi ratione alicuius specialis privilegij aliud explicatum esset.

3. Solum de Vicarijs locorum potest esse difficultas, quia ipsi non sunt Prælati, & per consequens non habent iurisdicçãoem ordinariam in subditos: Verum tamen etiam ipsi hoc facere possunt, tum ex consuetudine, quæ est optima legum interpretum etiam, quia habent iurisdicçãoem delegatam, quoad illum fratrem socium: nam Statuta nostræ Religionis expressè id eis permittunt: dum enim statunt, quod fratres itinerantes possint simul confiteri; non dubium est, quin prædictus Vicarius possit absoluerè suum socium, quando simul reperitur extra suum Monasterium. Bene verum est, quod laudabilis mos nostræ Religionis est, ut non solum subditi, verum & Prælati ipsi minores, qui aliquando ad Monasterium aliquod accedunt, non solum pro se ipsis, verum & pro alijs, active, scilicet, & passive, pro confessionibus faciendis a Superiore loci facultatem petant.

Sylvest.

Victoria. Sotus. Ledesma.

Vicarij et loci id possunt.

Superior potest audire confessionem sui subditi in alieno Monasterio, absque licentia Superioris loci.

A R T I C U L U S XXIII.

An respectu Provincialium sint casus reservationis, adeo ut si ipsi in aliquo in iderint, teneantur se presentare Generali?

RESP. quod non, quia ipsi sunt Provinciales, Prælati maiores, & cum alijs les nō subditi facultatem, multo magis eam pro se habent, imò ad hoc nullam habent necessitatem, nam si in aliquo reservationis, cu

*ad presentiam
tionem: sed
bene quoad
culpam.*

incidenti, si scilicet, quod de peccato solum confiteantur. Nisi fortasse casus habeat annexam excommunicationem latam à Generali cum reuocatione absolutionis: tunc enim teneretur ad Generalem recurrere pro absolutione.

*Provincia-
lis gaudet
Privilegio
Epi, si inci-
dat in ca-
sus Bullæ
Cœne Do-
mini.*

2. Dubium. An Prouincialis incidens in casus reservatos in Bulla Cœne Domini, occulte tamen, possit gaudere privilegio quo gaudent Episcopi pro se ipsis in simili casu? *¶* 31.

Respondetur, quod Episcopi quoad alios subditos suos habent facultatem à Concilio. *Trid. sess. 24. cap. 6.* in his verbis. *Licet Episcopis, &c. in quibuscumque edictis occultis, etiam Sedi Apostolica reservatis delinquentes quicumque sibi subditos in Diocesi sua per seipsum, aut vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absoluerint, imposita penitentia satisfaciunt. Idem et in heresis crimine in eodem foro conscientie eis tantum, non coram Vicarijs sibi permissum.*

Quoad seipsum vero, si ipsi se incidant, quia clarum est, quod non possunt seipsum absoluerè. An possint sibi eligere Confessarium, qui eas à talibus absoluant? & quantum ad hoc dico, quod dubium fuit propositum Romæ in Congregatione Cardinalium super Coniunctis his verbis, *An Episcopus in aliquo delictorum, de quibus hoc Cap. prolapsus, licet ad se absoluerendum, proprium Confessarium deputare, cum eadem auctoritate, qua ipse possit ex ord. cap. in sibi subditos exorcizare: & responsum fuit, Congregatio censuit id Episcopo licere.* Verum tamen in hac explicacione Concilij non declaratur, vnde Confessor tunc electus habeat talem potestatem? Nihilominus videtur dicendum, quod immediate habet à Papa ex vi iuris communis: nam ex vi huius Decreti, reservatio Papalis ablata est ab his casibus occultis, & ideo respectu Episcopi non reputatur vt reservata, sed vt comprehensa sub clausula generali eligendi Confessarium. Nec enim debent Episcopi esse peioris conditionis, & propterea non debent cogi in omnibus criminibus occultis ad Pontificem accedere.

3. Quoad Prælatos vero Regulares habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, vt sunt Prouinciales, & Generales extra declarationem Congregationis: eiusdem in

*Congregat.
Card.*

contrarium, quæ circa particulam illam, licet Episcopo sic habet. *In hoc Decreto non comprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, sed tantum Episcopi priuatiuè, quoad omnes alios.*

Et ratio esse potest, quia facultas hæc censetur data Episcopis Iure speciali, & intuitu talis personæ pollentis tanta auctoritate, & dignitate: & ideo non videtur extendenda ad alios non Episcopos, etiam si alias habeant communem iurisdictionem Episcopalem.

4. Nihilominus etiam ipsi Prælati Regulares tali facultate gaudent, tum propter eandem rationem ex iurisdictione sumptam, tum quia hic casus non censetur reservari Papæ, & ideo sub generali iurisdictione Episcoporum comprehenduntur. Maxime, quia hoc Decretum Concilij non censetur Ius nouum exorbitans ab antiquo, sed potius reducens Ius ad suam antiquitatem, & quasi naturalem statum, quem habebat, seclusa reservatione.

Et præterea Regulares erunt peioris conditionis subditi his inferioribus Prælati, qui nulli subduntur Episcopo, & habent proprium territorium, quod non est veluti pars Diocesis alicuius Episcopi, sed quasi Diocesis distincta: illi enim ab Episcopis vicinis absolui non poterunt, quia non sunt subditi illorum, nec de sua Diocesi: & Decretum etiam dicit, sibi subditis, & in Diocesi sua, nec etiam poterunt absolui à proprio Prælato, seu Abbate, si in hoc Decreto non comprehenduntur: non ergo esset illis sufficienter prouisum: essentq; peioris conditionis, quod verisimile non est.

5. Propterea Pius V. in quodam suo motu proprio, qui incipit. *Ad perpetuam rei memoriam*, hoc manifestè declarauit, & quatenus opus erat, de nouo concessit in hæc verba. *Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Prior Prouincialis Prouincie Hispania Ordinis Fratrum Prædicatorum &c. Et insuper, quia Sacrum Oecumenicum Concilium Generale Trid. concessit Episcopis, vt absoluerè possint in foro anima, seu conscientia, ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus: prout Sess. 24. cap. 6. habetur. Ne Prior Prouincialis, & Superiores Prælati dicti Ordinis, tam in dicta Prouincia, quam extra eam vbi libet in hac parte deueniunt conditionis,*

*Congregat.
Card.*

ditionis, quam Clerici, aut faculares existant
 eidem Priori Communitati, & Superioribus
 Prælati, ut ipsi per se ipsos idem omnino pos-
 sint in fratres, & Moniales d. Ordinis sibi
 subditas tam quoad absolvendi, & dispensan-
 di huiusmodi, quam alias quascumque fa-
 culatas eidem auctoritate, tenore etiam per-
 petuo concedimus, & indulgemus, atq; etiam
 declaramus præsentis literas perpetuo dura-
 re, & valere.

Itaque licet ex vi Concilij, aut decla-
 rationis Congregationis Cardinalium
 non possint Prælati Regulares uti illa
 facultate: possunt nihilominus illa uti ex
 concessione Pij V. & non solum Fratres
 Prædicatores, verum & alij Regulares,
 qui cum ipsis communicant, possunt il-
 la uti.

*Regulares,
 quoad ab-
 solvi pos-
 sunt ab E-
 piscopis.*

Secluso autem tali Privilegio, absol-
 vi possunt Regulares ab his casibus oc-
 cultis ab Episcopis, in quorum Dioce-
 sibus habitant, nam quoad hæc favora-
 bilia illis subiecti esse censentur. Quod
 si Prælati Regulares id pro suis subditis
 possunt, nihil prohibet, quin & pro se ip-
 sis id pariter valeant: vnde poterunt sibi
 eligere Confessarium ad hoc, & ab e-
 dem absolvi à prædictis eodem modo,
 sicut dictum est de Episcopis.

*Dubium.
 An possint
 absolvi de
 hæresi oc-
 culta.*

6 Sed est difficultas tam pro Episco-
 pis, quam pro Prælati Regularibus de
 crimine hæresis occultæ, etiam si suppo-
 natur non esse revocata facultas in hoc
 Episcopis concessa circa alios, An sci-
 licet, si ipsi inciderint in eam, possint à
 Confessario electo absolvi? & ratio du-
 bitandi est, quia in Concilio Trid. vbi
 supra, talis facultas solum data est, ut
 exercenda per ipsos: & ideo non videtur
 verisimile, quod respectu poenæ Epi-
 scopi, vel Prælati Regularis delegetur
 per Papam cuiuscumque Confessario ab
 ipsis electo.

Quæ ratio efficax est: vnde videtur
 concludendum, hunc casum respectu
 prædictorum Prælatorum esse excipien-
 dum, quia delegabilis non est alicui in-
 feriori ipsi Episcopo, vel ipsi Prælato
 Regulari. Nec est mirandum, quod in
 hoc sentiant maius gravamen Epi, &
 Prælati Regulares, cum etiam tale de-
 lictum maximam habeat deformitatem
 in omnibus, præcipue verò in illis, qui
 debent esse columnæ debilius: & si at-
 tentè consideretur, in eo gravamine fer-

natur proportio, ut sicut in alijs sub pro-
 ximo Episcopo Superiori, tale peccatum
 referuatum manet: ita in Episcopis, &
 Prælati respectu Papæ, qui est proprius
 ipsorum Episcopus.

7 Sed nihilominus Congregatio Illu-
 strissimorum Cardinalium super Conci-
 lium in responsione illa, quam supra re-
 tulimus, nullam limitationem posue-
 runt: & ideo nec ego eam addere volo.

Verum, si opinio *Nannari* est magni-
 facienda, cum ipse in *Adm. c. 27. nu. 277.*
 dicat, quod facultas absolvendi à crimi-
 ne hæresis occultæ pro alijs, à fortiori
 videtur dicendum, quod etiam pro se ip-
 sis sit ablata: & quod dico de Episcopis,
 dico pariter de Prælati Regularium,
 qui iurisdictionem quasi Episcopalem in
 suos habent. *Vide Compend. Privil. ibid.*
 Resolutio materiz absolutionum.

*Prælati Re-
 gulares nō
 possunt ab-
 solvi ab hæ-
 resi occultæ.*

8 Prædicta tamen sententia probatur
 ex stylo Curiz, Sacræq; Poenitentiariz,
 ex communi vsu, ex responsis Sacræ Con-
 gregationis, Summorumq; Pontificum.
 Vide pro hac sententia Simancam de
 Cathol. Instit. tit. 3. num. 6. Fratrem Fe-
 licianum Episcopum Scalensem in En-
 chirid. de censur. c. 18. Carochet. Neapol.
 lib. 1. c. 25. lib. 3. c. 2. Vival. in emendata
 postrema editione, in qua Iure optima
 reiecta est contraria sententia, quam an-
 tea cum Bann. Ioan. à Ceperrilla, &
 alijs secutus fuerat Hieronym. Sorb. in
 Comp. Privil. tit. absol. Grass. lib. 1. c. 13.
 Vgolin. de censur. par. 3. pag. 479. Azor.
 lib. 8. q. 10. Gonzal. in c. alma mater. §. 12.
 nu. 15. Pegna in direct. Inquisit. 3. p. q. 92.
 affirmat Romæ sæpius in Almo Sacro-
 sanctæ Inquisitionis Prætorio pronun-
 ciatum fuisse, non posse Episcopos ab
 occultæ hæresi in foro conscientiz ab-
 solvere.

ARTICULVS XXIV.

*An Vicarij locorum, seu Communitatum ha-
 beant facultatem eligendi sibi
 Confessarium.*

Respondeo, quod sic, nam licet de
 Iure eis non competat, cum sim-
 pliciter non sint Prælati: ex consuetu-
 dine tamen, & ex Praxi id habent: sed
 aliter, quam Guardiani, & ceteri, qui
 sunt verè Prælati: tales enim vbi libet

*Vicarij lo-
 corum ex
 consuetudi-
 ne eligunt
 sibi Confes-*

parium in essentes, etiam in Monasterio alieno, *proprio Con* possunt sibi eligere Confessarij. *uentu.*

At Vicarij Conuentus solummodo in domo, seu Conuentu, in quo curam habent, id possunt: & neque in tali loco liberam facultatem habent, sed solum in absentia suorum Guardianorum: alioqui quando Guardiani sunt presentes, prefati Vicarij censentur subditi, sicut & ceteri Religiosi illius Monasterij: nisi consuetudo introducta, & tolerata aliter seruauerit.

ARTICVLVS XXV.

An simplices Sacerdotes Subditi habeant hanc eandem facultatem, ut scilicet ad libitum possint sibi eligere Confessarium.

Sotus.

Respondeo, quod Sotus in 4. dist. 18. q. 4. artic. 2. tenet partem affirmatiuam: ibi enim postquam de facultate predicta Prælatorum disseruit, subdit: Quin vero, & vniuersi simplices Sacerdotes eadem gaudent facultate, vt sibi promiscuè quemcumq; eligant Sacerdotem: quapropter, & cuiuscumque de Religiosis confiteri potest alter Religiosus: quamquam huiusmodi Religiosus, nec sit expositus ab Episcopo, nec à suo Prælato. Potest tamen eum punire suus Prælatas, si Confessionem Sacerdotis secularis audiat, Sacramentum tamen tenebit, ille qui facultatem habebat eum eligendi.

Quod si quis nobis obijciat, inquit Sot. cap. si Episcop. de panis. & remis. in 6. vbi habetur nulla consuetudine induci posse, vt quisque absque sui Superioris licentia Confessarium sibi eligat:

Respondeo, nullam consuetudinem contra illud Ius præualere posse. At vero cum præfati Superiores videant subditos promiscuè sibi eligere Confessarios, & sileant, conuiuere censentur, eandemque permittere facultatem. Fauet huic sententiæ id, quod habet Nauar. in cap. placuit, dist. 6. num. 28. Nauarros. nempè quod quilibet Sacerdos eligit sibi quemlibet Sacerdotem in Confessarium, si non ex Iure, saltem ex consuetudine. Videatur locus Nauarri. Et fæuet etiam id quod habet P. Sorbus in suis addit. ad Compend. priuileg. tit. absol. ord. quoad fratres, scilicet, quod multi Summi Pontifices nostræ Religionis concesserunt, vt de materia peccati mortalis possint fratres confiteri cum quouis Ordinis Sacerdote, etiam quod à suis Prælati licentiam non petant: quod etiam affirmat Rodrig. to. 1. qq. reg. 9. 62. art. 4. Rodrig.

Benè verum est, quod nullum Priuilegium particulare, neque Summum Pontificem citant: & ego maiori, quæ potui diligencia Compendium predictum reuoluens, nunquam hoc inuenire potui: & propterea huius rei fides sit penes predictos Doctores.

2 Sed re vera, cap. Ne pro dilacione, loquitur solum de Prælati, non de simplicibus Sacerdotibus: nec video, quare ratione firma Sotus, alioqui occultatus ex-tendat tale Priuilegium etiam ad illos, quæ sibi cõnfi ex consuetudine scita, & tolerata, fessariu ad quemadmodum affirmat Nauarros. Vbi libitum, nisi vero talis consuetudo non est introdu-forè ex cõ sta, subditi Religiosi debent seruari suetudine.

Statuta suæ Religionis; & hæc de prima Sectione, & de his, quæ pertinent ad Superiores in materia de Casibus referuatis.



PRIMÆ PARTIS
SECTIO SECUNDA,

In qua tractatur de pertinentibus ad Confessarios,
continens Articulus 22.

ARTICVLVS PRIMVS.

An quilibet Sacerdos sit idoneus ad Confessiones audiendas?

*Idoneitas
Confessario-
riorū qua.*

*Concilium
Colon.*

*Confessarij
prudencia
multiplex
esse debet.*

RESPONDEO, quod circa idoneitatem Confessario- rum, placet hic apponere eam normam, quam pro talibus tradit Concilium

Coloniese, scilicet, vt sit vir integer, studiosus, peritus, taciturnus, vt sit instructus bonis considerationibus ad instruendum pœnitentem, quem Deus illi obulerit instruendum, vt sit composus interiori, exterioriq; modestia, & habitu, & egregia prudentia insignitus sit, oportet vt nouerit peccata ordinaria, eorumq; applicare remedia, vt nouerit interrogare pœnitentem de his, quæ vix similiter omittit confiteri, vel quia ignorat, vel quia pudore corripitur.

Ex quo inferitur, quod
1 Ad prudentiam Confessarij spectat, quando pœnitentes, qui ei consentunt, sunt docti, & de inhonesta cogitatione consentunt, non sunt interrogandi, an de coniugata, an de soluta, an verò de virgine cogitauerit, quia si id opus esset exprimere, illud ipsi non tacuissent: & præsertim hoc intelligitur, quando talis eorum confessio est de peccatis venialibus.

2 Ad prudentiam Confessarij spectat in iniungendis pœnitentijs eum modum seruare, qui congruat, & qualitatibus peccatorum, & persona um conditionibus: nam peccata carnalia maceratione carnis sunt punienda, Ieiunijs nempè, vigilijs, flagellis: & Religiosis non est imponendum, vt peregrinatio-

nes assumant, cum non sine sui iuris: nec vt eleemosynas largiantur, cum nihil habeant de proprio: itaq; in iniungenda pœnitentia prudens Confessarius aduertat qualitatem peccati, & etiam qualitatem personæ, & tunc veluti peritus Medicus medicinam tribuat.

3 Prudentia Confessarij exigit, iuxta consilium D. Augustini, vt periculisissimi, & magni peccatores in principio mitius, & blandius tractentur, quousq; ad Deum pertrahantur, exhortando illos ad frequentationem confessionis, & recitationem Rosarij, Coronæ, vel huiusmodi: ad considerationem mortis, Iudicij, & malitiæ peccati.

4 Prudentia Confessarij exigit, vt conetur imponere pœnitenti pœnitentiam iustam: nam Concil. Trid. Sess. 14. cap. 7. declarat, conuenientes pœnitentias esse à Confessario iniungendas, & non leues pro grauib; iniungendas, ne participes eorum fiant. Quod maxime operè perpendere debent, qui confessiones Magnatum audiunt, ne dum erga tales ipsi volunt nimis esse indulgentes, ne eos amittant, ne eorum estimatio diminuatur, &c. animæ propriæ damnationem acquirant.

Hoc tamen est verum, quod quantitas, & qualitas iustæ pœnitentiæ nunc, & semper relinquuntur, & relicta sunt prudentis Confessarij arbitrio, cap. met. suram, cap. Deus, de pœnit. & remis. cap. tempora 16. quæst. 7. In tali enim quantitate, & qualitate pœnitentiæ iniun-

*Religioso
nō sunt im-
ponendi po-
regrinatio-
nes, vel vt
elemosynas
faciant.*

*Pœnitentia
iusta est im-
ponenda.*

*Quantitas
pœnitentiæ
arbitr. con-
fessarij re-
linquuntur.*

Stione debet circumspicere magnitudinem, & paruitatem peccati, contritionis, & qualitatem personæ poenitentis, an sit robustus, an debilis, iuuenis, an senex, a se uel factus, an non: An si forsasse sit magnam recusatuzus, aut quamuis acceptet eam, non impleturus: an sit pauper, an diues, &c. Omnes igitur prædictæ circumstantiæ sufficientes sunt ad diminuendam poenitentiam inuinctam, seu iniungendam poenitentiam, scilicet, impotentia eam implendi, magnitudo contritionis, senectus, debilitas, ægritudo, timor probabilis, quod iustam non implebit tempus iubilæi, uel aliarum Indulgentiarum, arg. cap. cum ex eo. de poenitentia, & remis. ubi dicitur si lucratur iubilæum, aut Indulgentiam plenariam, remittitur ei tota poenitentia, & iniungenda, ut Moderniores asseuerant.

5 Prudentis Confessarij officium est, non cauterizare conscientias poenitentium infirmas, uel extinguere lignum fumigans, eligendo opiniones rigidiores, & magis austeras, quia factus est, ut dicemus infra in Artic. seq. ut Confessarius opinionem probabilem Doctoris alicuius sequatur, ut poenitentem licite absolueret possit.

Confessarij 6 Ad eius prudentiam ætinet sum sigillū con-
fessionis cō sionis, nē scilicet aliquomodo illud frangat, caueat, ne quicquam mutare audeat, per quod, vel poenitens, uel tertia persona ibi detecta peccans prodatur: uel aliquid, per quod confessio illa fiat odiosa, uel minus amabilis.

Confessarij 7 Quæ omnia, ut melius præstare possunt Confessarij, scire debent, quod quatuor officia cum poenitentibus facere debent officia, scilicet, officium Patris, officium Medici, officium Magistrī, & officium Iudicis.

Primum officium, quod exercere debet Confessarius erga poenitentem, est officium Patris, unde neq; indulgentior sit, neq; seuerior, quam pater est: sed sic percutiat reum, ut amplectatur etiam eum tanquam filium. Hinc, tanquam Pater debet eum admonere Confessarius, & adhortari, eumq; disponere ad contritionem, detestationem uel peccatorum suorum, eiq; prouidere de remedijs aduersus relapsium in peccatis.

Secundum officium est Medici, nam quia peccator laucius est, ac multis pla-

gasus, quin *semitis* relictus, debet Confessarius sic remedia accommodata adhibere, ut sedulo, uideatur ea, quibus morbus augetur potius, quam curatur. Tanquam Medicus, ergo debet primo dijudicare de ijs, de quibus poenitens confitetur, num sit, mortalia, an uenialia: deinde, si animus poenitentis agitur est scrupulosus, debet ipsum tranquillare: postea debet curare plagas appropriatis medicamentis: & ultimo debet dare præseruatiuam medicinam, nē amplius in eadem peccata incurrat. Id quod habetur in cap. omnis vers. 6. de pen. & remis. S. Sacerdos, ubi sic dicitur. Sacerdos autem sit discretus, & caustus, ut morē perisi Medici super infundat uinum, & oleum uulneribus sauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circumstantias, & peccati, quibus prudenter intelligat, qualē debet prabere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis uendo ad sanitatem aegrotorum, & D. August. relatus in c. consideret, de poenit. dist. 1. ait. consideret qualitatē criminis in loco, in tempore, in perseverantia: qualis hoc fecerit inuentione, & ipsius uitij multiplicē exequutione: omnis ista uarietas consideranda est, & dicenda.

Tertium officium est Magistrī, ut sc. poenitentem errantem ad uiam Dei reducat, docendo, & instruendo eum de necessarijs in fide, in obseruantia mandatorum Dei in modo confitendi, & Sacram Synaxim sumendi: in fuga uitiorum, & occasionum ipsarum: in obseruantia Regulæ, in uia spiritali, in frequentatione Sacramentorum, &c.

Quartum officium est Iudicis, unde in peccatorem, tanquam in reum, & uinculis alligatum debet proferre sententiam, ut scilicet, uiter periculum soluendi ligandum, aut ligandi soluendum.

8 Nec solum prudentia, uerum & bonitas requiritur in Confessario: unde ad rectē, & sanctē ministrandum hoc Sacramētum, & quodlibet aliud, necessaria est bonitas gratiæ, scilicet, ut dum ministrat Sacramētum, non habeat conscientiam peccati mortalis, de quo non existimet se esse confessum, aut contritū. Unde si accider, quod in sua conscientia reperiat macula peccati mortalis, non debet prius accedere ad ministrandum hoc Sacramētum, nisi prius cōfiteatur, uel

Confessarij ueluti Medicus.

Confessarius ueluti Magister.

Confessarius ueluti Iudex.

Bonitas requiritur et in Confessario.

Confessarius antequam accedat ad ministrandum

vel factem non ~~conteratur~~. Nec laudo id, quod aliqui dicunt, sc. sufficere contritionem habere antequam de absolutio-
diendas co- fessiones co- teratur, si pecc. mort. est irreti- tus.
 tritionem, quia facile potest se exponere periculo non habendi illam in tali tempore: & etiã, quã in malo statu exercet magnam partem huius sacri ministerij. Nisi aliqua necessitate compulsus incipiat in eo statu confessionem audire bona fide, & animo habendi contritionem, quamprimum possit, antequam absoluat, & in hoc postea moralem diligentiam adhibeat: nam tunc excusaretur à

à mortali Confessarij expositi, neque qui eos exponunt, quando id sciunt, si tales Confessarij nesciant casus, à quibus possunt, vel non possunt absolueri: vel si nesciant differentiam excommunicationis maioris, & minoris, vel peccata mortalia communia, vel voluntatem delib-
Ignorantia & imperiti Confessarij, quando non excusantur.
 liberatam ad mortale, esse mortale: vel si quacumq; superbiam, & inuidiam iudicent esse mortalem culpam, quia secundum Nauar. vbi supra num. 4. Confessarij, qui hæc ignorant, neq; communiter nota à Confessarijs nouerunt.

Nauarrus. mortali. vide Nau. in Man. c. 27. nu. 73. Scientia 9 Scientia quodque debet pollere Confessarius, vt sciat discernere inter leprã, & lepram. Quanta verò scientia sufficiat, dicam cum Nauar. in Man. c. 4. nu. 2. sc.

Excusantur bene à mortali imperiti Confessarij in multis casibus. Primo, quando audiunt peritos pœnitentes, eos de sua ignorantia admonentes, scilicet, vt Confessarius manifestet pœnitenti perito suam ignorantiam, ad hoc, vt pœnitens explicet, quando peccatum est mortale, & quando non. Secundo, cum audiunt regulariter pœnitentes, tantum peccata venialia habentes, Tertio cum audiunt eos, qui in articulo mortis sunt constituti, neq; suppetit alius, qui tunc possit moriturum audire. Quarto, cum audit Christianos inter Saracenos captiuos, vbi non est copia peritioris Confessarij.

Nauar. quod sufficiens Confessarius scire debet peccata, quæ communiter perpetrant pœnitentes, ac circumstantias necessario confitendas, & casus habentes annexam excommunicationem, & restitutionem famæ, vel honorum, & casus reseruos: & si audit Clericum, oportet eum scire irregularitates, vel saltem de his dubitare sciat, vt quando casus occurrerit, peritiores consulere possit; & hæc sufficientia satis est.

D. Anton. 10 Sciendum vero quod D. Anton. tribuit sententia quædam talis, nempe, quod de Confessarijs distinguendum est, quando est sermo de eorum sufficientia: nam vel est iussus à suo Prælato, vt audiat confessiones: vel ex se, ad id muneris spontaneè se obtulit; nam qui iussus est à Prælato, audiens confessionem, satis est, si prædicto modo sciat dubitare: at si ex se ad id muneris se obtulit, tenetur de omnibus à pœnitente sibi propositis iudicare. Sed meritò refellitur à Modernis talis doctrina, nam siue in vno, siue in altero modo quis audiat confessiones, sufficit, vt sciat saltem dubitare: sic Nau. vbi sup. & eo magis hæc sententia Nau. habet locum in Religiosis, qui semper iabentur à suis Superioribus, vt tale munus exercent: & propterea non indiget tanta scientia ille, qui audit confessiones Regularium, & personarum Deo seruiuentium, qui vt plurimum veniales culpas confitentur: neq; qui audiunt confessiones vbi sunt multi literati, quos consulere possunt.

12 Vt autem illi, qui confessiones audiunt, ab omni scrupulo liberentur circa censuras, ponam in hoc loco confessionem quandam Eugenij IV. relatam in Compend. Priuil. ut. absolutio ordinaria quoad fratres, §. 2. 8. quæ talis est. Cum sapè boni Religiosi ex charitate, vel Prælatorum obedientia cogantur ad confessiones audiendas, & sine multiplicibus, & inexplicabilibus sententia excommunicationis in corpore iuris, quare nonnulla etiam à perisistis ignorantur; ex quo dicti Religiosi, propter conscientie timorem, quoniam dubitant, se incurrisse aliquam censuram, absoluedo inaduertenter aliquos aliqua excommunicatione innotatos: cuius excommunicationis absolutio superiori reseruat. Ne dicti Religiosi cogantur contra charitatem, uel Prælatorum obedientiam facere, uel presatas metuere scrupulositates: conceditur, quod dicti Religiosi, si presatas, uel simili causa inaduertenter incurrerint irregularitatem, uel excommunicationem: possint per eorum idemque Confessores, auctoritate Apostolica absolui, & dispensari cum oportuerit. Vide Compend. Priuileg.

In aliquibus casibus excusantur imperiti Confessarij.

Compend. priuil. Amplissima cœcensio ad scrupulos remouendos.

11 Bene verum est, quod non excusan-

ARTICVLVS II.

An Confessarius debeat sequi opinionem suam, an penitentis?

R Espondeo, quod de hac materia videri possunt, quæ fuse habet Sayr. Azor. Cord. Val. Sayrus in sua Clauī Regiæ, lib. 1. c. 7. & 9. Azor. in 1. to. lib. 1. c. 16. Corduba in suo Questionar. lib. 2. q. 3. dict. 4. Valent. in 3. to. disp. 5. q. 7. pun. 4. ad institutum nostrum, distinguendum censeo de penitente, & Confessario: nam vel penitens est ignarus, & Confessarius doctus, vel è contra penitens est doctus, & Confessarius indoctus: vel tertio, æquæ sunt docti.

Confessarius quando tenetur sequi suam opinionem, & quando opinionem penitentis.
 Si primo modo, nempe, quod Confessarius est doctus, & penitens ignarus: tunc regulariter tenetur penitens sequi opinionem Confessarij: quod si noluerit, dimittendus est sine absolutione: nisi penitens ignarus consuluerit antea peritiores, & tunc Confessarius poterit sequi opinionem illorum peritorum, quos penitens consuluit. Si vero penitens est doctus, & Confessarius indoctus: tunc Confessarius potest sequi opinionem penitentis. Si verò æquæ sunt docti, Confessarius potest, & debet absolvere penitentem secundum suam opinionem.

In pluri-2. Itaq; resolutoriè dicimus, Confessarius quemcumq; absolvere posse penitentem sequentem opinionem probabilem, relicta sua opinione probabiliori.
 Ratio est, quia Confessarius denegare non potest absolutionem, nisi male disposito; At penitens, eo ipso, quod sequitur opinionem probabilem, non est malè dispositus: ergo Confessarius absolutionem illi denegans, iure suo illum spoliatur. Id quod tam de ordinario, quam de extraordinario Confessario procedit: cum hac tamen differentia, quia ordinarius Confessarius cum ratione sui officij subditis suis Sacramenta ministrare teneatur, nisi in eis aliquod impedimentum inueniat, & in hoc euentu nullum sit impedimentum ex parte penitentis, vt diximus, non solum tenetur ipsius confessionem audire, sed etiam post auditam confessionem ipsum absolvere.

Confessarius autem extraordinarius,

seu ex commissione, quatenus non teneatur confessionem illius audire, & non audiendo recusantem sequi suam opinionem, nullam illi iniuriam facit: si tamen acceptauit conditionem audiendi confessionem, ad absolouendam penitentem benè dispositum obligatur, & negando eius absolutionem peccaret: non tamen existimarem, eum semper peccare mortaliter non absolouendo, si quidem nonnunquam excusatur Confessarius, tam proprius, quam alienus, si propter opinionem propriam penitentes absolouere noluerit, dummodo bona fide, & ex causa iusta id fiat.

3 An vero Confessarius sequi debeat opinionem suam probabilem, & innixam quòdammodo solido fundamento, vel graui Re-
sequi debet Superioris aliter sentientis?

Hanc difficultatem ponimus, quia ali-
 quando potest occurrere casus, quod Superiores difficiles se exhibent in danda sua auctoritate pro absolutione referu-
 atorum: & nihilominus Confessarius iudicat sibi dandam esse facultatem, quid tenendum?

Resp. quod tunc standum est opinioni Confessarij non solum quia sic probabiliter iudicat, vel habet aliquem Doctorem ex sua parte: verum etiam, quia sic determinat Clemens VIII. in suo Decreto in num. 5. his verbis.

Et quibus etiam reseruatorum absolutio committitur, quando casus occurrerit, in quo eam sibi debere commissi ipse in primis Confessarius iudicauerit. Ergo si Confessarius iudicat, Superiorem teneri ad dandam ei facultatem absolouendi: ab aliquo casu reseruato, tunc Prælati tenetur ei dare facultatem.

Clemens VIII.

ARTICVLVS III.

An Confessarij deputati possint absolvere ad libitum de casibus reseruatim omnibus suis penitentibus?

R Espondeo, quod circa hoc, non defuerunt, qui dicerent, facultatem absolouendi à reseruatione modo residere penes ipsos Confessarios deputatos, ad eò vt amplius non sit necesse recurrere ad Prouincialem. Quod conu-
 tur assensere ex verbis Decret. Clem. VIII.

vbi in numeris Superioribus in singulis domibus deputantur duos, tres, aut plures Confessarii; pro subditorum numero maiori, vel minori: ique singulorum, prudentes, ac charitate predicti, qui à non reservatis eos absoluant, & quibus etiam committatur absolutio reservatorum, quando casus occurrerit, in quo non debere committi ipso in primis Confessariis iudicaveris. Ergo, inquit opinantes, cum talibus Confessariis committatur facultas, ad Ministros non est amplius recurrendum.

Confessarij non possunt absolute committatur facultas talis ipsis deputatis, nec à refer sed præcipit, ut committatur qñ casus casus simpliciter, sed primis iudicaverit, non esse expediens, iuxta formam de penitentia ad Superiorem recurrat per mam Decreti.

facultas, & utiq; à Prouinciali, patet, quod ex verbis Decreti non potest rectè elici, ut Confessarij deputati talem facultatem simpliciter habeant.

Confirmatur quia in principio decreti Papa disertis verbis manifestat, ad Superiores maiores esse recurrendum pro reservatis, vnde dicit in num. 5. *Non liceat Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut etc.*

Si ergo per opinantes ad Confessarios spectat absolute à reservatis absolueret ad quid dicere, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint? parer ergo, quod verba textus eis non suffragantur, imò aperte contra eos conclusunt. Et vltimò concluditur intentum ex determinatione facta à Sanctis. D. N. Paulo Papa V. qui hodie feliciter viuit, & regnat, & de qua fecimus mentionem supra in fin. art. 17. primæ sect. ponderentur, quæ ibi à Sua Sanctitate dicuntur, & sic opinantes desistant amplius sic opinari.

Deputatio Confessariorum fit multipliciter.

3. Et quia de Confessariis deputatis facta est mentio hic, & alibi multoties, queritur hic, ad quemnam spectet talis Deputatio Confessariorum? Pro quo sciendum, quod talis deputatio multipliciter fit, iuxta diuersos modos, & Ritum Religionum: nam apud aliquos deputantur non solum Confessarij pro communibus peccatis, verum & aliqui particulares, quibus absolute datur facultas,

ut à reservatis absoluant quoscumq; ad ipsos accedentes: qui summopere cauere debent, vt cum magna cautela id faciant, ne poenitentes ad ipsos recurrentes aliqua infamia de gravi peccato, & reservato notentur: si enim pro reservatis solum ad tales fit recursus, statim circumstantes suspicantur, ipsum poenitentem graui peccato innodatum, & tali ministro indigere.

Apud aliquos etiam deputantur Confessarij, qui vtramq; facultatem habent. Aliqui vero etiam id faciunt, scilicet, quod Deputati absoluant à non reservatis, & pro reservatis recurrunt ad Superiorem, quod vtiq; facere possunt, quando Prelatus, qui dedit eis potestatem, domi est. Pro quo facit id, quo diximus in art. 7. primæ sect. nempe quod si reservare casus ante Decretum pertinebat ad Abbates, vel Priores, seu Rectores Domus, quod apud ipsos modo residet facultas absoluendi. Ergo si Superior Domus habet hanc facultatem, ad illum debet recurrere Confessarius deputatus antequam absoluat, nisi aliter constitutum sit in sua Religione. Apud Nos Capuccinos etiam varia est deputatio Confessariorum, nam in aliqua Prouincia deputantur à Capitulo, in alia ipse Prouincialis solus id facit: alibi vero ipsi Guardiano loci datur facultas, vt possit deputare, vnde seruandus est mos, & ritus cuiuscumq; Religionis, aut Prouincie. An vero incidant in aliquam poenam Confessarij, qui sine facultate absoluant à reservatis, dictum est supra in Artic. 20. primæ Sectionis. Vbi determinauimus, quod absolutio talis est nulla, quod Confessarius peccat mortaliter, & quod multoties incidit in excommunicationem. vide ibi.

ARTICVLVS IV.

An Confessarius habens potestatem absoluendi à reservatis, possit absolueri in foro conscientie poenitentem, qui commisit delictum publicum, antequam à Iudice sit expeditus?

1. **R**espondeo, quod talis Confessarius potest poenitentem absolueri à reservatis, quando illa sunt secreta: *Confessarius non potest*

test absol-
vere poeni-
sentē à re-
firmato quā
delictū est
publicum.

creta. Sed quando delictum est publi-
cum, & notorium nullo modo potest,
antequam à Superiore absolvatur.

Ratio est, quia cum peccatum sit pu-
blicum, iam amisit famam, imò scanda-
lizarentur adstantes, si antequam à Pro-
vinciati Juridicē absolveretur, viderent
illum, vel fungi Sacerdotio, vel aliter,
communicare: Facit pro hoc doctrina

FRANCIS.

Philippi Franchi in cap. solet, de sentent,
excomm. dicentis, quod cap. ex parte il-
de verb. signif. vbi dicitur, quod pro
manifesta injuria nullus est absolven-
dus, nisi satisfactione lae partis praes-
missa, debet intelligi, quando quantitas
satisfactionis est liquida, quod si liquida
tandā est, tunc reus poterit absolvi, dat-
is fideiussoribus, vel pignoris. Secun-
do, debet intelligi, quando satisfactio
est possibilis: nam quando non est talis,
tunc absolutio, potest dari. Sic Franchi
Præterea in dicto cap. ex parte, dicitur,
quod nullus est absolvendus ab excom-
municacione pro injuria manifesta, nisi
reali satisfactione praestita: Per quem
textum dixerunt Iacob. & Io. Andr. in

Imocens.
Io. Andr.

cap. solet, de sent. excomm. quod si po-
tenti absolutio non opponatur de mani-
festa offensa, non absolvatur.

Religiosi se-
percucien-
tes quid fa-
cere debēt.

Ultimo dico, quod quando duo Re-
ligiosi publicē se percuciant, tunc si quis
acquisiuit Ius super eos: vnde haec esse
est, vt prius recurrem, & satisfaciatur fi-
sco, antequam Sacramentaliter abtoli-
uantur. Bene verum est, quod dicitur esse
necessē, vt personaliter eam suam susci-
pit, quod per Epistolam siat est rior Su-
perior, qui poterit committere abtoli-
tionem cui magis ei libuerit.

Carcera-
rius potest
cum carce-
rate, non
autem alij,
cum talis
sint ex-
raso excō-
municati
per cap. Si
quis suaden-
munic. con-
te, &c.
versari ex
necessitate.

A R T I C V L V S X

An Confessarij Deputati quando habent in-
cultatem absolvendi referuntur ad su-
illam, alij committuntur?

Respondeo, quod circa hanc diffi-
cultatem aliqui dicunt, quod
non per cap. fin. Si ceterum, de off. & po-
estate iudicis deleg. vbi habetur pre-

sententias iniungendi potestatem, etiam
à Papa cōcessam, subdelegari non posse.
Præterea. Delegatus ab ordinario non
subdelegat. à Iudice C. de Iudic. cap.
cum causam de appellat. Tertio, quod
Syluest. verb. excomm. 7. cas. i. 4. dub. 11.
tenet contrarium in eo, quod dixit de

Syluester.

vicario ut modicum tempus à Rectore
constituit. Quarto, quod Ricardus in
quodlib. ait; Sacerdotem habentem au-
thoritatem ordinariam, posse eam alteri
delegare: posse quoq; si habeat commis-
sionem à Papa jurisdictionem, non autem si
nudum officium, aut ministerium ha-
beat, veluti audiendi confessiones. Pōsse
item, si habeat commissionem ab inferiori,
puta Episcopo, vel huiusmodi ad vi-
suam causam, vt officialis, vel
vniuersalis Pœnitentiarius potest par-
tem causam committere, nisi fuerit ei spe-
cialiter interdictum. Si vero non habeat
particularem commissionem, nō potest:
ex quibus infert, Sacerdotem, qui con-
ductus in Ecclesia Parochiali deseruit, cum
non sit ordinarius illius Ecclesie Pa-
rochus non posse delegare, & ita dicit cap.
fin. de off. deleg. Si ceterum.

Ricardus

Alij vero partem affirmatiuam tueri-
unt, scilicet, quod possunt, sic Nauar. in
Manuali, cap. 27. num. 45. ex cap. fin. de
off. ord. scilicet, quod simplex ministe-
rium absolvendi potest delegari, etiam
à delegato ordinarij, & subdelegato de-
legati Papæ, quāuis non possint dele-
gare suam jurisdictionem quarum ratione
indiscompetit. Intellige autem, quod
potest delegari simplex ministerium, non
quicumq; Sacerdoti, sed illi tantum, qui
approbatus est ad audiendas confessio-
nes. Vidē Graff. in 1. p. decis. lib. 1. c. 20.
num. 15. & addit. Nauar. quod hæc de-
legatio quotidiana est.

Simplex
ministerium
absolvendi
potest dele-
gari.

Vt respondeam huic difficultati, que
reuera magna est, distinguere oportet de
Confessario ordinarij vel est Superior, vel
inferior, deputatus tamen. Si Superior
est, aliqui dicunt, quod hoc non potest
fieri, sed Superior debet, aut integram
confessionem audire, aut sacramentali-
ter non absolvere. Sic ADR. q. 5. de conf.
Sylu. confes. 1. q. 19. Viet. in sum. nu. 149.
& 162. Cano. relect. de confes. p. 5. circa
finem. Alij simpliciter afferunt id, pos-
se fieri, & licite, & valide, absq; alia cau-
sa, sic Caiet. confes. cond. 10. dicit que
est.

Graff.
Nauar.

ADR. Sylu.
Viet. Cano

Caiet.

D. Anton. esse consuetudinem Romanam, D. An.
Pal. Ricard. 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 6. Palud. dist. 17.
Sotus. q. 5. Ricard. art. 2. q. 8. ad 2. Sor. dist. 18.
Petr. Soto. q. 2. artic. 5. addit tamen, ex rationabili
Nauar. causa: absolute P. Sor. lect. 10. de conf.
 Nauar. in cap. consideret, §. cautus n. 12.

4 Hæc sententia, quia communior est,
Moderatur omnino est tenenda, sed cum moderamine
assertio. scilicet, si ex parte peccantis instet
 vera necessitas moralis non differendi
 amplius suam confessionem Sacramen-
 talem: & ex parte Superioris sit eadem
 hic, & nunc verum impedimentum, ut
 non possit totam confessionem audire:
 rursusq; talis sit culpa reservata, ut se-
 cundum prudentem ex illius rationem non
 possit moraliter, vel non expediat alteri
 causam delegare. Quibus concurrentibus,
 & subditio Sacramentalem confes-
 sionem postulante: poterit Superior au-
 ditis solis peccatis reservatis, absolutio-
 nem dare: quia iam ex illis omnibus con-
 surgit sufficiens ratio, ob quam illa di-
 midiatio confessionis, non formalis, sed
 materialis tantum esse censeatur. Sic
Suarez. Suarez, & bene in 4. tom. disp. 31. sect. 1.
 num. 8. Si vero Confessarius est subdi-
 tus, & similis necessitas occurrat, dicit
 Suarez vbi supra, quod ei licet.

5 Est bene magna differentia inter ta-
 lem Superiorem, & talem subditum: nã
 Superior, occurrente prædicta necessi-
 tate potest, vel absoluerè Sacramentali-
 ter à culpa peccatum illud reservatum,
 & tunc peccatum illud poterit post ea
 iterum, atque iterum absolui, non solum
 ab inferiori Sacerdote proprio, verum
 & à quolibet alieno, quia peccatum il-
 lud non solum non est amplius casus re-
 servatus, sed neque est materia confes-
 sionis necessaria, cum semel sit absolu-
 tum. Vel potest Superior non absoluerè
 Sacramentaliter, sed audiendo tantum,
 & imponendo satisfactionem debitam,
 remittendo reliqua inferiori Sacerdoti
 & tunc tale peccatum iam non manet
 reservatum: non tamen potest à quolibet
 Sacerdote remitti, sed à proprio, vel
 de eius licentia, quia adhuc manet, sicut
 cetera peccata mortalia nondum con-
 fessa, & est materia necessaria confes-
 sionis.

Subditus verò, seu Delegatus debet
 aut absoluerè, aut rem integram restitu-
 quere: vnde non potest reservationem

rollere, nisi Sacramentaliter absoluat.
 Ratio est, quia ipse non potest delegare
 iurisdictionem ad absoluerendum, sicut
 Superior: illa autem ablatio reservationis
 illo modo non fit, nisi committendo
 alteri iurisdictionem ad absoluerendum.
 Ad obiecta prioris sententia respõdetur.
 Ad primum, dico §. ceterum, agere de
 subdeleganda potestate in iniungendis
 poenitentibus, non vero de danda subdito
 licentia cum iurisdictione, ut cui volue-
 rit confiteatur. In illo casu aliqua sub-
 delegatur potestas, in hoc vero nulla: nã
 facultas illa eligendi Confessarium, non
 est potestas, quæ resideat in ipso, qui eam
 facit, & quæ transferatur de illo in Con-
 fessarium: sed quædam declaratio, qua
 declarat, se nolle uti iure, quod ad se
 pertinebat. Secundo dico, §. illud pro-
 cedere, quando tacite negatur subdele-
 gandi potestas, propterea quod personæ
 industria videret eligi: in casu autem
 nostro agimus de illo, qui ea mente alij
 suas vices plenè committit, ut circa Sa-
 cramentorum administrationem omnia
 gerat, quæ ipse potest.

Ad secundum, concedo tam delegatum
 ab inferiore, quam à Principe subdele-
 gare non posse: sed non sequitur ex hoc,
 Vicarium licentiam hanc dare non posse,
 etiam si concederetur Vicarium il-
 lum esse delegatum: quia dare hanc, de
 qua loquimur licentiam, & delegare, vel
 subdelegare, separata sunt, & ideo ab
 altero non inferuntur efficaciter l. Pap. ff.
 de mim. & cap. 2. de transl. Prælatorum.
 Ad Sylvest. respondeo, opponendo ei
 Adrianum virum doctissimum, & alios
 citatos pro nostra sententia. Et deinde
 dico, quod sua sententia potest locum
 habere, quãdo quis ad modicum tempus
 Vicarium posuit, & nõ erat ei in mente,
 ut concederet suas vices, etiam cum o-
 porteret, ad delegandum, & vocandum
 alios coadiutores; non autem quando de
 huiusmodi mente, vel per coniecturas,
 vel suam in hoc, vel aliorum pristinam
 consuetudinem satis apparet.

Ad Ricardum responderi potest, primo,
 omnia illa de subdelegatione proce-
 dere; nostra vero de concessionem licen-
 tiæ, rei longè ab illa diuersæ. Potest se-
 cundo responderi, sicut secundo modo
 fuit responsum ad primum.

Ex quo infero, quod si Rector accer-

ſat aliquem ſacerdotem, vt ſe iuret in audiendis confeſſionibus, is non poterit, eiufmodi licentiam ei tribuere, quia de prædicta mente non apparet: & per regulam Iuris, tacite videtur agi contrarium per illud §. cæterum.

Apud Nos 6. In noſtra vero Religionẽ ordinariẽ Capuc. conloquendo, Confefſario deputatus ad audiendas confeſſiones, non poteſt alium delegare, & pro ſe ſubſtituere ad audiendam alicuius confeſſionem, niſi ſpecialẽ ad hoc habeat licentiam à Prouinciali. Ratio eſt, quia per noſtra ſtatuta prohibetur, vt nemo muret Confefſariũ electum abſq; licentia Superioris: & multo minus poterit hoc facere cum licentia deputati Confefſarij, qui quantum ad hoc, & vt ſic, nullam habet facultatem, imò per ſtatuta prohibetur, ſaltem indirectẽ.

ARTICVLVS VI.

Rodrig. CASVS occurrere poteſt, qui proponitur, & reſoluitur à Rodrig. in ſto. ſuz ſummæ, c. 35. num. 15. Quidam Confefſarius cuiuſdam Conuentus, qui audit Confeſſiones Choristarum, ſeu Clericorum petit à Prælato facultatem ad abſoluendum quendam ſuum pœnitentem. Et Prælatus pro tunc negauit, deinde, vt veniret in cognitionem perſonæ, tempore, & hora, qua omnes Choristæ conuenerant, ad Communionem, dixit Confefſario prædicto. Concedo tibi facultatem, quam hodie mihi petiſti. Quod ſuit in illa occasione, quia præ breuitate temporis, putauit, Confefſarium vocaturum illum Religioſum, ad abſoluendum illum, & ſic ipſe veniat in cognitionem ipſius. Confefſarius vero ſagax, & prudens, non debet in hoc caſu vocare iuuenem pœnitentem, ſed ſufficit, quod quando dicitur confeſſio illa ante Communionem, ſc. *Confiteor Deo Omnipotenti, &c.* vt tunc abſoluat illum ab omnibus peccatis, quæ audiuit: licet pœnitens neſciat hanc abſolutionẽ. Sic Rodriguez. Sed ego conſulerem, vt præ tunc nihil faceret, nam Clericus, aut iuuenis ille poteſt cum alijs ire ad Communionem, ne ſe prodar, & deinde, capta opportunitate temporis, ſerio eum

abſoluat: nam licet ab excommunicatione poſſit dari abſolutio non ſolum abſenti, verum & ignorantĩ, imò, & iniuro: non tamen hoc fieri poteſt in abſolutione à peccatis. Idcirco puro, quod in ſimilibus caſibus melius eſſet ire ad Communionem, ad euitandum ſcandalum, & notam, habita prius contritione, ac ſi pro tunc non haberet copiam Confefſarij: & poſtea cum opportunitate temporis facere ea; ad quæ teneretur.

Eteò magis hoc dico, quia in illa Confeſſione generali, quæ fit ante ſumptionem Sacramenti Eucharistiæ, non datur, neq; dicitur propria forma abſolutionis, ſcilicet, *Ego te abſoluo, ſed ibi tantum fit deprecatio, Misereatur tui, & Indulgentiam &c.* & nihil aliud: ergo ille talis pœnitens non poteſt dici abſolutus, neq; à peccato, neq; à præſentatione. Niſi dicatur quod antea iam abſoluerat eum à peccato, & promiſit Confefſarius ſe petiturum licentiam à Superiore pro præſentatione: & in hoc eſt etiam difficultas: nam licet tunc haberet Confefſarius licentiam prædictam, nihilominus opus eſſet, vt pœnitentem iterum vocaret ad iudicium cõfeſſionis, & tunc eum abſoluere completè, non ſolum à culpa illius peccati, verum, & à præſentatione. Si dicas, quod culpa iam antea erat confeſſa, & abſoluta: nihil refert, nam peccatum mortale pluries poteſt ſub jci pro materia Sacramenti Pœnitentiæ, etiam quod fuerit abſolutum, vt ſupra libi diximus. Melius eſt ergo, & cautius, vt poſt actionem illam, ſerio confiteatur, vt paulò antè dictum eſt.

ARTICVLVS VII.

An facultas eligendi Confefſarium eligatur per unum actum, id eſt per electionem unius Confefſarij vnicuique vice?

R Eſpondeo, quod hunc caſum tractant Palud. in 4. diſtinc. 17. q. 3. Sylu. confeſſor. 1. q. 7. Nauar. in cap. placuit, num. 167. & ſi omnes definiunt abſolutè, non finiri. Nihilominus aduertendum eſt, hanc facultatem interdum expreſſè dari ſolum ad ſemel faciendam confeſſionem de peccatis cuiuſq; Sacerdoti pœnitens voluerit: & tunc cla-

Abſolutio ab excõmunicatis. pòt dari abſenti, & ignorantĩ, & iniuro: nõ tamen abſolutio à pecc.

Palu. Syl. Nauar.

Facultas eligendi cõfeſſariũ finiſitur per unum actum ad præſentationem, quæ facultas datur determinate.

rum est, facultatem finiri, per unum actum: oportet tamen altam esse completum; quia nec privilegium extenditur ultra id, quod in ipso exprimitur, neque etiam finitur antea completum visum eius. Unde si quis virtute Iubilei eligit Confessarium, cui confitari coepit, vel etiam integrè confessus est, non tamen est absolutio nem consecutus, vel casu aliquo, vel quia Confessarius ei absolutionem denegavit: nihilominus potest alium Confessarium eligere; quia prior actus non fuit consummatus, & quia illa facultas ad hoc præcipue conceditur, ut absolutio obtineatur, ideo prior electio, quæ ad absolutionem non pervenit, tanquam nulla reputatur, ac proinde potest alius Confessarius eligi, dummodo id fiat intra tempus in Privilegio præscriptum, si fortasse in illo limitatur. Atq; eadem proportione iudicandum est de hac facultate, quando expressè ad certum tempus, seu numerum confessionum, aut personarum conceditur.

Nota.

Non finitur vero quando datur sine limite.

Navarrus.

Quando vero datur indefinite, & sine aliqua limitatione; clarum est non finiri unico actu, neq; electionem factam de vno Confessario esse immutabilem: sed posse fieri, nunc vni, postea alteri, pro arbitrio eius, cui facultas data est. Facit ad hoc id, quod habet Navar. lib. 5. conf. de privil. conf. 1. num. 2. scilicet, quod gratia non expirat per mortem Papæ: quia licet mandatum de gratia facienda expiret regulariter morte illius, cap. relatum, de off. deleg. gratia tamen iam facta non expirat morte illius, cap. gratum eod. tit. & textus aptissimus in cap. super gratia, eod. tit. lib. 6.

Etiam quod talis gratia non fuerit concessa in scriptis, quia scriptura non est necessaria ad substantiam, & valorem gratiæ, per clem. dudum, §. fin. adiunct. glos. verfic. verb. de sepult. ut tradit Archid. l. duo sunt Titij filij. ff. de testam. tut. & cap. si Sacerdos, iuncta Glos. de off. ord. communiter receptus ibi, & in Rubrica de Constitutionibus, etiam per Felinum, & Decium post alios ab eis citatos.

Archidiaconus.

Decius.

ARTICVLVS VIII.

An si moriatur, vel amoveatur ab Officio Prelatus, teneat facultas data?

Respondeo, quod ut dictum est supra in precedenti Artic. Prelatus

vel dedit facultatem in seipso, vel cum limitatione; si indefinite, simpliciter expirat confessio, & facultas à tali Superiore data. Si vero cum limitatione non expirat simpliciter, sed si eam dedit pro vna vice, & antequam mortuus sit, ille iam incepit confiteri (maxime in Confessione generali, quæ multum tempus ordinariè loquendo requirit) tunc potest prosequi, & absolui pro illa vice: si vero non est incæpta, debet recurrere ad successorem.

Dubium.

Simile est dubium, quod oriri, & euenire potest de delegatione, seu Commissariatu, An scilicet, officium Commissarij Generatis in aliqua Prouincia expiret per mortem delegantis? & ratio dubitandi est, quia ordinariè loquendo, iurisdictione delegata amittitur per mortem concedentis, & hoc rationabiliter, nam delegatus censetur habere vnam, & eandem iurisdictionem cum delegante: cuius vices gerit, & ideo, si in delegante cesser, cõsequenter cessare videtur in delegato. Nihilominus distinguere oportet de modo, & forma cõmissionis, & de causâ incæpta, & non incæpta.

Nam quo ad modum, & formam cõmissionis, si est ad certum, & præfixum tempus, durat pro illo tempore solum, nisi reuocetur: illo autem finito, cessat ipso facto: nisi aliud exprimat durat in cõmissione. Ratio est, quia gratia, vel facultas non excedit voluntatem concedentis, nec voluntas operatur amplius quam per verba explicetur.

Commissarius officij sine limite, datur, dum durat.

Si vero concessio, seu cõmissio fit vsq; ad tale tempus, eo elapso, extinguitur, quia pro toto sequenti tempore facta non est. Si ergo delegatio, seu cõmissio datur absq; limitatione temporis, durat quamdiu expressè non reuocetur. Itaq; faciendâ est vis in forma, & modo cõcedendi iuxta tenorem cõmissionis, quæ potest esse nimis, & magis ampla, quo ad vim, & quo ad durationem, iuxta beneplacitum delegantis. Si autem delegans moritur antequam expiret cõmissio, seu delegatio illa: adhuc distinguendum est, nam causa, vel est incæpta, vel non. Si causa est incæpta, debet prosequi: si vero non est incæpta, delegatus debet eam non incipere. Vide c. licet, cap. relatum, & c. gratum, de off. deleg. cum Glos. & Doctoribus.

Mortuo de legatè sic cõpra est durat officij delegati, si que ad finem causa, si vero cõpra non est cõpra, dicitur non incipere.

ARTICVLVS IX.

An Confessorij deputati, qui aliquando habent facultatem pro reformatione, subditio quoad illum pro omnibus censuris?

Superior datus facultate pro reformatione non datur pro censuris.

Respondeo, & circa hoc articulum dico plura.

1. Primo, quod Prouincialis concedendo casus suos, siue sibi reseruat, non videtur concedere absolutionem a censuris sibi reseruatis, quoniam a diuersis non fit illatio, vt dicitur in l. Papinianus, ff. de minor. & cap. ad audientiam, de decimis. Aliud enim est, reseruare sibi culpam, aliud censuram.

Nec concedit absolutionem, nisi dispensatio uocorum, a quibus ipse potest, quia nec sunt casus, nec censuræ ipsi reseruatis.

2. Secundo, nec concedendo absolutionem a suis casibus, & censuris, videtur concedere absolutionem a dispensatione uocorum, aut Irregularitatum, a quibus ipse potest, quia nec sunt casus, nec censuræ ipsi reseruatis.

Ubi quod alicui omnem suam facultatem ad audiendas confessiones, & absolouendum suam alicui, non videtur concedere casus cultæ ad sibi reseruatis, sic Nauar. in Man. c. 27. audiend. c. num. 261. licet subiungat, quamquam sessiones.

3. Tertio, Prouincialis concedendo omnem suam facultatem ad audiendas confessiones, & absolouendum suam alicui, non videtur concedere casus cultæ ad sibi reseruatis, sic Nauar. in Man. c. 27. audiend. c. num. 261. licet subiungat, quamquam sessiones.

Praxis in contrarium, nam quando Prouincialis dat vel penitenti, vel Confessione est in statu omnem suam facultatem, & Auctoritatem, tunc intelligitur data potestas absolouendi, vel absolui ab omnibus reseruatis: sic communiter obseruatur.

Nihilominus in nostra Religione Praxis est in contrarium, nam quando Prouincialis dat vel penitenti, vel Confessione est in statu omnem suam facultatem, & Auctoritatem, tunc intelligitur data potestas absolouendi, vel absolui ab omnibus reseruatis: sic communiter obseruatur.

Exceptio firmat regulam in contrarium.

4. Quarto, si vero Prouincialis dicat, concedo tibi omnem meam facultatem, excepto tali casu: tunc potestatem facit pro omnibus alijs reseruatis, quia exceptio citra vnam posita firmat regulam in contrarium, cap. Dominus 3. q. 2. de quo Panormit. in cap. 4. de coniu. lepro.

ARTICVLVS X.

An sufficiat Ratiabilitas, vt absolutio sit valida?

Ratiabilitas est duplex.

Respondeo ad hoc cum distinctione, nam ratiabilitas potest esse duplex, vel de futuro, vel de presenti.

Si ratiabilitas de futuro, vt si Sacerdos absq; in iudicio absoluat alienum Parochiam uocans, quod Plebanus, vel Episcopus tunc cum scierit, ratum habeat: tunc ratiatum est, nullum esse defectum in quodiam cum Sacramentum conferat gratiam, quando applicatur absoluit, nequit illo pacto ex futuro pendere, sed tunc debent conseruari omnia, que sunt de essentia Sacramenti, a quo ratiatio Sacerdotis: quare si tunc illam non habet, nec ratiabilitas futura refert.

Ratiabilitas de futuro non datur ualere absolutioni.

2. Si autem ratiabilitas est de presenti, tunc si licet ostendit in sum. de penit. & venial. Sicut confitendum, num. 14. S. h. est. conf. 16. 6. Nauar. in cap. placuit, num. 107. ubi ponit exemplum de duobus Parochis, seu Curatis, qui adeo sunt secundariæ, & ratioc, quod uterq; illorum tam ualeat, ut quis alteri confiteatur, ac sibi: nam eo casu, confessio, & absolutio impensa Parochianis uisus, qui alteri Paracho confitetur absq; licentia alia, ualide reputantur, non quidem uirificationis futuræ, sed cuiusdam presentis ratificationis, & licentia ratioc.

Ratiabilitas de presenti tenet. Host. Sylu. Nauar.

Et Sotus dist. 13. q. 4. art. 2. ait, quod tunc non censetur solum ratiabilitas, sed consensus interpretatiuus: Et Emanuel Sed in iura a phorismis, tit. absolut. nu. 6. ait: Absoluitur potest Confessor alicui, si ratiabiliter credit; cui Superior placere, & hæc sententia est vna, & tenenda.

Sotus. Emanuel. S. A.

Scio Suarez in 4. to. disp. 25. sect. 1. sub num. 13. non probare ratiabilitatem, nec de presenti, nihilominus idem infra disp. 47. sect. 4. in 4. dubitat, sub nu. 16. probat facultatem interpretatiuam, seu præsumptam, quæ eadem est, cum ratiabilitate de presenti. Sed audiamus ipsam.

Impugnans Suarez.

3. Nihilominus dicendum tenesco, in quibusdam casibus, nunquam sufficere facultatem hanc esse præsumptam, nisi præsumptio fundetur in aliquibus signis, quæ sufficienter, ac moraliter indicent presentem voluntatem Superioris concedendi hanc facultatem.

Probat ipsam.

Hæc sententia sumitur ex Palud. Gabriel. Anton. & Adrian. locis cit. nempe Ralud. dist. 17. q. 3. Gabr. ibi. q. 2. artic. 3. dub. 4. Anton. 2. par. tit. 17. cap. 4. Ad. quæst. 5.

Pal. Gabr. Ant. Ad.

Nov. Cap. Vili. Sob.

quæst. 5. de confessionibus, & Hentz quodlib. 1. q. 30. 31. & 32. Capr. in 4. distinct. 19. ad argum. contra 3. conclusi Victor. Soto, & alijs supra cit. negantibus ratiabilitatem sufficientem ad hanc jurisdictionem, nisi de presenti: est enim eadem ratio de jurisdictione, & de hac facultate, quia hæc facultas involuit delegationem jurisdictionis.

Præsumptio id est ac ratiabilitas.

Et perinde etiam est, uti nominis præsumptionis, ac ratiabilitatis: nam præsumptio nihil aliud est, quam existimatio quædam de voluntate Superioris sufficientem ad concedendam hanc facultatem: aut ergo existimatio illa est de beneplacito Superioris futuro, quod minimè approbabit factum, &c. aut est de presenti voluntate, per quam concedit facultatem.

Priori modo non potest sufficere præsumpta facultas, quia non sufficit ad dandam jurisdictionem de presenti, sine qua præsens absolutio, & confessio nulla est, nec potest rata fieri propter beneplacitum postea subsecutum, quæ omnia factis constant ex supradictis, &c. & infra. At vero secus erit, si præsumptio sit de actu præsentis: tunc enim necesse est, ut talis præsumptio fundetur in aliquibus signis moraliter sufficientibus ad ostendam talem voluntatem, & ita illa facultas non est tantum præsumpta, sed data. Sic ille: concordat Medina C. de poenit. & Ricar. dist. 18. art. 2. q. 3.

ARTICVLVS XI.

An Confessario sufficiat dicere Provinciali pro habenda facultate circa reservatos, Pater indige vestra auctoritate: & an etiam idem dicendum sit de poenitentia?

Cham. VIII. D. Thom.

Respondeo, quod sufficit, ratio est, quia tunc Confessarius iudicat, quod Prælati debet ei dare hanc facultatem, iuxta Decretum Clementis VIII. hmo D. Tho. in opusc. 19. & in 4. vbi sup. ait satis esse, ut poenitens dicat, se habere rationalem causam petendi illam facultatem, ut Pastor debeat illam concedere, ne illum exponat periculo maioris mali.

Superior nō debet cogere Nec etiam debeant cogere, ut causam in particulari explicet, quia vel potest ad ipsummet Pastorem pertinere,

vel potest esse ita confuncta cum peccato, ut necesse sit illam explicare, ad quod non est cogendus poenitens.

Sarium, ut explicet ea usq. in particulari.

Potest bene Prælati discurrere cum Confessario circa qualitatem peccati, & assignare poenitentiam, integro semper manente sigillo; nam hoc est satis conforme Decreto Clem. VIII. Denique, circa modum petendi hanc facultatem, servandus est mos cuiusq; Religionis, una quæque enim suum particularem modum habet.

ARTICVLVS XII.

An moue sit, ut Confessarius disertis verbis explicet poenitentiam omni de se præsentando?

Respondeo ad hoc, quod ut plurimum debet, maxime si poenitens fuerit simplex, & ignarus: at si tale omnis non fuerit ei a Confessario expressum, modo ipse poenitens absolutioni consenserit, tenetur se præsentare: dum enim ipse cognoscit; Confessarium non habere auctoritatem a reservatis absolvendi, nisi ligando poenitentem ad se præsentandum Superiori, dum absoluit, seu absolutioni consentit; tacite ad reconstitendum Superiori voluntarie se obligat: eritq; obligatus, sicut qui expresse hoc promissa sufficit enim tacitus consensus ad obligandum poenitentem, ut annotauit Navar. in cap. placuit, nu. 218. vide supra in Artic. 8. primæ Sect. Dixi (maxime si poenitens fuerit ignarus, aut simplex) nam ut recte docet Navar. in Man. cap. 26. num. 1.

Confessarius dicit ex plures, sed de se præsentando, quod poenitens ignarus est.

Poenitenti docto, diligenti, & sæpè contenti, & celebranti, aut nihil dicat, aut solum, ut faciat, quæ nouit facienda: & cum sit lux, & sal aliorum, caueat, ne sit eis offendiculo, sic Navar. Sed ordinariè loquendo debet manifestare omnia, & si poenitens promittit se præsentare, absoluat eum; sin vero, minimè.

ARTICVLVS XIII.

An absolutio data à Confessario cum tali onore de se representando, confectur data cum conditione?

Respondeo, quod non: & ut clarè id pateat, sciendum, quod triplex conditio potest poni in absolu-

Triplicis dicitur potest considerari absolutio.

atione, vna esse pœnitentia, v. g. si ita fuit, *Ego te absoluo*: altera est de pœnitentia: v. g. si ita est, *Ego te absoluo*: tertia de futuro, v. g. *Ego te absoluo*, si hoc feceris. Cum vero dependens est absolutio à tertia persona; scilicet, *Ego te absoluo*, si Episcopus postea consenserit; sic dicitur, absolutio cum tertia conditione.

Nulla conditio est ponenda in absolute.

Ad quæsitum ergo, respondeo, quod nulla conditio est apponenda in absolute, Nauarr. in Man. cap. 26. num. 12. nisi ratione alicuius dubij, vt cum dubitat, An dederit absolute, nec ne, poterit dicere ratione dubij, si non es absolutus, *Ego te absoluo*. Aliæ tamen conditiones apponendæ non sunt: differenter tamen: nam si duæ priores apponantur, valet absolute, si ante conditionem posita, sed male facit Confessarius: tamen si tertia ponatur, nihil valet, nam effectus deberet expectare impletionem conditionis, quod esse non potest: non enim Sacerdos potest differre effectum postea absolute, concluditur ergo quod Confessarius non debet opponere talem conditionem intendendo sic conditionaliter absolute.

Si qua conditio ponenda est, non fiat in forma.

2. Cum tamen aliqua conditio est ponenda, non debet esse in forma ipsa, sed debet pœnitenti iniungi, quam si accipit, absolute est absolute. Imò si Prælati Superior dat facultatem absolute, tunc Confessarius non debet apponere conditionem in forma, sed obligare pœnitentem, vt eat ad Superiorem: quod si acceptauerit, absolute est absolute, vt dicit Toletus in sua Summ. lib. 3. c. 12. si vero talem modum, seu obligationem se representandi ad Superiorem non acceptauerit; non debet eum audire, si ante confessionem id sciuerit, nec à reseruat absolute si post confessionem sciuit, sic Nauar. vbi supra.

Toletus.

Confessarius ostendens pœnitenti onus de se presentando nullam apponit conditionem, absolute.

3. Ad rem ergo dico, quod dum Confessarius absolute pœnitentem habentem casus reseruat, & ei ostendit onus, seu obligationem, quam habet de se representando, & pœnitens recepat talem obligationem; tunc nullam imponit conditionem in confessione, sed tantum ostendit debitum, quod contraxit pœnitens: quod si accipit, absolute simpliciter.

4. Ad id quod dicitur, est tamen hic Confessarius, vt imponat pœnitentiam pœnitenti antequam det ei absolute: scien- *Confessarius det absolute* tium poterit iudicare melius, an sit absolute, pœnitentia absolute, an non: si enim accipit absolute, ad quod ei imponitur, absolute est; & accipit vero non accipit, non est absolute. *casum pœnitentiam.* Sic communiter omnes Summistæ.

Nihilominus, cum probabiliter scit Confessarius, pœnitentem acceptaturum; non est inconueniens, vt præcedat absolute: semper tamen melius est, quod pœnitentiæ impositio præcedat, nisi Confessarii obliuio intercedat.

ARTICVLVS XIV.

An si Confessarius det primo absolute, & postea manifestet pœnitenti onus de se presentando, si Pœnitens non accipit tale onus, absolute data valeat?

1. **R**espondeo, quod Suarez in 10. 4. disput. 30. sect. 5. nu. 15. refert duas opiniones, vna est, illum subditum, seu pœnitentem non manere postea obligatum ad comparandum coram Superiore, etiam si postea illi declararetur conditio, seu obligatio: quia potest non accipere illam, & sine suo consensu non obligatur: & nihilominus manet absolute, quia prior sententia valida fuit, nec reuocari potest.

Suarez.

Altera sententia est aliorum, qui dicunt, in tali casu, scilicet, si non vult accipere onus, ad quod tenetur; illam absolute non fuisse validam, ideoque eadem obligatione teneri subditum confiteri Superiori, qua ante tenebatur. Ratio est, quia illi Confessori non est data iurisdictio, nisi sub ea conditione; ergo illa non expleta, illi non datur iurisdictio quoad talem actum.

2. Hæc secunda sententia vera est, & omnino amplectenda, cum fundamenta ipsius sint solidiora, & validiora fundamentis prioris sententiæ, quam etiam sentitur Suarez.

Absolute data ante receptionem onus de se presentando, non est valida ei, qui non accipit.

Quæ vt magis confirmetur, dico quod pœnitens vel accessit ad confessionem, sciens suam obligationem, vel non: si qui non accipit, sciebat, vtrique nihil refert an ante, vel post absolute, ei manifestata sit, cum ad eam teneatur: & si cum tali scientia accessit, & firmum habuit animum non

non acceptandi eam; utiq; absolutio ei data nihil nocet; ex indispotione cum qua accessit: & nihilominus semper tenetur ad impletionem illius, quia ut dicitur in Articulo 1. sect. 3. talis obligatio est veluti debitum contractum, quod est necesse solvitur, & quousq; non solvitur, semper clamatur. Si vero ignoranter accessit, nihilominus in re ipsa manet obligatus ad comparandum, cum ei notificata fuerit obligatio, quam habet: quia talis obligatio proprie non oritur ex pacto, sed ex ipsa natura rei, posita in iurisdictione, seu materia applicatione, nam aliter non est concessa facultas absolvendi, nisi cum hoc pacto de se presentando: ergo qui vult absolui, consentit huic pacto ex natura rei, & non pendet ex actuali consensu subdit, neq; per eius ignorantiam impeditur.

Navarrus. 3 Ad hæc addo ex Navar. in cap. eon-
absolutio sideret, §. cautus, de pœnit. dist. 5. nu. 33.
 à censuris nitentem Confessarium, qui absoluit pœ-
pendere de nitentem, debere prius absoluit ipsum
 absolutio à censuris, quatenus opus est, & de pœ-
 à peccatis, possit: quod ferè ab omnibus passim fit
 Confessarijs.

Nam vel penitens est innotuissimus
 quæ censura, vel non: si non, nullum detri-
 mentum ei adfert talis absolutio, ab
 excommunicatione eo magis, quis scilicet
 conditionaliter, si teneris aliquo vult
 excommunicationis, à quo ego te pos-
 sum absolvere: si vero est innotatus a-
 liqua censura, necesse est ut talis abso-
 lutione præmittatur, & deur ante abso-
 lutionem à peccatis: Nam licet contin-
 gat aliquem sic excommunicatum bona
 fide absolui prius à peccatis absq; abso-
 lutione censuræ, nihilominus non est
 valida absolutio etiam à culpa tali, nam
 tenetur illam postea sacramentaliter cõ-
 fiteri, & hæc est magna differentia inter
 excommunicationem non reservatam,
 & reservatam, quod illa non tollit iuri-
 sdictionem ad absolvendum à culpa,
 quamvis prohibeat, prius ab illa abso-
 lvere, quam à censura: & ideo, si casu, vel
 etiam ex malitia Confessoris inuertatur
 hic ordo sine culpa penitentis, qui bona
 fide absoluitur à culpa, non præmissa ab-
 solutione, à censura, Sacramentalis ab-
 solutio valida est, quia nihil nocet, quod
 fit de substantia eius.

At vero quando censura est reservata,

absolutio à culpa data esse absolutio-
 nem à censura: nulla est, non obstante
 bona fide penitentis, quia peralem re-
 servationem ablata est iurisdictione in
 ipsam culpam.

*Excommu-
 nicatio vo-
 luntaria re-
 servata tollit.*

Ut ergo omnia videntur, melius est
 præmittere abblutionem à censura.
 Quod quidem inteligitur de absolutio-
 ne expressa, vel saltem tacita, ut docet
 Gerfon. relatus à Navarro ubi sup. quia
 Confessarius, qui restat intentione super
 poenitentem dixit, *Absolvo te in nomine*
Parris, &c. non solum peccatis, verum
 etiam à censuris absoluit.

Gerfon.

Rectam vero intentionem Navarrus
 illam arbitratur esse, quæ Confessarius
 absoluit proposita necessarijs, qualem
 potest, vel expressam, vel virtuales om-
 nes Confessarijs habens, vel quam senten-
 tiam reperit, & probat idem Navar. in
 cap. qui vult de pœnit. dist. 6. sub nu. 27.
 & in eodem loco sub nu. 25; idem Nau-
 arrus, quod præmittit absolutioem à cen-
 suris, quibus poenitens est innotatus,
 non est substantiale absolutioem pecca-
 torum; est tamen necessarium necessitate
 præcepti, si Confessarius videt illum
 esse talis excommunicatione innotatum.
 Quando vero nescis Confessarijs, an pe-
 nitentis censuris sit implicite; tunc
 non præceptum, sed consilium arbitra-
 tur esse, absolvere scilicet eum ad caute-
 dam prius à censuris: & non solum pru-
 dens consilium fuerit absolvere, ab ex-
 communicatione maiori, vel minori, sed
 etiam ab omni censura, ad quam sua po-
 testas se extendit.

Navarrus.

Potest igitur uti hæc forma: Forma
 Absolutionis. *Pœnitenti tibi Deus. Misere-
 neatur tui &c. Indulgentiam, & absolu-
 tionem &c. Dominus Noster Iesus Christus*
*te absolvat, & ego auctoritate ipsius, ac Bea-
 tarum Apostolorum Petri, & Pauli, absolvo*
te à sententia excommunicationis tui maioris,
vel minoris, suspensionis, & interdicti, in
quibus non possans, & indiges. Deinde ego te
absolvo ab omnibus peccatis tuis, in nomine
Parris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Suffragia.
*Passio Domini Nostri Iesu Christi, & ma-
 rita Beate Mariæ Virginitis, & om-
 nium Sanctarum, & quidquid boni feceris,*
& mali sustuleris, sit tibi in remissionem
inveniam peccatorum tuorum, in augmentum
gratiæ, & propterea vobis sperna. Amen.
Vale in pace, & noli amplius peccare.

*Absolutio-
 nis forma.*

*Excommu-
 nicatio non re-
 servata non re-
 tollit iuri-
 sdictionem ad
 absolvendu
 à culpa,*

Nota hic pro confessionibus quotidianis.

4 Prædicta tñ absolutio prouiciat regulariter danda est omnibus pœnitentibus: si tamen Confessarius audit confessionem alicuius personæ spiritualis, qui toto conatu ad Deum tendit, & qui, vt plurimum non habet nisi venialia, & qui sæpe in hebdomada consistetur; tunc non est necesse, vt in omni Confessione absoluat eum prius ab excommunicatione, quam probabiliter pœnitens non incurrit; sed sufficit, vt in talibus quotidianis Confessionibus eum absoluat à peccatis: & hoc etiam breuiter faciat: imò aliquando expedit solum dicere:

In quotidianis confessionibus sufficit absolutio à peccatis cæcè.

Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ne absolutio longior fiat, quam fuerit tota Confessio, sæpe enim accidit, quod Confessio sit breuissimè, & pro vno defectu veniali, nempè pro verbo otioso, pro aliqua distractione inuoluntaria circa Officium Diuinum, & huiusmodi: & tunc vt quid dicere, Misereatur tui, &c. Indulgentiam, &c. Dominus Noster Iesus Christus te absoluet &c. Absoluo te à sententia excommunicationis, maioris, minoris, suspensionis, & Interdicti in quantum possum, & indiges. Deinde, Ego te absoluo, &c. Passio Dñi, &c.

Hæc inquam absolutio bona est, & optima: sed quæ nihilominus, in exilibus casibus potest, & debet dimitti, & solum dicere: *Ego te absoluo à peccatis tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.*

Abolutio- nis diuersa forma pro diuersitate temporũ.

Et quia de forma abolutiois danda pœnitentibus est sermo, ponam hic etiam illas formas, quæ seruantur & tempore Indulgentiæ Plenariæ, & tempore mortis.

FORMA ABSOLVTIONIS, Pro habentibus Indulgentiam Plenariam.

5 Primò dicat infirmus, *Confiteor, &c.* si potest, si vero non potest, dicat alius eius nomine. Postea Confessor, cui fuit generaliter, vel specialiter confessus, dicat *Misereatur tui, &c. Indulgentiam, & abolutioem, &c.* deinde consequenter subiungat, & dicat sequentia.

Auctoritate Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tibi compassa, mibi, in hac parte com-

misa, Ego te absoluo ab omni sententia excommunicationis, maioris, vel minoris, si quam incurristi, & restituo te unitati fidelium, & Sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Item, eadem auctoritate, absoluo te ab omnibus peccatis tuis, & à transgressione Regula, & Statutorum. Item auctoritate Dei, & BB. Apostolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & etiam Domini Nostri Papa Nostri Summi Pontificis mibi in hac parte commissæ, in quantum Clauis Sanctæ Ecclesiæ se extendunt, si ista vice morieris, absoluo te ab omnibus panis tibi in Purgatorio debitis, propter culpas, & offensas, quas contra Deum, animam tuam, & proximum tuum commisitisti: & quantum mibi permittitur, restituo te illi innocentia, in qua eras, quando baptizatus fuisti, si vero ista vice non morieris, refero tibi Plenariam Indulgentiam concessam à Domino Papa, pro ultimo articulo mortis tuæ, vt in ea commissione præfatæ Indulgentiæ Domini Nostri Papa continetur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

FORMA ABSOLVTIONIS
Ab omni Casu, etiam pertinente ad Papam: & datur Fratribus in agone existentibus, auctoritate Priuilegiorum Ordinis.

6 Dominus Noster Iesus Christus, per merita sua Sacratissima Passionis, te absoluat, & gratiam suam tibi infundat, & ego auctoritate ipsius, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, Summorum Pontificum, mibi in hac parte commissæ, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, maioris, vel minoris, vel sententiæ suspensionis, & interdicti: & dispenso tecum in omni Irregularitate, si quam contraxisti: & restituo te unioni, & participationi Fidelium, necnon Sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Eadem auctoritate & absoluo te ab omni transgressione Vozorum tui Ordinis, & Statutorum Papalium, Generalium, Prouincialium, Custodialium, Localium, & Synodaliū quorumcumque.

Eadem auctoritate absoluo te ab omni officio malè persoluto, horis indobis transpositis, vel dimissis. Item, eadem auctoritate Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquisti; concedens tibi Remissionem, & Indulgentiam Plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, &

*confessorum, de quibus etiam non notandis, aut oblitus fuisti: in quantum claus Ec-
clesia se extendunt. Item eadem auctoritate
Ego absolvo te a penis Purgatorii, quas pro
peccatis commissis, & delictis in hoc Manda-
perpetratis meruisti, restituendo te illi inno-
centia, in qua eras, quando baptizatus fuisti.
In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.
Amen. Quod si hac vice non decesseris, re-
ferua tibi hanc gratiam usq; ad extremum
mortis tua articulum.*

Prædictæ duæ formæ absolutionis de-
promptæ sunt ex Compendio Priuile-
giorum, & hic positæ ad consolationem
Religiosorum.

ARTICVLVS XV.

*An Confessoria liceat loqui directis in Con-
fessione auditis de licentia
penitentis?*

Respondeo, quod circa hoc sunt
duæ opiniones. Prima negat,
licere ex facultate penitentis loqui, sic
Scot. in 4. dist. 12. q. 2. Duran. q. 4. Maior.
q. 3. Gabr. art. 3. dub. 4. Alenf. 4. p. q. 19.
memb. 2. art. 2. §. 1. & Ang. confel. 8. n. 5.
Ratio est, quia Confessarius ea, quæ no-
uit in Confessione, scit vt Deus, ergo nõ
potest illi penitens facere facultatem,
vt loquatur vt homo: & etiam, quia hoc
sigillum est Præceptum Diuinum, ergo
non potest penitens illud dispensare: &
præterea, quia licet penitens possit ce-
dere Iuri suo, non tamen Iuri Sacra-
menti.

2. Nihilominus contraria sententia,
& communis, & verior est, scilicet, quod
penitens potest dare licentiam, cum
qua Confessarius potest loqui de rebus
in Confessione auditis.

Hanc sententiam tenet D. Bonauen.
in 4. dist. 22. in 2. p. ar. 2. q. 2. D. Tho. q. 3.
art. 2. Ricar. ar. 4. q. 1. Palud. q. 3. nu. 42.
Adr. q. 3. de confess. Henric. quodlib. 7.
q. 26. Syluest. confessor. 3. q. 3. & 5. Sor.
q. 4. art. 6. Per. de Sor. in relect. de penit.
lect. 11. Med. q. de licentia penitentis ad
reucland. confel. Anton. 3. p. tit. 2. §. 1.
Nau. in Man. c. 8. num. 2. & c. 18. nu. 12.
& in cap. Sacerdos, num. 123. & est com-
munis etiam Iuris Canonici peritorum
sententia Archidiac. & Alexand. in cap.
ipfi Apoll. 2. q. 2. Cardinalis. in cap. Sa-

cerdos de poeniten. dist. 6. Abbas in cap.
significasti, de adul. Felin. in cap. testi-
monium de testibus.

*Abbas
Felinus.*

Ratio est, quia hoc sigillum, quamuis
sit Sacrum, continetur tamen sub genere
secreti, & eius naturam, ac rationem
participat.

Est autem hæc natura secreti, vt eius Secreti na-
vulus pendeat ex voluntate committentis, sicut pædes
sicut depositum ex voluntate deponen- *ex voluntate*
tis, vel sicut promissio ex voluntate eius, *et commis-*
cuius est facere, ergo sicut in alijs secre- *rentis.*
tis, & in exemplis positis, licet ex volun-
tate alterius talis vltus, ita & in præsentia.
Et ratio id suadet, quia hoc cedit in fa-
uorem poenitentis, & consequenter Sa-
cramenti: sæpe enim est poenitenti ne-
cessarium, vt Confessarius loquatur,
vel consulat: eset autem maius dispen-
dium, si propterea cogeretur semper ex-
tra confessionem dicere. Imò addit Nau.
in d. cap. Sacerdos, num. 151. etiam in
externo foro posse valere testimonium
Confessoris de licentia poenitentis ad
eius innocentiam comprobendam.

Fundamenta autem prioris sententiæ
facillimè diluuntur.

Ad primum enim dicimus, Confes-
sarium non ita scire, vt Deus, quin verè
sciat, vt homo, & loqui possit.

Ad secundum, dicimus, hæc non esse
dispensationem in Præcepto Diuino, sed
mutationem materiæ eius: nam sensus
Præcepti est, vt hoc secretum seruetur,
iuxta voluntatem committentis, & ita
nulla interuenit dispensatio.

Ad tertium responderetur, hoc Præ-
ceptum sigilli præcipuè esse positum in fa-
uorem poenitentis, ideoq; ipsum posse
iuri suo renunciare.

Hoc bene est aduertendum, vt ille, *Ille cui re-
uelat Confessarius de licentia pœ-
nitentis, sub sigillo teneat: atq; in hoc
sensu intelliguntur omnes Doctores citati,
ita posse dari hanc facultatem, vt ma-
nente sigillo integro in omnibus alijs, sub
eodem extendatur cognitio: ad alium
manet ergo ille obligatus sigillo.*

Dubium.

Dices, tertia illa persona, cui Confes-
sarius peccata poenitentis reuelat de li-
cencia eius, non tenetur tantam sigilli
obligationem acceptare, cum reuera in
Confessione non audiat.

Respondeo, per se quidem non audire
rem illam, vt in confessione reuelatam

Refol.

*Scot. Dur.
Mai. Gab.
Alf. Ang.*

*De Hebrais
penitentis,
pœseff. con-
fessorius lo-
qui in con-
fessione au-
ditis.
S. Bonauent.
S. Th. Ric.
Palud. Adr.
Henr. Syl.
Sor. Pet. de
Sor. Med.
Anc. Nau.
Archidiac.
Alex. Car.*

*Ille cui re-
uelatur pœ-
nitentis, de
licentia pœ-
nitentis, de-
bet eum te-
nere sub si-
gillo.*

sicut posset etiam Confessarius non audire Confessionem; & tunc cogitur pœnitens, aut omnino non communicare cum illa tertia persona peccatum suum: aut alium modum manifestationis permittere. Nihilominus, si tertia illa persona acceptat, seu consentit audire illam rem ex noticia confessionis, facultate à pœnitente data; velit nolit, obligabitur sigillo, quia hæc obligatio non oritur ex nouo peccato, sed ex ipsa confessione: nec licentia pœnitentis tollit iniuriam, seu offensionem ex parte Sacerdotis reuelantis. De sigillo confessionis, & quomodo debeat seruari, & à quibus & quando frangatur, vide infra in tertia sect. in condit. xj. confessionis.

articulo nulla extat culpa referuata, quæ absolui non possit, omnisque Sacerdos erit legitimus Confessarius, vbi proprius haberi non possit.

2 Circa hunc Articulum tria explicanda sunt. Primum, *qua esio debeat* *Artic. mortis, & periculum mortis distinguer.* *necessitas pœnitentis, & præsertim quæri solet, an sufficiat periculum mortis.* Aliqui enim Auctores distinguunt inter periculum, & articulum mortis, quod articulus sit quando mors proximè instat, & moraliter est certa, & ferè inuitabilis. Periculum verò sit, quando est probabile dubium, & frequenter solet in tali casu mors accidere, vt est actuale bellum, longa nauigatio, partus mulierum, & similia. Dicunt ergo hi Auctores, necessarium esse articulum, nec sufficere periculum mortis. Ita Sor. dist. 28. q. 4. art. 4. Cano relect. de pœnit. part. 5. & Couar. in cap. alma mater par. 1. §. 11. num. 8. *Sic Canon Couar.*

ARTICVLVS XVI.

An in articulo mortis quilibet Sacerdos possit absolvere à casibus referuatis, absque eo, quod imponat onus, seu obligationem representationis?

Nihilominus dicendum est, sufficere periculum morale mortis, ita sentit Glo. in cap. Pastoralis, §. præterea de off. ord. & cap. quod int. ver. pœnit. de pœnit. & remis. & tenet Nauar. in Man. c. 26. num. 31. & cap. 27. num. 271. Med. C. de pœnit. q. 16. & idem sentiunt Palud. dist. 17. q. 5. art. 2. & dist. 20. q. 1. art. 2. Adr. q. 3. de confes. Syluest. confessor. 1. q. 6. & cap. interdictum 5. qua st. 7. & probatur optimè ex c. si quis suadente 17. q. 4. vbi posita referuatione, excipitur periculum mortis. Vndè intelligimus, hæc duo, pro eodem reputari.

Ratio autem moralis est optima, quia morale periculum, perindè existimari debet, & in malis ita caueri, sicut euentus ipse: nam propterea dictum est. *Qui amat periculum peribit in illo.* Ergo necessitas periculi mortis existimatur moraliter tanquam extrema.

3 Secundò explicandum est: *An hæc necessitas consideranda sit etiam ex parte Sacerdotis?* Ad quod ab aliquibus respondetur affirmatiuè, nam necessitas Sacerdotis est, vt non sit alius, ad quem ex officio, vel delegatione tale munus pertineat: quapropter si adfit Parochus v. g. vel alius, qui habet Iurisdictionem, non potest simplex Sacerdos absolvere, quia iñ non est articulus necessitatis comparatione illius, vt per se patet, & sumitur à simili ex cap. presbyr. 26. q. 6.

In articulo mortis nulla est referuatio à peccatis.
Respondeo, quod si non est ibi copia Sacerdotis proprii, quilibet Sacerdos tunc potest absolvere, non solum à peccatis, verum & à casibus referuatis, & ab excommunicatione: etsi ægrotus recuperat sanitatem, nõ tenetur amplius pro illis casibus referuatis tunc confessis se præsentare, quia vt dictum est supra in Art. 9. primæ sect. In tali articulo nulla est referuatio: tenetur benè se præsentare si habuerit aliquam excommunicationem: sic communiter Doctores, & determinatum est in Concil. Trid. Ses. 14. cap. 7. in his verbis. *In Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit referuatio in articulo mortis, nisi ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes, à quibusuis peccatis, & censuris absolvere possunt.* Sic Concilium. Quod etiam antea decreuerunt Iura, cap. non dub. de sent. excomm. & extrau. Sixti IV. etsi dominici de pœnit. & remis.

Et merito quidem sic determinatur, quia dum agitur res perpetuæ saluationis, seu dñationis ab hac luce exeunti, non vult pia Mater Ecclesia, vt tam salubri absolutionis remedio quicumque pœnitens carere possit. Et ideo in mortis

Concilium Trid.

Artic. mortis, & periculum mortis distinguer.

Sic Canon Couar.

Periculum morale mortis sufficit.

Nauarrus Med. Palud. Adr. Sylu.

in illo verbo: *Nisi absente Episcopo, extrema necessitas cogat*, & eadem ratione cenſeo nunc, Sacerdotem nō expositum, non posse in eo casu absolueri, si adſit approbatus; qui poſſit, & velit id facere: etiamſi alioquin Iurisdictionem non habeat, vt ſi eſſet v. g. Parochus alienus: ſimili etiam ratione exiſtimo: ſi adſit Sacerdos excommunicatus vitandus, ſeu ſuſpenſus, aut præciſus, non poſſe abſolueri, quando adeſt ſimplex Sacerdos tolleratus, etiamſi Iurisdictionem antea nō habebat. Si vero abſit omnis alius Sacerdos, tunc omnes iſti Sacerdotes non tolerata, etiam degradati, non heretici poſſunt in articulo mortis abſolueri.

7 Circa quam ſententiam, quicquid ſit modo de excommunicatis, ſuſpenſis, aut præciſis quantum ad reliquos Sacerdotes, ſcio ſic tenere Suarez vbi ſupra, diſp. 30. ſect. 3. ſub num. 1. vbi ait: quamuis Concilium Trid. dixerit: *In articulo mortis nullam eſſe reſeruationem*: id tamen intelligendum eſt, in abſentia reſeruantis: quia alias nulla eſt vera neceſſitas, ob quam alij cenſeantur iurisdictionem accipere, quæ illis, per ſe loquendo, ſublata fuerat: Neq; oportuit Concil. hoc declarare, quia hoc tanquam notum præſupponit, Toletus etiam in 1. lib. ſuz ſummæ, cap. 15. §. 5. ait: Præſente eo, illi casus, ſeu excommunicatio reſeruata ſunt, ſeu abſente, ad eum tamen poteſt ſine periculo fieri reſuſus, non debet abſolueri poenitentem Sacerdos ſimplex, qui extra articulum mortis abſolueri non poterat: ita habet Innocent. cap. 8. & cap. nuper, de ſent. excomm. & probari poteſt ex cap. eos, de ſen. excom. Si enim tenetur poenitens conualeſcens, cum primum poterit, adire Superiorem, alias incidit in excommunicationem: igitur multo magis tenebitur adire eum ante abſolutionem, quando ſine periculo id fieri poterit. Sic Toletus.

5 Et vero ſi in tali tempore haberi poterit copia non ſolum proprii Conſeſſarij, verum & Prælati, conduceret maximè ad Prælatum recurrere, & ab eo abſolutionem peccatorum recipere. Referam hic, quæ narrat Petrus Dam. in Epist. ad Deſiderium, Hugo, inquit, Cluniaceſis Abbas, cum ad ſuum me Monasterium perduxiſſet: Frater quidam ſenex in Infirmorum Domo ingra-

ueſcente totius corporis tremore lan- guebatur. Hic porro, cum Abbatis comperiffet adeſſe præſentiam, lætus eſſe- tus, Diuinam cœpiſſe implorare clemen- tiam, Domine, inquit, quem nullum la- ter occultum, quæſo, ſi quid reatus in me eſt, quod non ſim hucusq; confeſſus, tu mihi miſericorditer in memoriam re- uoca, quatenus Abbatr meo, dum præ- ſens eſt, purè confitear, atque ab eo, qui Ius hoc in me præ cæteris habet indica- tus abſoluat.

Hoc dicto, huiusmodi vox auribus eius inſonuit. Certè eſt, cerè eſt, aliquid in te, quod confeſſus adhuc non eſt. Cumq; ille vocem ſolam audiret, oran- do ſubianxit: Exprime Domine mani- feſtè, quid hoc ſit, vt confeſſus corti- gam, quod peccauit.

Porro vox eadèſſem, peccatum quod- dam, ſicut quærebat, ſignanter expreſſit, quod ille à ſe commiſſum, illico reco- gnouit, & Abbati feſtmanter acciſo, facta confeſſione purgauit: pauciſq; poſt diebus in ſancta pace deſunctus eſt. Ex quo exemplo vniuiuſq; videre po- teſt, quanti referat, cõſiteri ſuo Præſb. Hoc tamen dicimus de bene eſſe, non de neceſſitate, nam idem poteſt euonire, ſi confiteatur cuilibet alij.

Nihilominus, re altius inſpecta vide- tur aliter dicendum, nempe, quod in ar- ticulo mortis, ſeu in periculo morali nullam in mortis, non ſolum in abſentia proprii Sacerdotis, ſeu Superioris, verum & quando adeſt, poteſt quiuſ Sacerdos proprio Sa- talem infirmum abſolueri. Sic Emanuel Sa in ſuis Aphoriſm. rit. abſolut. & Nau. in conſil. 15. de poenit. & remiſ. num. 3. ait: Nunc vero altius re inſpecta, viden- tur contra iſtam limitationem facere verba præſati Concil. Trident. ſcilicet, *In articulo mortis nullam eſſe reſeruationem.* Et paulò inferius. *Atque idea omnes Sa- cerdotes quorilibet poenitentes, à quibus ſuis peccatis, & cenſuris abſolueri poſſunt.* Per quæ verba patet, quod omnes Sa- cerdotes habent talem facultatem in periculo, ſeu in articulo mortis, & ſe- quitur Nauarrus.

Moueor etiam, quia nullus Clafſicus Doctor poſuit hanc limitationem vſque ad Sylueſt. qui obſcuſè loquitur. Innoc. verò non loquitur de articulo mortis, ſed de alijs impedimentis non tam pri- uis.

Opinio Sua rez.
Con. Trid.
Reſeruatione eſſe nul- la in art. mortis in- telligitur à abſentia præſij Sacer- dotis, ſic a- liqui docet Toletus.

Innocent.

Petrus Da- mianus.
Lxx. p. 6.

Reſerua- tionem eſſe nullam in articulo mortis
et præſente proprio Sa- cerdote: ve- riò ſenten- tia.
Emm. Sa- nauarrus.

uilegiatis: & verba Concilij non solum sunt generalia, sed etiam vniuersalia, ibi. *Omnes Sacerdotes, & ibi. quoscumq; penitentes, & ibi. quibusuis peccatis, & ita generaliter, & vniuersaliter sunt intelligenda.*

Propter quæ puto conclusionem prædictam tenendam esse sine præfata limitatione post Concil. Trid. quod determinat, quod in articulo mortis nulla est reseruatio: quæ conclusio fauorabilis est animarum salutis: quamvis crederem, consultè facturum, qui præsentem suo Parocho, vel Superiore, faciat se potius ab eo absolui, quam ab alijs, sic Nauar.

Itaq; concludimus hanc dubitationem, & dicimus, quod in mortis articulo, seu periculo vnusquisq; potest absolui à quolibet Sacerdote à quouis casu, & censura, & si conualuerit, de casibus non tenetur se amplius præsentare, etiam quod confiteatur proprio Parocho: de censura verò tenetur, vt dictum est alias. Facit ad hoc, quod ex Concil. Tridentino, vbi omnia cessat reseruatia casuum: sed hæc non item cessat reseruatior? vtiq; Concilium libertati conscientiarum, salutis; consentium in mortis articulo consilere voluit: cui libertati non mediocriter videtur officere casuum reseruatior: ideo videtur voluisse eo tempore necessitatem hanc remouere, seu, & proprio Sacerdoti consistendi.

7. Quantum verò ad Confessarios præ tali casu periculi, aut articulo mortis, licet opinio prædicta Nauar. sit probabilior eius autoritate scilicet, quod omnis Sacerdos Catholicus, cuius si sit excommunicatus, Interdictus, vel suspensus, etiam denunciatus potest absolui ab omni peccato, & censura: & pro se citat Sorum in 4. dist. 18. q. 4. art. 4. & amplius dicit, quod hoc dicendum est post Concilium Tridentinum.

Nihilominus placet magis id, quod habet idem, scilicet, quod in prædicto casu quilibet Sacerdos Catholicus, non præcisus ab Ecclesia absolui potest quemlibet in articulo mortis à quolibet peccato, etiam reseruatò, & à qualibet censura, si copia Superioris desit: hæreticus verò, schismaticus, & excommunicatus excommunicatione maiori, & interdicitus, suspensus, notorius, aut de-

nunciatus, non potest, quamuis alius nõ reperiarur. vide Nauar. in Man. c. 26. nu. 26. Et licet ipse Nauar. dicat, quod hæc vltima sententia docebatur antè Concil. sed post d. Concilium probabilior videatur ei prima; nobis tamen videtur, quod hæc vltima positio sit probabilior, & sequenda, & si non adsit alius Sacerdos, tunc sufficit habere contritionem.

8. Et quia in Artic. 6. primæ sect. dictum est, quod non Sacerdotes solum, verum, & laici, dummodo habeant Priuilegium, possunt excommunicare, merito dubitatur: *An moribundus excommunicatus à Laico, possit in illo casu ab eodem absolui.* Ad quod responderetur negatiue, prout tenent etiam Toletus in sua sum. lib. 1. c. 15. vbi citat Panorm. in cap. à nobis de sent. excomm. Adde, & in Nauar. in Man. vbi sup. & c. 1. de penit. dist. 6. nu. 83. Sor. dist. 18. q. 3. art. 4. Cou. in c. alma mater. §. 11. nu. 9. par. 1. Sayr. lib. 2. c. 21. nu. 3. Neq; enim hæc iura laico concessere vnquam, cum tamen concedere possit Summus Pontifex.

Scio Oldrad. consil. 94. D. Anton. 3. p. 267. c. 4. §. 7. & Sylu. verb. absolue. s. nu. 8. tenere, quod laicus in mortis articulo possit absolui. Sed falso, nam non conceditur huiusmodi facultas absoluedi à censura, seu excommunicatione, nisi vt penitens possit absolui à peccatis. Cum igitur Laicus nequeat absolui à peccatis, vt dicit Glot. in c. Pastoralis, de off. ord. §. præterea, consequitur, vt nequeat ab excommunicatione absolui.

Posset tamen habere locum prædicta contraria opinio Oldradi, Ant. & Sylu. quando Laicus ille excommunicatus talem, vel quia habebat iurisdictionem spirituales, vel ex priuilegio: nam tunc si adsit, quando excommunicatus à se reperitur in periculo mortis; nihil prohibet, quin ab excommunicatione à se laico possit eum absolui, relinquendo postea, vt à peccatis à Sacerdote absoluiatur.

9. Dubitatur etiam hic, quid faciendum sit, quando in articulo mortis constitutus quis, non habuit à quo absolueretur ab excommunicatione, in qua reperiatur, ostendit tamen signa contritionis, & declarauit se paratum esse ad omnia?

Nauar.

Dubium.

Resp. Toletus. Panorm. Nauar. Sor. Couar. Sayrus.

Oldradus. D. Anton. Syluester.

In mortis artic. Laicus non potest absolui ab excomm.

Quæ vero laicus excommunicatus potest: nõ est potest absolui à pecc.

Dubium.

Sorum.

Nota.

Resp. **Mortuus potest absolui** post mortem, non quidem à peccatis, sed ab excommunicatione: nõ tamen à quolibet Sacerdote vt poterat ante mortem, sed ab eo, ad quem reservata erat absolutio ab excommunicatione, vel ab alio de eius licentia. Ita habetur in cap. à nobis. 2. de sen. excom. vbi Innoc. & Panor. reddunt causam: hinc quia cessat iam periculum, quod prius erat in mora, ne scilicet discederet è vita inabolutus à peccatis.

Signa vero talis poenitentia, quæ fuerunt ante mortem probari possunt per vnum testem fide dignum. Non tamen debet sepeliri huiusmodi, qui mortuus absoluitur, antequam ab excommunicatione absoluatür; etiam si cum signis contritionis decesserit è vita, vt definitur in cap. à nobis, de sent. excomm.

Hæreticus. Etiam hæreticum mortuum cum signis mortuus cum contritionis posse absolui post mortem, sicut & alios poenitentes, affirmat Innoc. eod. cap. & ratio eadem militat in omnibus. Itaq; nulla est necessitas ex parte Sacerdotis, nam quilibet potest in tali casu absolueret.

Dubium. Tercio, explicandum est, vnde tunc habeat Sacerdos iurisdictionem?

Resp. Respondeo: aliqui dicunt, eos tunc habere de iure Diuino, sic Duran. in 4. dist. Can. Ric. 19. q. 2. ad 4. Balud. dist. 20. q. 1. art. 2. Armilla. Cano. in relect. de poenit. Ricar. art. 3. Armill. verb. Absolutio.

Fundamentum esse potest, quia perpetua Ecclesie traditio, cuius initium potius ignoratur, est signum Iuris Diuini, iuxta D. August. lib. 4. de baptismo, cap. 24. gnum Iuris Contrariam sententiam existimo veram, Diuini, nempe hanc esse traditionem ortam ab D. Thom. ipsa Ecclesia, & ad summum esse Apo. D. Bonau. Iusticam, ita tenet D. Tho. in 4. dist. 19. Mai. Sor. q. 1. art. 1. D. Bonauen. ibid. art. 3. q. 1. Led. Med. Maior. q. r. Sor. dist. 18. q. 4. art. 4. Ledes. P. de Soto. 2. par. 4. q. 22. art. 6. Med. C. de poenit. Victoria. quest. de confes. aliter sine licentia, Pet. de Sor. 1. q. 5. de confes. Victor. in sum. nu. 196. Couar. in cap. alma mater. §. 6. nu. 8. par. 1. & insinuatür à Concil. Trid. vbi supra dicente: *Nõ aliquis potius, iurisdictionem semper in Ecclesia fuit, vt nulla sit reservatio in articulo mortis.*

Nam si nulla est reservatio; ergo manent illa peccata pro illo articulo, sub eodem foro, vt sic dicam, sub quo sunt

cætera: at in articulo mortis omnes Sacerdotes habent iurisdictionem delegatam ad absoluendum directè à peccatis mortalibus; ergo talis iurisdictione cadit etiam in hæc peccata, quæ extra illum articulum sunt reservata.

Interrogabit vero aliquis, si in eo articulo, seu periculo mortis adsit Sacerdos, qui ex Priuilegio habet iurisdictionem ad absoluendum à casibus reservatis, an debeat ille præferri alijs habentibus tantum communem iurisdictionem? si enim in articulo mortis (vt diximus) peccata non sunt reservata, non videtur hoc necessarium.

Respondeo, quod simpliciter hoc non est necessarium, scilicet, vt qui habet talem facultatem præferatur non habentibus; nam reservatio in illo articulo non obligat, vel potius non comprehendit illum: est tamen ad bene esse.

A R T I C V L V S X V I I .

An extra articulum mortis occurrentibus alijs necessarijs casibus, in quibus necesse est, aut implere præceptum annua Confessionis, vel (vt in Religionibus bene ordinatis) pluries in Mense, vel in hebdomada, saltem occurrentes aliquo magno Feste communicare, aut facere Sacram, ita vt non possit omitti sine graui scandalo, aut Infamia, & pro tunc non patet aditus ad Superiorem.

An scilicet possit quis celebrare, vel Eucharistiam sumere absq; Confessione, cum sola Contritione, cum animo tamen faciendi quod tenetur tempore suo, vel debet confiteri de peccato, & ab eo absolui cum obligatione.

Respondeo, opinio circa hoc sunt tres 1. operatio. opiniones.

1. Prima, simpliciter negat posse hominem in eo casu absolui ab inferiore: sic Ricard. dist. 17. art. 2. q. 3. Andreas, q. 4. de confes. Durand. dist. 17. q. 24. Dicunt tamen isti Auctores in eo casu posse hominem accedere ad Communionem, vel ad faciendum Sacram, cum sola Contritione, tanquam qui non haberet copiam Confessarij.

2. Secunda opinio simpliciter affirmat, posse tunc absolui: sic Alens 4. par. q. 17. memb. 5. art. 2. ad vlt. Palud. vbi

Conf. Syl.
Ang. Med.
Namar.
supra, q. 5. Gerson. alphab. 33. lit. E, Syl-
nell. confel. 1. q. 19. Angel. confel. 5. nu. 9
Med. C. de poenit. q. 13. de integr. conf.
& Nau. in cap. consideret. §. cautus n. 10.
qui tamen indifferenter loquuntur.

Solus Angel. explicuit hoc fieri posse :
etiā si peccatum habeat annexam ex-
communicationem .

3. opinio.

3 Tertia opinio distinguit sic, si pec-
catum reseruatum est sine censura, po-
terit absolui poenitens, non tamen si ex-
communicatio adiuncta sit, quia hæc nõ
potest tolli in eo casu: & quamdiu non
aufertur, homo est incapax absolutionis
Sacramentalis. Ita Can. relect. de poenit.
par. 5. Sor. dist. 18. q. 2. art. 5. Ledef. 2. par.
4. q. 8. art. 3. dub. 3. qui nihilominus ad-
mittunt, posse hominem in huiusmodi
casu etiā si occultè excommunicatus sit,
accedere ad Communionem, ad euitan-
dum scandalum.

Can. Sorus
Ledesma.

4 Mihi videtur sic esse responden-

Auctoris
sententia.
Ad euitan-
dum scan-
dalum is-
quis licitè
celebrare,
& Eucharistiam
succe-
re excõica-
to accedere
communicatio,
occulta tamen:
si vero
ad Altare.
non immet
tale scandalum,
nõ debet.
vel Eucha-
ristiam su-
mere absq̃
præsentia con-
fessione.
dum clarius: quando nulla est copia Sa-
cerdotis Confessarij, & imminet scan-
dalum, si quis non celebret, vel non ac-
cedat ad Communionem; potest tunc
quis licitè celebrare, & Eucharistiam su-
cere excõica-
to accedere
communicatio,
occulta tamen: si vero
ad Altare.
non immet
tale scandalum, nõ debet.
vel Eucha-
ristiam su-
mere absq̃
præsentia con-
fessione.

Si adit Sacerdos quis Confessarius,
debet talis confiteri, etiā si habuerit ali-
quam excommunicationem: excommu-
nicatio enim non obstat, quominus à Sa-
cerdote absolui possit à peccatis, quia si
peccata illa reseruata non haberent an-
nexam excommunicationem, non impe-
dirent absolutionem: cum onere tamen
se præsentandi, & faciendi quod debet.

Et confirmatur, quia si ad euitandum
scandalum, vel infamiam, licet excommu-
nicato se ingerere Communioni Di-
uinorum, & aliquando potest contingere,
vr ad euitandam grauem infamiam,
vel scandalum necessarium sit confiteri,
ergo tunc ex parte poenitentis erit licita
confessio, & ex parte absoluentis non
deest potestas, quia excommunicatio pe-
nitentis non priuat Sacerdotem iurisdic-
tione in omnia peccata: ergo poterit
illum absoluerè, & validè, & licitè.
Quod intellige, à peccatis tantum, &
cum obligatione recurrendi ad Superi-
orem, quo ad primum fieri poterit.

ARTICVLVS XVIII.

Casus talis occurrere potest.

Quidam Religiosus fuit deputatus à
Prouinciali; seu Guardiano ad
audiendas Confessiones: deinde iusta de
causa motus Superior prohibuit ei, nõ
amplius audire Confessiones, sub poena
arbitraria. Cum autem fuisset publi-
catum Iubilæum à Sanctis. Domino, in
quo dabatur facultas eligendi Confessa-
rium, talis Religiosus audiuit confes-
siones multorum, putans sic per talem fa-
cultatem Iubilæi potuisse eligi à poeni-
tente: dubitatur ergo, An absolutio da-
ta teneat, cum poenitentes putauerint,
illum habuisse facultatem?

Et præterea, dato, quod absolutio da-
ta non valuerit, & per consequens nec
absolutio à reseruatis, & à censura: que-
ritur: An elapso tempore Iubilæi, com-
perto errore, possint ab alio Sacerdote
de peccato absolui, etiā à reseruatis, &
à censuris, cum à prædictis absoluti
fuerint tempore Iubilæi ab illo, qui pu-
tabatur habere facultatem, & non
habebat?

Respondeo, quod in hoc casu duo ca-
sus includuntur, ad quos sigillatim re-
spondere oportet.

PRIMVS EST:

I. Casus.

An tempore Iubilæi, qui non habet auctori-
tatem ab Ordinario ad audiendas
Confessiones, possit illas
audire.

CVI responderetur negatiuè, & ratio
est, quia Indulgentiæ tantum va-
lent, quantum sonant: & in Iubilæo ex-
pressè dicitur, quod possint eligere
vnum ex Confessarijs ab Ordinario ap-
probatis, & iste electus Confessarius non
est talis: ergo non potest audire confes-
siones, etiā tempore Iubilæi.

Secundò, quod ad audiendas Confes-
siones requiritur, quod Confessarius ha-
beat iurisdictionem; sed qui est prohibi-
tus ab Ordinario: nullam habet iurisdic-
tionem; ergo non potest audire confes-
siones: & per consequens, omnes con-
fessiones illi factæ post prohibitionem,
nullæ sunt, & inualidæ, & propterea
reite-

Resp.
Tempore Iu-
bilæi non ha-
bens auctori-
tatem, non
potest con-
fessiones au-
dire.
Indulgen-
tia tantum
valèt, quæ
tum sonant.

reiterandum, si constet poenitentibus, se fuisse confessos Sacerdoti prohibito, etiamsi bona fide fuerint tali confessi, quia quamuis huiusmodi bona fides in hoc casu excuset à peccato: non tamen excusat ab obligatione reiterandi confessiones: & in hoc primo casu, nullam puto controuerfiam inter Theologos. Solum teneret absolutio, quando poenitens haberet facultatem liberam eligendi sibi Confessarium quemcumque, sine specificatione, quod sit, vel non, approbatus ab Ordinario: sed si adsit specificatio, confessio ipso iure est nulla, & hæc de primo casu.

2. Casus.

2. Secundus Casus est: An possint isti poenitentes absolui à casibus reservatis, & à censuris ab aliquo alio Sacerdote deputato, & auctoritatem habente ab Ordinario post elapsum tempus Iubilæi.

Responsio.

Cui responderetur etiam negatiuè. Primò, quia licentia, & facultas absoluendi à casibus reservatis, & censuris est concessa à Summo Pontifice infra tempus Iubilæi: ergo elapso illo tempore, nullus habet auctoritatem absoluendi à casibus reservatis; ex Romano Rustilio Episcopo Recanatensi de Iubilæo lib. 5.

Secundò, quia illi casus reservati non sunt absolui per primum Confessarium: nam confessio illa facta, fuit nulla, & secundus Confessarius nullam auctoritatem habet ad casus, & censuras; ergo non potuit absolui per secundum Confessarium, cum iam sit elapsum tempus Iubilæi.

Tertiò, quia facultas absoluendi à casibus reservatis, & à censuris, non est concessa Sacerdotibus, nisi in confessione, vt constat ex ipsa forma Iubilæi, in qua dicitur, quod poenitens possit sibi eligere Confessarium, qui eum absoluat ab omnibus censuris, & casibus reservatis, ergo nullo modo manet absolutus, nisi constitatur Confessario auctoritatem habenti, & intra tempus datum in Iubilæo.

Quartò, quia fictio, fraus, & dolus nemini debet patrocinari; ita nec deceptio Confessariorum; sed iste poenitens fuit deceptus, putans se potuisse absolui à censuris, & à casibus reservatis in prima, vel in secunda confessione: at in prima, certum est, quod non potuit absolui, cum

nulla fuerit: neq; in secunda, quia secunda confessio non plus habet auctoritatis, quam prima. ergo &c.

ARTICVLVS XIX.

An Confessarius malè absolvens poenitentem, teneatur ad aliquid?

1. R Espondeo, quod Casus iste multipliciter potest euenire, vt si absoluat sine iurisdictione sufficiente, aut sine intentione absoluendi: aut quia absoluit poenitentem culpabiliter non factis dispositum, vel non integrè confessum, quia propter verecundiam, aut timorem, non est ausus illi negare absolutionem. Vel potest defectus Confessarii esse contra bonos mores poenitentis, vt si absoluit illum, non obligando eum ad restituendum id, quod verè tenebatur, vel se præsentare, vel tollere occasionem moralem peccandi, vel quid simile.

Absolutio inualida, multipliciter potest euenire.

2. Circa priorem modum, variè loquuntur Doctores. Quidam dicunt, in tali casu posse Confessarium supplere defectum per se ipsum, nihil dicendo poenitenti, sed tantum suppendo id, quod defuerat, v. g. intentionem, vel iurisdictionem, petendo illam à Superiore, & cum his requisitis repetendo absolutionem, dirigendo illam ad poenitentem, vbicumq; ille fuerit: nam etiam illo inscio, habebit in eo effectum, si sit dispositus: quod ex circumstantijs, vel alijs indicijs coniecturare prius debet Confessarius. Ita Antonin. in 3. par. tit. 17. cap. 12. refertq; hunc modum absoluendi, & supplendi defectum, placuisse multis Patribus in Concil. Basiliensi: & placet etiam Nauar. in Man. cap. 26. nu. 14. Putant enim hi Auctores, absolutionem Sacramentalem posse fieri in absentem, de qua re in sequenti Artic. cumq; præcesserit materia, nihil putant ibi esse, quod impediat talem absolutionem. Cum ergo Confessarius malè absolvens do læserit poenitentem, & possit hoc modo damnum resarcire sine vllius incommodo; ad id faciendum tenebitur.

D. Anton.

Conc. Basiliense. Nauarrius.

Verum, supra dicta doctrina potest Resoluitur. habere locum, quando poenitens habet Absolutio excommunicationem annexam; eius ab excommunicatione potest absoluitio potest dari absentem, vel rione potest igno-

ignoranti, imò, & inuito, & in mortali peccato existentis.

At quoad culpam falsum est, absolutionem Sacramentalem posse fieri in absentem, seu in presentem, ignorantem omnino quid circa illum agatur, & nec formaliter, nec virtute consentientem in presentem absolutionem, quia valor Sacramenti non tantum pendet ex intentione dantis, sed etiam ex voluntate recipientis.

In prædicto autem casu voluntas hæc non intercedit: nam licet penitens petierit, & voluerit priorem absolutionem, non tamen petit hanc posteriorem, cum de ea nihil cogitauerit: imò cum putet, se sufficienter absolutum ab illis peccatis, nullam intentionem habet alterius absolutionis: & fortasse in illo puncto, in quo Confessarius dat talem absolutionem in absentem, ipse penitens reperietur in peccato mortali, & sic ex diametro erit incapax talis absolutionis.

3 Est igitur secunda sententia, quæ docet, in casu tali nihil aliud esse necessarium Confessario, nisi suscipere penitentiam agere, & relinquere penitentem, vt per contritionem, & reliquias confessiones validas iustificetur: quia per hoc non fit grauis nocumtum penitenti: nam omnia peccata, quæ per priorem absolutionem inualidam remissa non fuerunt, per subsequentem tollentur, saltem indirectè, quod satis est ad salutem penitentis.

Hanc opinionem indicat Nauar. vbi supra, & Syluest. vbi supra, saltem quando primum illud remedium, quod nos improbauimus, applicari non potest: & si penitens admonetur, sequetur scandalum, vel infamiam.

Et Medina in quæst. de alieno sine licentia proprii absolvente, refert hanc opinionem placuisse nonnullis Patribus in Concilio Basiliensi, licet ipsi non placeat: affirmat enim in hoc casu vneri Confessarium ad admonendum postea penitentem: quod etiam tenuit Sor. dist. 18.

Sor. Cord. q. 4. ar. 6. Corduba in summ. q. 7. Nauar. Nau. Sylu. in cap. 1. de poenit. dist. 6. Sylu. confes. 3. in principio.

4 Resoluendo igitur prædicta dicimus, quod hæc vltima opinio vera est, per se loquendo, id est, quando sine graui

nocumtum ipsius confessionis, & sine scandalo id fieri potest. Et quidem, si defectus fuit tantum ex parte Confessoris, non displicet medium illud, quod insinuat Syluest. scilicet, vt procuret Confessarius, penitentem sibi iterum confiteri de peccatis post priorem confessionem commissis, & in ea confessione, generaliter eum interroget, an de omnibus præcedentibus doleat, eaq; si necesse sit, quantum potest confiteatur: nam hoc satis est, vt noua absolutio cadat in totam illam Superiorem materiam, quæ in illo vno verbo personæ, supposita distincta confessione illi facta: quamuis inualida, iuxta Doctrinam datam.

Quod si hoc non sufficit, vt maximè contingit, quando defectus fuit etiam commissus ex parte poenitentis, vel quando non potest induci, vt eidem Sacerdoti iterum confiteatur: tunc clarius admonendus est de priori errore, vt emendetur.

Hoc autem intelligendum est, quando sine scandalo, & graui incommodo fieri potest, quomodo etiam id fatetur Syluest. & Nauar. interueniente enim morali scandalo, aut graui nocumtum, excusandus est Sacerdos ab hoc onere, sic præfati Auctores.

Dicerem ego, quod vel poenitens est absens, & tunc sufficit Confessario habere contritionem, & dolorem, & confiteri de peccato commisso: poenitens autem per contritionem, quam habuit, & per Confessionem factam, licet nullam ex tali defectu Sacerdotis, satisfecit obligationi suæ coram Ecclesia, & coram Deo gratus est per contritionem illam, & Deus miserebitur ei. Si vero poenitens est præsens: tunc debet procurare auctoritatem, & inducere eum ad iterum confitendum sibi, & facere ea, quæ dicunt præfati Doctores; si vero noluerit: debet ei manifestare errorem, quando sine scandalo, & graui nocumtum id fieri potest: si vero imminet scandalum, & nocumtum prædictum, conteratur Sacerdos, & orer pro illo.

Sed quid tenetur facere Sacerdos, quando confessio non fuit nulla, licet inique data?

Ad hoc breuiter respondeo, si inde non pendet damnnum tertie personæ, regula

dari absenti non aucte à culpa.

Secundaria

Nauar. Syluest.

Medina.

Conc. Basiliense.

Sor. Cord. Nau. Sylu.

Auctores

Dubium.

Resp.

gulariter ad nihil tenetur, nisi ad poenitentiam agendam, quia poenitens non tenetur poenitentiam illam iterare, unde per attritionem potest supplere defectum, si aliquis fuerit ex parte eius. Dico autem (regulariter) quia si Confessarius decipit poenitentem in re aliqua pertinente ad salutem animæ eius, ex qua pender, vt maneat in occasione peccandi; tenebitur illum monere, vel illuminare iuxta regulam charitatis, & prudentiæ, vitando scandalum, quoad fieri potest.

Dubium. 6. Difficultas vero est, quando intercedit damnum tertij, quia v. g. Confessarius est in causa, vt poenitens non restituat alienum: in qua re, Syluest. confessor. 3. q. 11. distinguit inter Confessarium proprium ex officio, & delegatum, qui voluntariè id facit: & de priori asserit, teneri ad restituendum damnum illud proximo, si ex graui, vel lata culpa id commisit: de posteriori vero ait, teneri etiam ex leuissima culpa, quia ipse se immiscuit. Sed est distinctio sine fundamento.

Refellitur. Alij Doctores absolute obligant Confessarium ad hoc damnum restituendum, *Resp. aliorum præbatur.* si vel malitia, vel grauis negligentia eius intercessit. Ita Gabr. dist. 15. q. 2. art. 7. *Gab. Nau. dub. 5.* Nau. in Man. c. 17. nu. 22. Angel. restit. vlt. num. 5.

Ego vero cenſeo, hanc limitandam esse sententiam. Primò, vt ex parte Confessarij intercedat grauiſſima culpa, alias non tenebitur, nec ratione rei acceptæ, nec iniustæ acceptionis.

Deinde limito, tantum teneri, quando Confessarius positivè consuluit, vel induxit ad non restituendum: quia reuera tunc committit iniustitiam contra alterum, siue id faciat ex malitia, quod est evidens: siue ex graui negligentia, quia ex iustitia tenetur non ita temerè vti suo ministerio cum detrimento alterius.

At vero si Confessarius sit tantum negligens omittendo, quia videlicet non restituit poenitentem; tunc respectu tertij non existimo teneri ex iustitia, quia illud peccatum nõ fuit contra iustitiam respectu illius, sed contra Religionem, Sacrum ministerium negligenter exercendo; ergo non tenetur restituere, quia nec ratione acceptionis, nec ratione rei acceptæ tenetur.

Adde etiam, in priori casu non teneri simpliciter ad restituendum, sed ad monendum poenitentem: & tollendam deceptionem, dummodo hoc fiat opportuno tempore, ita vt propter illius moram, nõ sit poenitens factus impotens ad restituendum, tunc enim ei imputabitur. At vero si opportuno tempore moneat, iam tollit causam nocentem, quam posuerat: & ideo effectus illi non imputatur. Quæ omnia facienda semper sunt cum cautela sigilli confessionis, quod omnino seruari debet.

ARTICVLVS XX.

An Absolutio possit dari absenti.

Respondeo, quod circa hoc fuit Quæstio ex vtraq; parte: nam aliqui dicebant, in casu aliquo necessitatis posse Confessionem fieri absenti Sacerdoti, & ab eodem absente posse Absolutionem dari. Sic Palud. in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. Antonin. 3. par. tit. 14. c. 19. §. 9. qui refert in Concil. Basiliensi tractatum esse Quæstionem, quid faceret Sacerdos, qui sine iurisdictione absoluit poenitentem multosq; dixisse posse postea petere iurisdictionem, & absoluerè illum, vbi cumque sit: de qua re in Artic. præcedenti *Syluester. locuti sumus.* Eandem opinionem tenet Syluest. verb. confessor. q. 13. & confessio. 3. in princip. Armil. confessio. nu. 23. Tabiena confessio. 2. num. 4. Pet. de Soto sect. 11. de confes. hanc sententiam dicit posse securè teneri, quam tenent, inquit, plures nostrum, Nauar. in Man. c. 21. nu. 36. & in cap. quem poenit. nu. 4. Adrian. de confes. quæst. 1. & alij.

Oppositum vero tenebant, & tenent alij infra citandi, nempe hoc Sacramentum nullo pacto posse consummari inter absentes, etiam si extrema necessitas interueniat; & consequenter, nec Sacerdotem posse absoluerè, nisi quem præsentem habet. Quæ sententia quia omnino tenenda est, nos eam probabimus, & corroborabimus multipliciter, primo ex Decreto Clem. VIII. secundo ex c. omnis vtr. sexus, tertio ex Doctoribus posituis, quarto ex Scholasticis, quinto ex Summistis, sexto & vltimo ex rationibus.

*Clemen. 8.
Decretum.*

3 Primò igitur probatur nostra sententia auctoritate Summi Pontif. Clementis VIII. qui super hoc Decretum quoddam fecit, quod omnem ambiguitatem tollit: est autem tale.

Die X X. Mensis Iunij, Anno à Natiuitate Domini N. Iesu. Christi M DCII. in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico, in Monte Quirinali, coram Sanctis. D. Nostro D. Clemente, Diuina Prouidentia Papa VIII. proposita Quæstione, vtrum liceat per litteras, seu internuncium, Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, Sanctis. Dominus Noster auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustris, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus maturè, ac diligenter considerata, hanc propositionem, scilicet, licere per litteras, seu internuncium Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere: ad minus, vt falsam, remerariam, & scandalosam, damnauit, ac prohibuit, præcepitque ne deinceps ista propositio publicis, priuatisq; Lectionibus, Concionibus, & congressibus doceatur: neve vnquam, tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur.

Quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut etiam de ea disputatiue tractauerit, nisi forsan impugnano: vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, & à qua nõ possit, præterquam in articulo mortis ab alio quocumq; & dignitate fulgente, & S. R. E. Maiori Penitentiario, nisi pro tempore existente Romano Pontifice absolui: alijs etiam pœnis arbitrio infligendis subiaceat.

3 Secundò probatur ex cap. Omnis vtriusq; sexus, de poenit. & remis. ex quo S. Bonauen. meus in 4. dist. 17. art. 1. q. 3. colligit, Confessionem Sacramentalem Sacerdoti soli, & in secreto debere fieri: nisi sit peccatum aliquod enorme, quod totam commouerit urbem, vel etiam totum orbem, quod quidem quis deberet

confiteri in publico, vt in publico penitentia publica imponatur vt ostendat & recognoscat se reum, vtruta si sit hæreticus manifestus, Quantum vero est secundum legem communem, debet vnico Sacerdoti fieri in priuato sic, vt expressè dicit illa Decretalis, sic Seraphicus Doctor.

3 Tertio probatur ex positiuis: & *Catechisf. Rom.* Primo accedat Catechismus Romanus, qui loquens de confessione, & eius conditionibus, sic præcipit: Illud vero, tum consenti, tum Sacerdoti maximè laborandum est, vt eorum sermo in confessione secreto habeatur.

Quare sit, vt nemini omnino, neq; per nuntium, neq; per litteras, quoniam ea ratione nihil iam occultè agi potest, peccata confiteri liceat.

Deindè D. August. in lib. de vera, & falsa penitentia Cap. 10. sic ait. Præcipit Dominus mundandis, vt ostenderent ora Sacerdotibus, docens, corporali presentia consentienda peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestanda, & paulo post. Qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Quæ sententia Augustini extat in cap. quem penitet, de pen. dist. 1. Hefychius in cap. 27. Leuit. in ea verba, *Homo, qui domum suam, aut agrum Deo venerit*, prudentissimè, inquit, apparet sine confessione propriæ vocis peccata non dimitti.

4 Quarto probatur ex Scholasticis. *Magister.* Magister sent. cum reliquis Theologis in 4. dist. 17. cap. Sed quoad Sacerdotibus confiteri oportet, secuti sunt omnes Canonem illum D. August. de quo paulo ante, D. Bonan. vbi supra, D. Tho. in ead. dist. q. 3. art. 4. q. 4. & 3. non vult, satis esse confiteri scripro, Alexander de Ales in 4. par. q. 18. memb. 4. art. 5. §. 9. v. surpat auctoritatem Leuitici ab Hefychio expositam, de qua supra: & solum muto permittit confessionem per scripturam, alijs minimè, Scotus in ead. dist. 17. q. 1. Scotus art. 3. in respons. ad argum. vbi dicit sic.

Dicendum, quod nulli habenti vsum sensuum, & copiam Sacerdotis, sufficit confiteri per scriptum, vel nuntium. Et ibi solum excipit murum, sicut & fecit Aletis: cui exceptioni post Decretum Clem. VIII. non est amplius locus *Ric. Madu Ricar. in ead. dist. Maior. Albertus, Scotus, ibid. q. 1. art. 6. ad 2. recitans sententiam*

*Pena cori,
qui contra-
rium docet
vel practi-
cans.*

D. Bonan.

D. August.

Hefychius.

Magister.

D. Bonan.

D. Thom.

Aletis.

Scotus.

Ric. Madu

Albert. Scot.

tiam D. Tho. & refellens Palud. idem confirmat.

Calet. Vic. Toletus. 6 Quintò probatur ex Summistis, Calet. in summa, verb. conf. condit. 11.

Victoria, in sua summula Sacramento- rum, q. 173. Tolet. lib. 3. de instruct. Sacerd. cap. 6. vbi dicit sic. Per nuntium vero, aut per litteras absente penitente,

Antoninus confessio non est, D. Antonin. in 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 17. ait. Debet secreto confiteri, & secreto imponi penitentia,

Summa Confessor. Summa Confessorum, lib. 3. tit. 34. q. 76. sententiam hanc probat testimonio D.

Albert. Thomæ, Alberti, & Innocentij, in cap. omnis vtriusque sexus, Supplementum verb. confess. 1. nitens auctoritate Diui Thomæ, Rosella verb. confel. tit. 1. §. 8.

Rosella. & 9. confirmat hanc sententiam præclaris argumentis, Angelus verb. confessio. tit. 1. num. 32. & 33. qui cum Sco-

Angel. to permittit, vt qui scripsit peccata sua, idem legat, & admonet Angelus hanc esse communem sententiam omnium.

Turrecr. Ledesma. Theologorum, Turrecremata, in cap. quem penitet, de poenit. distinct. 1. art. 1. conclus. 1. Ledesma 2. par. 4. quæst. 9. art.

Canus. dub. 1. Cano. relect. de penit. par. 5. Val-

Valentia. lentia in 3. tom. disp. 7. quæst. 11. pun. 1. circa finem, Nauar. in Manuali, cap. 1. i.

Nauarrus. num. 36. & in cap. quem penitet, de penit. distinct. 1. vbi super illa verba,

Docens corporali præsentia confitenda esse peccata, non per nuntium, non per scripturam manifestanda, ait Nauarr.

colligitur Sacramentalem confessionem debere fieri personaliter: & non posse fieri per procuratorem, neque per nuntium, nec per alium negotiorum gestorem, nec per Epistolam, vt alias diximus:

dummodo id possit facere per seipsum. Quid autem, si non poterit respondere?

Dicimus, inquit Nauar. illa duo, quæ tradidimus in cap. fratres num. 85. & in

Enchirid. confessor. cap. 1. num. 36.

Alterum est, quod non tenetur ad confitendum, nec per scripturam, nec per interpretem. Alterum vero, quod si id faceret, valeret confessio, & absolutio,

quæ scriptæ mitterentur, secundum Palud. in 4. in distinct. 17. quæst. 2. art. 1. & clarius Adrian. de confels. quæst. 4. col. 6. ita Nauarrus. Quod quidem vltimum, licet antea poterat defendi:

Nunc autem standum est determinati- oni Clementis VIII. supra positæ, nem-

Paludan. Adrianus,

et.

pè, quod nullo pacto licet.

Sexto, & vltimo probatur validissimis argumentis.

7 Primum fit, quia eadem forma Sacramenti est; est enim talis: absoluo te; Hæc vtiq; præsupponit, absoluedum esse præsentem, & vt sciatur, ipsum esse in rerum natura: id autem ex litteris, & nuncijs certum sciri non potest: dum enim nuntius perficit iter, potest penitens è vita excedere, & sic in casum daretur talis absolutio. Quin quod omnia Sacramenta personæ propriæ actionem exigunt, cum suscipiuntur, excepto Matrimonio, quod per procuratorem contrahi potest.

8 Præterea, Sacramentum Penitentię habet formam iudicij: in iudicio autem sententia pronuntianda est ex tribus aliis

neque vnquam est auditum, vt Iudex mutus constitueretur, & per scripturam loquatur. Neque vnquam aliquis Iudex ob scripturam alterius ad se, non ab Au-

ctore delatam, quempiam absoluet, aut condemnabit, nisi qui scripsit, suam fa-

teatur esse: ergo cum absolutio Sacerdotis sit actus iudicialis, vt dictum est, & constat ex Concilio Tridentino Sess. 4.

Can. 9. non potest absoluere, nisi voce consentientis, dantisq; litteras, compertum fit, missam Epistolam tuam esse.

9 Præterea, debet Sacerdos consentientem audire, examinare, signa penitentię in ipso cernere, propositum non peccandi, & pro præteritis satisfaciendi in ipso cognoscere: quæ omnia requirunt præsentiam vtriusque, & vt Sacerdos audi-

ri, & loqui possit. Vide etiam quæ dicemus infra in 3. sect. in explicatione xj. conditionis confessionis.

10 Præterea, actus penitentes, eos esse penitentis, notum debet esse Sacerdoti. At confessio, quæ litteris mandatur, potest esse ficta: aliena manu, & mentiente, & alterius manum imitante. Hinc Concil. Florent. in actibus penitentię, quæ materia est in Sacramento Poenitentię, numerat non confessionem: ergo qui ore vt potest, non potest alio modo legitime confiteri; ù. e. per nuntium, vel per litteras.

11 Præterea, confessio scripta, & ad absentem Sacerdotem missa, est sua præ natura plena periculi potestati, aut interite, aut ab eo, qui perferit, aperi-

riri,

scri, aut intercepti: aut etiam ab aliquo nefario Sacerdote, scripturæ auctor prodi, vt argumentatur Ricard. in 4. dist. 17. artic. 9. quæst. 5.

At qui enunciata peccata ingens incendium possunt esse malorum: præsertim, si cædis, si adulterij, si Incestus, si stupri crimina testatur scriptura: vnde ad auctorem scripturæ infamia, ac dedecus, & capitis periculum, certa que pernicijs, atque ad nobilissimas familias probrum, æternaque nominis labes permaneret. Quis autem suspicari possit, concessisse Christum Dominum, vt ab eo instituta confessio tot incommodorum vlllo tempore causa possit existere? longissime quidem id abest.

12 Præterea confessio, quæ absolutionem meretur, ijs debet esse ornata, conditionibus, quæ à Sacris Theologis exponuntur, in quibus est, vt sit humilis, verecūda, integra, secreta, lacrymabilis, parere parata: quarum cōditionum non solum certa indicia ex confessione scripta capere non possumus: sed nonnullas desiderari non dubitamus: neque enim est secreta, neque est verecūda, Epistola enim non erubescit, neq; charta lachrymatur: neque certum quidpiam de integritate pollicetur Sacerdoti; neque interroganti Sacerdoti, atq; ea, quæ latere solent poenitentem, exquirenti, de numero peccatorum, specie, circumstantijs, de tempore, & consuetudine peccandi, aut respondere, aut suggerere potest. Denique non potest ea præstare epistola, vel scriptura, quæ in primis à poenitente necessario requiruntur.

13 Præterea Sacerdoti, qui poenitenti peccata condonat, nota debent esse eo modo, vt ab eo cognosci possint partes eæ, quæ in Sacramento poenitentia proprie sunt poenitentis, vt vinat, vt vigilet, vt sit lux mentis, vt peccati materiam, & occasiones propinquas amputet: vt scelera, quæ consciuit, vehementer oderit: vt nolit ea amplius admittere: vt poenitentiam à Sacerdote iniunctam non recuset: vt remedia ad nouam ruinam vitandam libenti animo amplectatur: quæ omnia fugiunt Sacerdotem, si absentis per Epistolam Confessionem suscipere velit, eique absolu-

tionis beneficium impertiri.

14 Præterea, Turrecremata in c. quem poenitet, de poeniten. distinct. 1. artic. 1. conclus. 1. sic ait. Sicut quis tenetur confiteri Deum, ita sua peccata confiteri: sed Deum tenetur quisque ore confiteri, oris enim confessio, ait D. Paulus, fit ad salutem: ergo ore quoque tenetur peccata confiteri.

15 Præterea vltimò, eandem confessionem per literas, siue per internuncium prohibitam esse Iure Diuino, hinc constare potest, quoniam accedere facile potest, vt absolutio, quæ per literas contenti traditur, & inuoluntaria sit, & sacrilega: atque ob id nulla. Si enim cum Sacerdos, aut scribit, aut pronunciat formam absolutionis, mortuus sit, qui suorum scelerum confessionem misit: aut animo flagitium aliquod meditetur: vel etiam rem nefariam committat, quod ferè euenire solet ei, qui diuturna peccandi consuetudine est implicatus: si tunc, inquam, Sacerdos gnauus esset status poenitentis: nullo modo in animo haberet enim absolvere: & si absolueret, necesse esset, absolutionem esse sacrilegam: significaret enim id, quod nullo modo efficeret, id est, absolui eum, qui absolui non potest: quandoquidem, nec mortuo, nec scelus quodpiam perpetranti, aut à Deo, aut ab eius ministro, venia, absolutioque aliqua tribuitur.

Et hæc sunt argumenta, & rationes, quæ à Seraphyco Doctore, à Caietano, Turrecremata, à Soto, & ab alijs de prompta sunt. Vnde, quia hæc sententia non solum rationibus, & auctoritatibus tot Doctorum roborata est: verum & Decreto Summ. Pontif. confirmata, & dogmatizata, quin & contraria sententia ad minus, vt falsa, temeraria, & scandalosa censurata, & damnata est: propterea nullo pacto debet sequi, neq; doceri. Qui secus fecerit, non solum graui scelere, & Excommunicationis Romanorum Pontif. reseruata se vinculo obstringeret: verum etiam à Sacrosanctæ Inquisitionis Iudicibus veluti de Doctrina, & Decretis Romanæ Cathedræ malè sentiens, merito plectendus esset. Ait enim Sanctus Cyprianus libro de vnit. Eccl. Qui Cathedram Pe-

tri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse non confidat: & Diuus Ambrosius lib. 3. de Sacram. c. 1. ait, in perniciosam hæresim labi solere eum, qui Romano Pontifici in ijs parendum esse negat, quæ eius Imperio, ac iudicio insituantur, ac denunciatur. Quod confirmat etiam D. Tho. in tract. contra impugnantes Religionem, cap. 3. non longe à fine: quo testimonio vltus est D. Antonin. in 3. par. Summæ, tit. 22. cap. 6. §. 5. ac Turcremata in lib. de Ecclesia.

Dubium. Resp.

16 Interrogabis. An possit dari absenti absolutio ab excommunicatione? Respondeo, quod aliqui negant, absolutionem ab excommunicatione maiori posse peti, & dari per procuratorem, sic Innocen. in cap. cum desideres, de sent. excommunic. Panormit. ibid. Hostienf. & alij. Sed contraria sententia est communis, quam tenet Syluest. verb. absolutio. 3. num. 9. Vgolmus tab. 1. cap. 19. Sayrus lib. 2. cap. 21. num. 13. Toletus in sua summa, lib. 1. cap. 14. & alij moderniores. Sed necesse est, vt Procurator speciale mandatum habeat ad obtinendam absolutionem ab ea excommunicatione, à qua vult absolui. Sic Sayrus loco citato, num. 14.

Sylu. 7 gol. Sayr. Tol.

quæ inferiorum, qui minueret poenitentiam, confitendo ei iterum. Faterur tamen Cardinalis prædictus, quod ob necessitatem, vel vtilitatem, posset id facere inferior: quia pium est credere, Superiorem tacite voluisse committere: absolutionem inferiori, quando talis necessitas, vel vtilitas occurreret.

2 Sed distinctione opus est, nam vel loquimur de absolutione à peccato, vel à poenitentia taxata pro casu reseruatò: & primum potest inferior: postremum vero minime. Vide Nauar. conf. 25. nu. 1. & 2. de poeniten. & remis.

Inferior potest cõficere poenitentiam à Superiore pro culpis taxatâ, nõ aut proferuatis.

Itaque quantum ad poenitentiam taxatam pro peccatis, simpliciter Confessarius, siue sit inferior, siue æqualis iusta de causa potest mutare poenitentiam à præcedente Confessario alicui poenitenti impositam, absque eo, quod huic posteriori confiteatur, nam satis est cognitio causæ, quæ ad poenitentiam commutandam iuxta videatur: nec requiritur probatio, quæ ad forum conscientie, licet requiratur quo ad forum exterius. Nauar. vbi supra.

3 Et non solum potest mutare in æqualem poenitentiam, verum & potest minuerere iuxta causâ, quæ erit, vel dehilis, vel ægritudo, vel magna contritio, & aliquando parua deuotio: timor, iæm, ac iustam poenitens respuat, vel acceptam parum impleat.

Potest etiã illam minuerere ex causa.

ARTICVLVS XXI.

An inferior possit commutare poenitentiam à Superiore taxatam in absolutione Casus reseruatì.

Respondeo, quod Glof. solennis in cap. tempora 26. q. 7. super verbo iudicio, habet, Episcopum posse iuxta de causa mutare poenitentiam à Papa impositam, quod probat per illud *quatenus habet*, posse Episcopum mutare poenitentiam per legatam Papæ impositam, arbitrando id conuenire poenitenti. Contra quod facit dictum Cardinalis Sancti Sixti, in dicto cap. tempora, num. 4. quatenus ait, inferiorem non posse minuerere poenitentiam à Superiore pro peccato sibi reseruatò impositam, quia alioqui frustranea esset reseruatio, cum absolurus, post habitam absolutionem posset statim adire ali-

Et propterea hodie omnes Confessarij in poenitentiam iniungunt poenitentibus (quicquid boni fecerint, & mali sustinuerint:) per quam clausulam, est non alligent eos ad bona peragenda; efficiunt tamen, vt quæcumque peregerint, in poenitentiam eis cedant Sacramentalem. Et ita totum vitæ tempus quodammodo poenitentia agenda à quolibet Confessario cuiuslibet poenitenti, quatenus opus est, viderur constitutam, & taxatam. Vide quæ diximus supra in primo Articulo huius Sectionis, nu. 4.

Nota.



ARTICVLVS XXII.


An Confessarij sollicitantes penitentem ad peccatum carnis, sint suspecti de heresi?

Respondeo, quod sic: ratio est, quia male videntur sentire de Sacramento Penitentiae. Hinc Doctor Franciscus Pegna, qui fuit Decanus Rotæ Romanæ in suo Commentario super directorium Inquisitorum parte 2. q. 56. ait, quod contra Confessores, qui in Sacris confessionibus continentem ad libidinem prouocauerint, cum male de Sanctissimo Penitentiae Sacramento sentire videantur, eo-aburentes, vti de hæresi suspectos, iure optimo hodie procedunt hæreticæ prauitatis Inquisitores: ac ita Inquisitionis Tribunalibus obseruari attestatur, Ignatius Lopez in addit. ad Diaz. in pract. crim. caus. cap. 2. quod & iustissime ordinauit, ac decreuit Pius IV. Põntifex Maximus, quodam Breuidiscreto Archiepiscopo Hispalensi: cuius tenorem fideliter desumptum ex Archiujs Sacræ Inquisitionis Generalis Olyssipponæ, copiam libri, in quo continebatur, sibi faciente Reuer. D. Antonio de Noronna Episcopo Elueni, & Generali Inquisitore Sanctæ Inquisitionis Regnorum Portugalliz, refert Rodriq. tom. 1. suarum qq. regul. quæst. 59. art. 4. & est, vt sequitur.

BREVE

P II QVARTI.

Contra Confessarios sollicitantes penitentes ad libidinem.

2  *E*nerabili Fratri Archiepiscopo Hispalensi in Regno Hispania hæreticæ prauitatis Inquisitori Generali, PIVS PAPA Quartus. Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dum sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, diuersos Sacerdotes in Re-

gnis Hispaniarum, atque etiam in Ciuitatibus, & Diocesisbus curam animarum habentes, sine eam pro alijs exercentes, aut aliaq. audiendis confessionibus penitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Penitentia in actu audiendi confessiones abutantur, nec illi, & qui id instituit Domino Deo, & Saluatori Nostro Iesu Christo iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet penitentes, ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones alliciendæ, & prouocando, seu allicere, & prouocare tentando, ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis, grauiorem peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in Diuina Maiestatis offensam, & animarum perniciem. Christi fidelium scandalum non modicum.

Nos animatum inducere nequeunt, quod qui de Fide Catholica rectè sentiunt, Sacramentis ab Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant: Fratremque tuum, de cuius excimia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per presentes commisitimus, & mandamus, quatenus per te, vel per aliam, seu alios à se deputandum, seu deputandos, contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Diocesium, & commissis quemodolibet diffamatos, eam facturos, quam quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apostolica immediatè subiectorum Ordinum Regularium, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentiæ existant, tam super præmissis, quam super Fide Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæresi quouis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem præcedas, ac culpabiles repertos, excessuum suorum qualitatem, prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, Secularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obstant.

Datum Roma apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XVI. Aprilis, Anno Domini M. D L X I. Pontificatus Nostri Anno II.

2 *QVÆ* Constitutio ampliatur etiam contra sollicitantes adolescentes: nam licet ex contextu dictæ Constitutionis, ibi (Mulieres) illa tantum loquatur de sollicitantibus ad actus impudicos

dicos ipsas mulieres : videtur tamen , quod de legislatoris mente fuerit, velle comprehendere etiam Confessarios alicientes adolescentes ad peccatum nefandum : tum quia ratio in ipsa confessione expressa conuenit etiam huic casui : imò fortiori, seu maiori ratione in hoc casu procedere debet, cum multò grauius sit hoc crimen : tum quia hæc Constitutio loquitur de his, quæ communiter eueniunt, non excludens propter hoc alia, quæ raro contingunt, sed sunt eiusdem generis, imò grauiores. Sic Rodriguez .

3 Et nos pro ampliori huius rei corroboratione, tacitæ obiectioni respondendo addimus, quod non suffragatur illa vulgaris regula, nempe in odiosis, & penalibus strictam interpretationem esse faciendam : & negamus ex hoc casu fieri extensionem, sed potius inclusionem, ex Glofs. notab. in verb. Italix de temp. ordin. in 6. sufficit enim legislatoria præponere casum magis frequentem, in quo etiam includitur alius non adeo frequens, qui forsitan tacitus fuit maioris honestatis causa : quia esset valdè molestum auribus pijs audire, Confessarium committere id, quod omnes Christiani abhorrent .

Accedit, quod vbi agitur de salute animarum ad euitanda maiora peccata, tunc in poenis facienda est extensio de casu ad casum, ex communi Doctorum

consensu, ex allegatis per Iasonem in Auct. quas actiones, num. 25. cap. de Sacrosanctis Ecclesijs. Vide supra in prima Sectione Artic. 1. ibi, tertio notandum. Vide etiam quæ habet Pegna, prout in principio huius Artic.

4 Quibus adde ea, quæ nouissimè determinata sunt in Congregatione Illustrissimorum Cardinalium Sanctæ Inquisitionis, prout sequitur, Feria quinta, die X. Iulij M. DCXIV. In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo D. N. D. Paulo Diuina Prouidentia Papa V. ac Illustrissimis, & Reuerendis. DD. Petro Tit. S. Mariæ in Transtiberim Aldobrandino, Roberto Tit. S. Mariæ in via, Bellarmino, Ferdinando Tabetna Tit. S. Eustachij, & Ioanne Garfia SS. Quatuor Coronatorum Mellinæ nuncupatis Presbyteris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. Facta relatione, quod multi Confessarij tractant cum Mulieribus in confessionali extra occasionem Confessionum de rebus inhonestis, Sanctissimus decreuit, vt contra huiusmodi Confessarios procedatur in Sancto Officio .

Andreas de Peet. S. Rom. & Venerab. Inquis. Not.

Locus Sigilli.



69

PRIMÆ PARTIS
SECTIO TERTIA.

In qua agitur de his, quæ pertinent ad pœnitentes,
complectens Articulos 21.



QUONIAM tota res hæc in eo sita est, vt Confessio à Pœnitentibus rectè fiat, ad hoc, vt Remissionem Peccatorum à Domino Nostro

Iesu Christo percipere mereantur: placuit hic ponere, & fusè explicare illas condiciones confessionis, quas Summistę omnes ponunt, non tamen sic fusè eas declarant, sunt autem hæc:

Sit simplex, humilis confessio, pura, Fidelis.

Atque frequens, nuda, & discreta, libens, veracunda,

Integra, secreta, & lachrymabilis, ac calorata,

Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Quas declarat D. Thom. in 4. dist. 17.

D. Thom. q. 3. art. 3. & 4. in his verbis. Dictarum

conditionum, quædam sunt de necessitate confessionis, quædam sunt de bene se ipsis.

Ex autem, quę sunt de necessitate Confessionis, vel competunt ei secundum quod est virtus, vel secundum quod est pars Sacramenti.

Si primo, aut ratione virtutis in genere, aut ratione specialis virtutis, cuius est actus, aut ex ipsa ratione actus virtutis. Virtutis autem in genere, sunt quatuor conditiones, vt in 2. Ethic. habetur.

Prima est, quod quis operetur sciens, & quantum ad hoc confessio dicitur discreta, secundum quod in actu omnis virtutis prudentia requiritur. Est autem hæc discretio, vt maiora cum maiore pudore confiteatur.

Secunda conditio est, quod sit eligens, quia actus virtutum debent esse voluntarij, & quantum ad hoc dicitur libens.

Tertia conditio est, quod propter debitum finem operetur: & quantum ad hoc dicit, quod sit pura, vt scilicet recta sit intentio.

Quarta conditio est, quod immobiliter operetur, & quantum ad hoc dicit, quod debet esse fortis, vt scilicet propter verecundiam non dimittat.

2. Est autem confessio actus pœnitentię virtutis, quæ quidem principium sumit in horrore turpitudinis peccati, & quantum ad hoc confessio debet esse veracunda, vt se nõ iactet de peccatis propter aliquam sæculi vanitatem admixtã. Secundò progreditur ad dolorem de peccato commisso, & quantum ad hoc debet esse lachrymabilis. Tertio in abiectione sui terminatur, & quantum ad hoc debet esse humilis, vt se miserum confiteatur, & infirmum. Sed ex propria ratione huiusmodi actus, qui est confessio, habet, quod sit manifesta, quæ quidem manifestatio per quatuor impeditur.

Primo per falsitatem, & quantum ad hoc dicit, fidelis, vera.

Secundò propter obscuritatem, & contra hoc dicit, quod sit nuda, vt non inuoluat obscuritatem verborum.

Tertio per verbum, multiplicationem, & contra hoc dicitur, quod sit simplex, vt non recitet in confessione, nisi, quæ ad quantitatem pertinent.

Quarto, quod non subtrahatur aliquid de his, quæ manifestanda sunt, & contra hoc dicit, quod sit integra. Secundum autem, quod confessio est pars Sacramenti, sic concernit iudicium Sacerdotis, qui est Minister Sacramenti, vnde oportet, quod sit accusans ex parte confitentis: parere parata per comparationem

*Confessio-
nis 16. con-
ditiones su-
as expli-
cata.*

nem ad Sacerdotum: secreta, quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conscientie agitur: sed de bene esse confessionis est, quod sit frequens, & quod sit accelerata, vt statim etiam confitetur: hucusque D. Tho. Sed fusius hæc conditiones explicandæ sunt.

PRIMA CONDITIO

est, vt Confessio sit SIMPLEX.

Simplex 2
sine admix-
tione histo-
riarum, &
aliorum impertinentium.

impertinentium.

Vel absq[ue]
artificio ve-
rborum.

Vel ut spe-
cificè propo-
natur pec-
cata.

QUÆ Conditiō secundum Ar- millam significat, vt fiat sine admixtione historiarum, & aliorum impertinentium.

At secundum Caletanum, sit simplex, id est, non composita, nempe, vt non artificiosè narrentur peccata, ita vt non ponderentur à Confessario, vel ita vt delectent suauitate vanæ eloquentiæ.

Secundum Nauasum, sit simplex, id est, sine plica, ita vt sic specificè proponantur ibi peccata, vt quod mortale, quod veniale sit, possit intelligi à Confessario.

2 Si quis verò scire cupit differentiā inter peccatum mortale, & veniale, consulat Doctores, præcipuè D. Thom. in 2. in quaest. 71. & ibi Caiet. Medicinam, & Vasquez, consulat quoq[ue] Gregorium de Valentia in 2. to. in disput. 6. Nauar. in Manuali in Præclud. 7. Sayrum in sua Clausi Regia, Syluestrum, Angelicam, Tabienam, omnes.

Vt autem nos etiam hic aliquæ dicamus, duo tantum explicabimus, vnum, quid sit peccatum, Alterum, quod duplex. Quoad primum placet definitio S. Augustini lib. 22. contra Faustum, cap. 27. *Peccatum, inquit, est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam.*

Quæ definitio non placet omnino Valentii in loco citato, ex eo, quia non conuenit peccato omissionis, quo aliquid à lege præscriptum negligitur, sed soli peccato commissionis, quo aliquid prauum

D. Thom.

Gabriel.

P. à Soto.

Tab. Nau.

Medina.

Sayr.

Propugna-

sur D. An-

gust. cõtra

v Valent.

fit contra legem. Sed nihilominus placet talis definitio D. Thomæ in 1. 2. q. 71. art. 6. Gabrieli in 2. dist. 35. q. vnica ar. 1. Petro Soto, Tabienæ, Nauar. Medicinæ, & alijs, præcipuè Sayro in sua Clausi Regia, lib. 2. c. 5. num. 4. vbi pro D. August. contra Valentiam ait, quod D. August. propterea posuit illa tria, *dictum, factum, concupitum*, vt doceret, homines hæ-

tribus præcipuè modis peccare: etenim non solum factu, sed etiam dictu, & concupiscentia citra factum, homines peccant, vt notum est. Et præterea prædicta definitio totam rationem peccati explicat, si quidem in actu humano, qui peccatum est, duo insunt, vnum, quod est quasi materiale, id quod expressit in illis verbis, *dictum, factum, vel concupitum.*

Alterum, quod est formale, id quod illis verbis exprimitur, *contra legem æternam*: Vnde quia continet vtrumque ideo summe genus peccati comprehendit, non solum, *commissionis*, sed etiam *omissionis*, & negligentia: etenim, vt rectè D. Tho. vbi supra annotauit, affirmatio, & negatio ad idem genus reducuntur, sicut in Diuinis genitum, & ingentum ad relationem, vt ait S. August. lib. 5. Doctr. & ideo pro eodem est accipiendum, *dictum, & non dictum, factum, & non factum*: qui enim non facit, quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quæ facere tenetur, iuxta ea, quæ docet D. Tho. vbi supra ad tertium, & hæc quantum ad definitionem peccati.

2 Quantum vero ad multipliciter peccati, licet possem hic ponere omnes illas diuisiones, quas Theologi, & Summistæ ponunt, nempe, quod peccatum aliud est originale, aliud actuale: & actuale, aliud mortale, aliud veniale: & hæc vel sunt omissionis, vel commissionis, vel ex malitia, vel ex fragilitate, vel cordis, vel oris, vel operis, vel quæ remittuntur in hac vita, vel quæ non, vt sunt peccata in Spiritum sanctum.

Nihilominus breuitati studens; tantum dico, quod duplex est peccatum mortale scilicet, & veniale. De quibus dicam id quod habet D. August. in suo Enchirid. cap. 78. *Quæ sine leuia, inquit, & quæ grauiora peccata, non habent, sed Diuino sunt pensanda iudicio.* Quibus verbis D. August. non significat D. August. non licere hominibus iudicare vllō modo, quæ sint leuia, & quæ grauiora peccata, nisi id manifestè constet ex Diuino iudicio; sed non posse quidem id certo, & infallibiliter iudicari ab hominibus, nisi id Diuino iudicio constet, cum id pendeat ex modo, quo Deus voluit magis, vel minus seue obligare ad aliquid, atque adeo prohibere peccata communia, quod sciri certo, nisi ex Diuina sententia nequit.

Peccatum duplex, mortale, & veniale.

Peccatum duplex, mortale, & veniale.

Peccatum duplex, mortale, & veniale.

Peccatum duplex, mortale, & veniale.

Peccatum duplex, mortale, & veniale.

Peccatum duplex, mortale, & veniale.

Nihilominus potest etiam iudicio humano probabiliter discerni inter peccata mortalia, & venialia, vbi id non certo constat ex iudicio Diuino, sicut etiam in multis rebus ex probabili sententia Doctorum magis, aut minus certa definire oportet, vtrum aliquid omnino sit peccatum, nec ne.

Igitur vt discernatur quando peccatum est mortale, & quando veniale, supponendum est in primis, & fatendum, venialia quod omnia peccata etiam venialia sunt contra legem, & licet D. Bonau. in 2. sent. dist. 42. & D. Tho. ibid. q. 1. art. 4. & 1. 2. q. 88. ar. 1. & con. gen. c. 39. & alii dicant, quod peccatum veniale non est contra legem, sed præter legem. Nihilominus vera Doctrina est, quod etiam venialia peccata sunt contra legem, alias verè peccata non essent, & præfati Doctores tantum volunt, ea non ita legi repugnare, vt repugnent fini legis, nempe charitati, & amicitie Diuinae, atque adeo impedimento sint, quo minus quis adipiscatur beatitudinem: vide Caietanum ad hoc explicantem. D. Tho. Ergo dum quis peccat, & Deum offendit, ita vt Deum quasi à se alienet, mortaliter peccare dicitur, quia scilicet huiusmodi peccatum priuat hominem gratia, & charitate, quæ est spiritualis vita anime, & principium operandi vtiliter, & efficaciter ad vitam æternam consequendam. Quando autem quis peccat, non tamen ita grauiter, vt Deum à se alienet, sed tamen ita vt communicationem charitatis mutuet, & expeditum, ac promptum amicitie vsum inter Deum, & hominem præpediat, venialiter peccare dicitur.

3 Amplius sciendum, quod tam mortale, quam veniale potest esse duplex, scilicet, vel ex suo genere, vel ex causa.

Peccatum mortale ex suo genere est, quod secundum se repugnat charitati, per quam homo ordinatur ad vltimum finem, quia vt docet D. Tho. in 1. 2. q. 18. art. 2. actus humani specificantur ex obiecto. Peccatum igitur illud, cuius obiectum est, vel contra charitatem, & dilectionem DEI, sicut blasphemiam, per iurium, & huiusmodi: aut contra dilectionem proximi, vt homicidium, adulterium, & similia, est mortale ex genere suo. Veniale autem ex genere suo est,

quod licet in se habeat quandam inordinationem, eius tamen obiectum non est contrarium dilectioni Dei, & proximi: vt verbum otiosum sine cuiusque detrimento; mendacium iocosum, siue offensiuum, quod nullum lædit, vt risus superfluus, aut aliæ operationes inutiles cuiuscumque sensus, vt sunt inutiles visiones, auditiones, & alia huiusmodi.

4 Præterea, quicquid est contra aliquod ex decem præceptis, regulariter est mortale, nisi vna ex tribus causis ipsum excusauerit.

Prima est defectus deliberationis, vt contingit in accidia, siue tardio circa spiritualia subito nos surripiente.

Secunda est paruitas, siue exiguitas rei in his, quæ sunt contra ipsa præcepta: huiusmodi est paruum, & exiguum furtum, iuxta S. Tho. 1. 2. q. 88. art. 5. & 6. & 2. 2. q. 3. art. 5. & q. 59. art. 4. D. Anton. 2. p. tit. 4. cap. 5. §. 7. & 8. Adrian. quodlib. 8. & alios.

Tertia est defectus iudicij sufficientis, qui contingit in semidormientibus, vel semiebrijs, vel adeo perturbatis, quod quamuis tale iudicium ad peccatum veniale sufficiat; tamen ad completam rationem mortalis non sufficit, iuxta Maiorem in 3. sent. dist. 37. q. 14.

5 Sed quia actus morales non solum recipiunt rationem boni, & mali ex obiecto, sed etiam ex aliqua dispositione agentis: ideo contingere potest, vt id, quod non est nisi veniale ex genere, ratione sui obiecti, sit mortale ex causa, seu ex parte agentis: & est contra, ex parte agentis contingere potest, quod aliquod peccatum, quod ex genere suo sit mortale, fiat veniale, vt docet D. Thom. vbi supra art. 2. 4. & 6.

6 De mortali autem quando fiat veniale, dictum est paulo antè, scilicet, quando non perfecte pertingit ad rationem actus moralis, cum non sit deliberatus, sed subitaneus: quando non procedit ex sufficienti iudicio, quales sunt illi actus, qui sunt à semidormientibus, vel ab eis, qui adeo turbati sunt, vt non aduertant, aut sciant quid faciunt, aut dicunt, vt quando quis subito ex passione in verba contumeliosa prorumpit, non aduertens eorum significationem: fecus si aduerteret, quod dicit.

Idem etiam est dicendum de paruitate

Peccata mortalia, venialia i quo differunt. D. Bonau. D. Thom. D. Thom. D. Thom. D. Thom.

D. Thom. D. Anton. Adrianus. Maior. D. Thom.

Peccatum mortale quod fiat veniale.

Nauarrus. *Medina.* *Valencia.* *Toletus.*
 tate materiz, quæ in omni genere excu-
 sat à mortali, Nauar. in Man. prælud. 9.
 num. 12. Medina 1. 2. q. 88. art. 2. Valent.
 tom. 2. disp. 6. q. 18. punct. 2. & 3. Tolet.
 tract. de pecc. mort. cap. 25.

Peccatum veniale quæ fiat mort.
 7. E. contra veni peccatum ex genere suo veniale effici potest ex causa mortale multis modis.

D. Thom. *D. Anton.* *Philicarcus.*
 Primò, si in eo constituitur vltimus finis, adeo vt quis paratus sit potius peccare mortaliter, si de hoc actu cogitur, quam id relinquere, sic S. Tho. vbi supr. D. Anton. par. 1. tit. 10. cap. 1. §. 2. Nau. in Man. vbi supra num. 18. Cosmus Philicarc. de officio Sacerd. par. 2. lib. 3. c. 1. Exemplum esse potest in illis verbis quotionis, quibus vti solent Parafiti, Bufones, & hi, qui assidue ludunt aleis &c. Ratio huius est, quia constituere vltimum finem in aliquo actu, est constituere illum tanquam Deum, vt si quis dicat, nolo aliam beatitudinem, nisi iocose mentiri, aut malo hoc mendacium iocosum proferre, quam Deum videre, quod est summa perversitas, iuxta sententiam S. August. lib. 83. q. 30. Id quod raro contingit.

S. August.
 Secundo euenire potest, quando id, quod est ex se veniale, intendatur, & ordinetur à peccante ad mortale, vt si quis proferret verba iocosa ludens cum muliere, intendens eam prouocare ad fornicationem, quamuis anim verba illa simpliciter dicta, de se essent peccatum veniale; tamen ratione finis sunt mortale, sic S. Thom. vbi supra, & ratio est, quia omnis actus, etiam de se bonus, ob finem mortalem, est peccatum mortale, actus enim à fine iudicatur: vt v. g. dicere vnum Pater noster, aut versiculum alicuius Psalmi, aut alias quasumque Oraciones, est actus Religionis; sed dicere huiusmodi cum aliqua superstitione, esset peccatum mortale.

Hic vero est notandum cum Philicarco vbi supra, quod licet veniale ex suo genere, fieri possit mortale, ratione mortalis intentionis; mortale tamen ex genere non fit veniale, ratione venialis intentionis, quia malum per bonam intentionem non efficitur bonum.

Tertio, si fiat contra conscientiam erroneam distantem id esse mortale, vel de eo dubitantem, vt v. g. dicere mendacium iocosum sine proximi offensio-

ne, esse de se veniale; qui autem hoc iudicando, crederet, aut dubitaret esse mortale, peccaret mortaliter propter conscientiam erroneam, quam habet; sic Nauarrus vbi supra, Philicarcus, Medina, & alij.

Quarto, quando aliquid fit in contemptum consilij Diuini, vel Regulæ, & legis, etiam non obligantis ad mortale, sic Nauarrus, Phil. Medina vbi supra, nam quamuis consilia Diuina non obligent ad obseruantiam eorum, nisi quis se ad illa obligauit; ea tamen spernere, & contemnere, peccatum mortale est.

Quinto, ratione scandali, sic Nauar. & Philicarc. vbi supra, vt v. g. si Presbyter faceret turpes fabulas, aut laruas demonum ante se permetteret, aut ipsemet duceret choreas, & proximi scandalizarentur; tunc omnia ista, licet de se peccata venialia essent; ratione tamen personarum, & propter scandalum, fierent mortalia.

8. Hoc tamen est summoperè animaduertendum, quod peccatum veniale magis idem numero in genere moris, non potest fieri pluribus venialibus inquam potest fieri vnum mortale, neq; omnia peccata venialia tantum de reatu habere possunt, quantum vnum mortale. Vide D. Tho. vbi supra, & ibi Caiet. & Med. Anton. quam efficitur vnum mortale. Ratio est, quia mortale tollit amicitiam Dei, veniale autem non mortali debetur poena infinita, veniale autem finit: mortale motum caritatem Diuinæ visionis, quæ est poena omnium grauissima, cui nulla poena venialis peccati comparari potest, vt ostendit S. Th. vbi supra ex Chrysost. hom. 47. ad populum Antioch. & hom. 24. in Math. & epist. 1. ad Theodorum.

9. Fugienda sunt nihilominus peccata venialia, quia ad mortale disponunt, vel per quandam consecutionem, quatenus facilior augente, & crescente dispositione, vel habitu per actus peccatorum venialium, in tantum etiam crescere potest libido peccandi, vt facile probatur etiam in eam malitiam, vt non curet violare, & transgredi etiam Preceptum Diuinum, aut humanum, & asumere, vt medium, peccatum mortale ad consequendam rem, cuius amor erat

Nauarrus. *Philicarcus.* *Medina.*

Peccatum veniale vt non fit nunquam potest fieri mortale. *Peccata venialia non tantum de reatu habere possunt, quantum vnum mortale.* *D. Thom.* *Caiet. Med.* *Ant. Alf.*

D. Thom. *D. Chryf.*

Venialia peccata fugienda.

solum culpa venialis. Vel quis facile contingere solet, ut qui peccando venialiter transgreditur ordinem rationis in rebus minimis, paulatim hac assuefactione mala decidat in maiora, nolens sequi ordinem rationis in rebus maioris momenti, iuxta illud Ecclesiast. XVIIII.

Isaies. 18.

Qui spernit minima paulatim desinit. Qui enim assuefactus est verba otiosa proferre, facile incidit in verba perniciosa. Præterea fugienda sunt peccata venialia, quia impediunt seruosam charitatis. Et denique quia tales scilicet peccantes, maxime ex affectu, super oram Inferni perambulantes, si paulum mutauerint, cito prolapsuri, ut dicit Henricus Harphius.

Harphius.

Ex dictis facile poterit poenitens proponere sua peccata coram Confessario, cum distinctione, ut scilicet peccatum mortale pro mortali, peccatum veniale pro tali.

SECUNDA CONDITIO

est, ut Confessio sit HUMILIS.

Humilis, & recognoscens, do se miserecatorem peccatorum peccatorum.

HÆC Condicio secundum Ca-
nietanum vult, ut poenitens dum
do se miserecatorem peccatorum
ad subiectionem, & accusationem pec-
catorum coram Sacerdote humiliter fa-
cienda flexis genibus, verbis humilibus,
non se iactando; nam secundum Sorum,
qui inter confitendum sic narraret pec-
catum. Accuso me occidisse (sicut in-
genuato decem) meum inimicum, quia
non potui, neque debui aliter facere,
quia gravi iniuria me affecerat, vel quia
meum occiderat Patrem, non est absol-
uendus: talisenim confessio magis iac-
tantia est, & peccati defensio, quam
confessio, quæ est humilis accusatio pec-
cati.

Confessio. 2. Dixi (facienda flexis genibus) quod
debet fieri regulariter semper observari debet, si
flexis geni- cut & extendere manus super illum,
bus. quando ei beneficium absolutionis im-
pendit: nam aliquando & utrumq; po-
test, & debet dimiti.

*Confessio pot. fieri aliquibri laborer, & tunc etiam cubans poe-
rit confiteri: similiter potest accidere, ut
etiam deambulando quis licite poterit,
vel confiteri, vel saltem se præsecraro*

pro reseruat, scilicet, quando quis tall-
ter confiteretur, ut nihilominus circum-
stantes, qui eum obseruant, id amad-
uertere non possint, nam alioqui suspe-
ctus haberetur, nempe quod cum tali
confessus sit peccata grauia: quod ma-
ximè locum habet: quando quis confi-
teretur casus reseruatos, de quibus est sus-
picio apud reliquos, qui si viderint ip-
sum flexis genibus prouolutum, & ali-
cui dicentem sua peccata, facile confir-
marentur in opinione, scilicet, quod tal-
is haberet casus reseruatos, maxime il-
los, de quibus apud ipsos est infamatus.

4 Idem cenleo dicendum de manuum *In Confes-
sione manu*
impositione à Sacerdote facienda, quan-
do dat absolutionem, quæ cum non sit *um impossi-
do dar absolutionem, quæ cum non sit*
de substantia absolutionis, imò neq; *de tio super ea*
necessitate præcepti, debet aliquando di-
mitti, & Nauar. in cap. 1. de poenit. dist. 6. *necess.*
num. 29. tenet, quod aliquando malum
est id facere, & consulto debet dimitti,
veluti cum poenitens est Foemina molli
pulchritudine, & molliter ornata.

Quod idem dicendum cenleo, quando *Aliqñ erit
poenitens est iuuenis imberbis, & valde
formosus. consulto dno
omitti.*

Solum in vno casu potest esse necessa-
rium, ut Sacerdos manum suam super poe-
nitentem extendar, videtur, quando
adsunt circumstantes, & Sacerdos ratio-
nabili de causa denegat absolutionem
poenitenti, & ex eo, quia non extende-
ret manum super illum, adstantes pos-
sunt suspicari, quod propter aliquod gra-
ue peccatum poenitens non esset absolu-
tus, tunc enim debet manus extendere,
& dicere poenitenti, quod propter cir-
cumstantes ipse extendit manus, ne de
illo scandalizetur, sed quod nihilomi-
nus non dat ei absolutionem, sed dicit
aliquam aliam Orationem sine absolu-
tione, ut ita non recedat confusus.

Quo remedio si vltus fuisset quidam
Confessarius, non dedisset occasionem
magni tumultus? in quadam Illustris,
Ciuitate, in qua inter cæteros casus Præ-
latus reseruauerat sibi adulterium: &
confanguinei cuiusdam Nobilis Mulie-
ris aliquid huiusmodi de ea suspectantes
ut se certificarent, ipsam ad Ecclesiam
associerunt pro confessione facienda, &
adstantes obseruabant, an Confessarius
extenderet manus pro absolutione: quod
cum non fecisset Confessarius, cognouit

runt, illam Mulierem peccatam adu-
 rij commisisse, siquidem à Confessario
 inabsoluta recedebat, & tumultuasi-
 tum contra eam, tum etiam contra adu-
 terum, de quo suspicionem habebant.
 Melius ergo fecisset ille Confessarius, si
 remedio supradicto usus fuisset.

*Laudabile
 est imponere
 manus
 quando da-
 tur absolu-
 tio.
 Manu im-
 positio, quod
 est signifi-
 ficat.*

1 Sed ordinariè loquendo, rectè insti-
 tutum est, vt quando beneficium abso-
 lutionis impenditur, manus Sacerdotis
 super caput penitentis extendatur, nam
 Primò est signum solutionis animæ à
 peccato, quando enim quis ligatus est,
 manus admouetur ab aliquo, vt eum
 soluat.

Secundò, quia datur intelligi, quòd
 super caput penitentis, veluti super po-
 tiorè corporis partem effundatur me-
 ritum Christi, quod per Sacramentum
 Pœnitentiæ ei impertitur, Sacramenta
 enim sunt vasa gratiæ, vt apud omnes
 Theologos est inconfesso in 4. sent.

Hinc Sacerdos dum dat absolutionem,
 intrè cætera dicit, *Passio Domini Nostri
 Iesu Christi, & merita B. Maria Virg. &c.*
 sint tibi in remissionem omnium pecca-
 torum tuorum.

Tertiò, vt per talem actionem exter-
 nam insinuet, quòd anima illius pœni-
 tentis lauatur, & dealbatur à Sanguine
 Christi, iuxta illud Apocalypsis:
Lauit nos à peccatis nostris in Sanguine suo:
 vnde Sacerdos dum extendit manus, si-
 gnat, quòd veluti effundat, & aspergat
 sanguinem super pœnitentem, & pro-
 pterea facit super eum signum Crucis,
 dicens: *Ego te absoluo ab omnibus peccatis
 tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus
 Sancti. Amen.*

TERTIA CONDITIO

Confessionis est, vt sit PVRA.

*Sot. Arm.
 Pura: non
 mixta im-
 pertinens-
 bus, vel bo-
 na intèrio-
 ne facta.*

1 **S**otus, & Armilla dicunt, quòd
 per talem còditionem mutatur,
 quòd confessio debet fieri bona inten-
 tionè ad Deum cum spe veniæ, vt Eccle-
 siæ pareat pœnitens, vt Deum placare
 possit, non propter vitandam solam pœ-
 nam, aut infamiam.

2 Hinc malè faciunt illi, qui raro con-
 fitentur, & nõ nisi stimulis Superiorum,
 & peius faciunt illi, qui ad pedes Con-
 fessarij nunquam accedunt, si semel in

anno, & cum monitorijs, Natarrus, &
 Caietanus dicunt, quòd confessio debet
 esse PVRA, id est, non mixta imperti-
 nentibus, & historijs superfluis, & peius
 faciunt illi, qui semper recitant eandem
 historiam, & non declinant, neq; ad dex-
 teram, neque ad sinistram, ita vt si mil-
 lies in die confiterentur, semper eadem
 verba recitarent: ex quo puenit vt quia
 non cõfiterentur cum debito modo, absq;
 fructu recedant, nec in eis aliqua emen-
 datio cernitur, quia in confessione non
 dicunt purè peccata, prout ab ipsis pa-
 trata sunt, sed quando semel didicerunt
 quandam formulam confitendi, vel in
 libris Impressam pro instructione, vel
 ab ipsismet inuentam, semper eandem
 recitant sine vlla vera contritione.

*Natarrus.
 Caietanus.*

3 Vel PVRA debet esse confessio, vt
 scilicet pœnitens purè, & per se ipsum
 peccata sua explicet, si scit, & potest.

Vnde Nauar. in Manuali, cap. 10. ait.
 Si pœnitens non incipiet statim confi-
 teri, Confessarius ipsum moneat, vt om-
 nia peccata sua, quorum memoriam ha-
 bet, & de quibus ipsum magis remorder
 conscientia, quæque sibi in extremis con-
 stituto à dæmone obijci coram Cœlesti
 Iudice maximo teneret, statim exponat:
 & eo magis si habet aliquod mortale pec-
 catum, nam tunc illud est primò confi-
 tendum, deinde venialia.

Nauar. in Manuali.

Cuius ratio firma est, quia peccatum
 mortale est necessaria materia confessio-
 nis, vt potè quòd necessario debet confi-
 teri: veniale vero minime: & si pœnitens
 per seipsum peccata sua recenset, Con-
 fessarius pariatur ipsum pro sua volun-
 tate exponere, quæ meminit, ac confiteri
 statuit, quantumcumq; rudi, crassaque
 Minerva, & sine ordine ea exponat, quia
 eo tempore quasi parturiens laborat, vnde
 agendum est cum illo, sicut cum Fœ-
 mina parturiente agi solet, cum qua ni-
 hil attentatur quòd vel turberetur, vel im-
 pediri possit partus.

*Peccatum
 mortale est
 necessaria
 materia
 confessio-
 nis, vt potè
 quòd neces-
 sario debet
 confiteri:
 veniale vero
 minime: &
 si pœnitens
 per seipsum
 peccata sua
 recenset, Con-
 fessarius pa-
 riatur ipsum
 pro sua volun-
 tate exponere,
 quæ meminit,
 ac confiteri
 statuit, quan-
 tumcumq; rudi,
 crassaque
 Minerva, &
 sine ordine ea
 exponat, quia
 eo tempore
 quasi parturi-
 ens laborat, vnde
 agendum est
 cum illo, sicut
 cum Fœmina
 parturiente
 agi solet, cum
 qua nihil
 attentatur
 quòd vel
 turberetur,
 vel impediri
 possit partus.*

Si vero pœnitens nesciat per seipsum
 peccata sua explicare, Confessarius de-
 bet ipsum adiuuare, in memoriam ei re-
 uocando ea peccata, quæ iuxta qualita-
 tem sui status potuit cõmittere, vt puta,
 si est Religiosus, discurret per tria vota,
 & per obseruantiam suæ Regulæ.

*Confessa-
 rius in pœ-
 nitentem se-
 gerat, sicut
 obstetrici cõ-
 siliu, si minima
 parturiente.*

Si est persona spiritualis, & qui con-
 fessionem frequenter, discurret per ea,
 quæ

quæ pertinent ad Deum, ad proximum, & ad seipsum. Si est secularis ordinarius, discurrat per decem Præcepta; per septem peccata mortalia, &c. de quibus omnibus poterit videre Nauar. in Man. Et si Confessarius videat suum poenitentem velle aliquod peccatum occultare, vel probabiliter credit, ipsum obliuisci illorum, aut mortalia existimare non esse, quæ sunt: tum ait Nauar. debet prudenter eundem ad peccata sua dicenda pertrahere.

Denique quia Diabolus totis viribus procurat, vt peccator in confessione mutus euadat; Confessarius debet sic se genere interrogationibus, & exhortationibus, quin & orationibus, vt poenitens os aperiat, & sua peccata propalet. Dixi supra, si poenitens potest, propter infirmos graues, cum quibus Confessarius se genere debet eo modo, quo potest.

4 Ponderanda sunt etiam ea, quæ habet Nauar. & Caiet. in explicatione eius conditionis, scilicet, vt confessio sit pura, id est, non mixta impertinentibus: quod etiam ipsis Confessarijs aliquando videtur dictum; sunt enim aliqui adeo curiosi, vt postquam peccata audierint, velint etiam scire omnia, quæ sunt domi, interrogando de multis, quæ non pertinent ad confessionem, magnam partem temporis terendo: & multoties cum talibus interrogationibus, & discursibus poenitentes amittunt illam deuotionem, & compunctionem, quam in confessione habuerunt, in graue damnum, & præiudicium animarum ipsorum.

Vndè talibus Confessarijs merito dicendum est potest id, quod dixit Christus Dominus Apostolis, postquam Lazarum à mortuis resuscitauit: *Soluite eum, & sinite abire.* Ita pariter dicendum videtur talibus Confessarijs, *Soluite poenitentem, impendèdo ei beneficium absolutionis, & sinite abire,* absq; eo, quod de multis impertinentibus interrogetis.

QVARTA CONDITIO
Confessionis est, vt sit FIDELIS.

Fidelis: aliena à me dacio: & vt verè professus peccata

POEINITENS ad pedes Confessarij prouolurus deberi iuxta prædictam conditionem facere Confessionem fidelem, id est, iuxta Sotum, vt

verè profertur peccatum eo modo, quo est in corde, & hoc est de necessitate. At secundum Caietanum, confessio sit FIDELIS, id est, verax, aliena scilicet à mendacio, sic etiam Nauarrus.

Hic vero dubitatur: An scilicet liceat mentiri in confessione? Ad quod respondent omnes negatiuè. Sed audiamus Nauarrum id bene explicantem in Manuali cap. 21. num. 37. *Quinque (ait) peccat mortaliter, qui mentitur in confessione affirmando, vel negando aliquod mortale, nisi affirmaret abique animo Sacerdotem decipiendi, putans se non posse nimis sanctè accusare, vt diximus in cap. fratres, num. 37.*

Dixi (mortale) quia si solum affirmaret, vel negaret falsè tantum veniale, non peccaret mortaliter, siuè proposuisset illud confiteri, siuè non, quidquid dicat Caiet. 2. 2. q. 69. art. 1. sic Nauar. & rectè quidem, nam mendacium semper est peccatum cap. 1. 22. q. 2. cap. super eod. de v. sur. Sed in confessione dictum, grauius est: imò non desant, qui dicant ipsum semper esse mortale: pro quibus facit quod D. Tho. ait in 2. 2. q. 69. art. 1. omne mendacium in iudicio dictum, esse peccatum mortale. Facit quod Palud. in 4. dist. 21. q. 2. art. 1. ait, siuè causa humilitatis, siuè hypocrisis deliberata in confessionis iudicio mentiri, irreuerentiam quandam esse Sacramenti: & ita videtur mortale, & Caiet. ait vbi supra, confidentem quidem abstinere posse à confitendo veniali: at si confiteatur, & mentiatur, mortaliter peccare, quoniam sicut vis Iuramenti mendacium ex se veniale facit mortale, ita vis, & calor iudicij, de veniali efficit mortale.

3 Sed distinctione opus est, nam si peccatum veniale erat in proposito, vt confiteretur, tunc, quia cum tali proposito poenitens fecit eum iustam materiam Confessionis, & propterea tenetur id, quod dicit super eam efficere verum, & si mentitur, peccat mortaliter. Si vero veniale peccatum non erat in proposito confiteri, vel si proposuit, & illud propositum renouauit: tunc dicere mendacium de tali peccato veniali non est mortale. Vide Nauar. in cap. fratres, nu. 16. 17. & 18. & infra in num. 17. limitans opinionem Caietani, ait, illam esse veram, quando poenitens nullum peccatum

Caietanus.

Nauarrus.

Dubium.

Respon.

Non licet

mentiri in

confes.

Peccat mor

taliter quis

mentiendo

de peccato

mor. in con

fessione.

Caietanus.

Nauarrus.

D. Thom.

Paludanus

Quando

mentiens de

veniali in

confes. pec

cat mort.

Nauarrus.

runt, illam Mulierem peccatam adulterij commississe, siquidem à Confessario inabsoluta recedebat, & tumultuati sunt, tum contra eam, tum etiam contra adulterum, de quo suspicionem habebant. Melius ergo fecisset ille Confessarius, si remeum supradicto vsus fuisset.

anno, & cum monitorijs, Nauarrus, & Caietanus dicunt, quod confessio debet esse PVRA, id est, non mixta impertinentibus, & historijs superfluis, & peius faciunt illi, qui semper recitant eandem historiam, & non declinant, neq; ad dexteram, neque ad sinistram, ita vt si milites in die confiterentur, semper eadem verba recitarent: ex quo veniunt vt quia non confitentur cum debito modo, absq; fructu recedant, nec in eis aliqua emendatio cernitur, quia in confessione non dicunt purè peccata, prout ab ipsis parata sunt, sed quando semel didicerunt quandam formulam confitendi, vel in libris Impressam pro instructione, vel ab ipsismet inuentam, semper eandem recitant sine vlla vera contritione.

*Nauarrus.
Caietanus.*

Laudabile est imponere manus quando datur absolutio. Manu impositio, quod sum significat.

1 Sed ordinariè loquendo, rectè institutum est, vt quando beneficium absolutionis impenditur, manus Sacerdotis super caput penitentis extendatur, nam Primò est signum solutionis animæ à peccato, quando enim quis ligatus est, manus admouetur ab aliquo, vt eum soluat.

Secundò, quia datur intelligi, quòd super caput penitentis, veluti super posteriorè corporis partem effundatur meritum Christi, quod per Sacramentum Pœnitentiæ ei impertitur, Sacramenta enim sunt vasa gratiæ, vt apud omnes Theologos est inconfesso in 4. sent.

Hinc Sacerdos dum dat absolutionem, inter cætera dicit, *Passio Domini Nostri Iesu Christi, & merita B. Mariæ Virg. &c.* sint tibi in remissionem omnium peccatorum tuorum.

Tertiò, vt per talem actionem externam insinuet, quod anima illius penitentis lauetur, & dealbatur à Sanguine Christi, iuxta illud Apocalypsis: *Lauit nos à peccatis nostris in Sanguine suo:* vnde Sacerdos dum extendit manus, signat, quod veluti effundat, & aspergat sanguinem super penitentem, & propterea facit super eum signum Crucis, dicens: *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

3 Vel PVRA debet esse confessio, vt scilicet penitens purè, & per se ipsum peccata sua explicet, si scit, & potest.

Vnde Nauar. in Manuali, cap. 10. ait: Si penitens non incipiet statim confiteri, Confessarius ipsum moneat, vt omnia peccata sua, quorum memoriam habet, & de quibus ipsum magis remorder conscientia, quæque sibi in extremis constituto à dæmone obijci coram Cœlesti Iudice maximo tenet, statim exponat: & eo magis si habet aliquod mortale peccatum, nam tunc illud est primo confitendum, deinde venialia.

Nauarrus.

Cuius ratio firma est, quia peccatum mortale est necessaria materia confessio nis, vt potè quod necessario debet confiteri: veniale vero minime: & si penitens per seipsum peccata sua recenscat, Confessarius patiatur ipsum pro sua voluntate exponere, quæ meminit, ac confiteri statuit, quantumcumq; rudi, crassaque Minerua, & sine ordine ea exponat, quia eo tempore quasi parturiens laborat; vnde agendum est cum illo, sicut cum Femina parturiente agi solet, cum qua nihil attenuatur quod vel turberur, vel impediri possit partus.

Peccatum mortale est necess. materia confessio nis.

TERTIA CONDITIO

Confessionis est, vt sit PVRA.

Sot. Arm. Pura: non mixta impertinentibus, vel bona intentione.

1 **S**otus, & Armilla dicunt, quod per talem conditionem inuenitur, quod confessio debet fieri bona intentione ad Deum cum spe veniæ, vt Ecclesiæ pareat penitens, vt Deum placare possit, non propter vitandam solam penam, aut infamiam.

2 Hinc malè faciunt illi, qui raro confitentur, & nõ nisi stimulis Superiorum, & peius faciunt illi, qui ad pedes Confessarij nunquam accedunt, si semel in

Si vero penitens nesciat per seipsum peccata sua explicare; Confessarius debet ipsum adiuuare, in memoriam ei reuocando ea peccata, quæ iuxta qualitatem sui status potuit committere, vt puta, si est Religiosus, discurret per tria vota, & per obseruantiam suæ Regulæ.

Confessarius in penitentem se gerat, sicut obsterix cuius minima parituruse.

Si est persona spiritualis, & qui confessionem frequentat, discurret per ea, quæ

quæ pertinent ad Deum, ad proximum, & ad seipsum. Si est secularis ordinarius, discurret per decem præcepta; per septem peccata mortalia, &c. de quibus omnibus poterit videre Nauar. in Man. Et si Confessarius videat suum poenitentem velle aliquid peccatum occultare, vel probabiliter credit, ipsum obliuisci illorum, aut mortalia existimare non esse, quæ sunt: tum ait Nauar. debet prudenter eundem ad peccata sua dicenda pertrahere.

Denique quia Diabolus totis viribus procurat, ut Confessarius in confessione minus euadat, Confessarius debet sic se gerere interrogationibus, & exhortationibus, quin & orationibus, ut poenitens os aperiat, & sua peccata propaleat. Dixi supra, si poenitens potest, propter infirmos graues, cum quibus Confessarius se gerere debet eo modo, quo potest.

4 Ponderanda sunt etiam ea, quæ habet Nauar. & Caiet. in explicatione eius conditionis, scilicet, in confessione sit pura, id est, non mixta impertinentibus: quod etiam ipsis Confessarijs aliquando videtur dictum; sunt enim aliqui adeo curiosi, ut postquam peccata audierint, velint etiam scire omnia, quæ sunt domi, interrogando de multis, quæ non pertinent ad confessionem, magnam partem temporis terendo: & multoties cum talibus interrogationibus, & discursibus poenitentes amittunt illam deuotionem, & compunctionem, quam in confessione habuerunt, in graue damnum, & præiudicium animarum ipsorum.

Vnde talibus Confessarijs merito dicitur ei potest id, quod dixit Lazarus Dominus Apostolis, postquam Lazarum à mortuis resuscitauit: *Soluite eum, & sinite abire.* Ita pariter dicendum videtur talibus Confessarijs, *Soluite poenitentem, impendendo ei beneficium absolutionis, & sinite abire,* absq; eo, quod de multis impertinentibus interrogetis.

QUARTA CONDITIO

Confessionis est, ut sit FIDELIS.

*Fidelis: aliena à me
dicio: & ut
verè profes-
sus peccata*

POE NITENS ad pedes Confessarij prouolurus debet iuxta prædictam conditionem facere Confessionem fidelem, id est, iuxta Sotum, ut

verè profertur peccatum eo modo, quo est in corde, & hoc est de necessitate. At secundum Caietanum, confessio sit FIDELIS, id est, verax, aliena scilicet à mendacio, sic etiam Nauarrus.

Hic vero dubitatur: An scilicet liceat mentiri in confessione? Ad quod respondent omnes negatiue. Sed audiamus Nauarrum id bene explicantem in Manuali cap. 21. num. 37.

2. Quinque (ait) peccat mortaliter, qui mentitur in confessione affirmando, vel negando aliquid mortale, nisi affirmaret abique animo Sacerdotem decipiendi, putans se non posse nimis sanctè accusare, ut diximus in cap. fratres, num. 37.

Dixi (mortale) quia si solum affirmaret, vel negaret falsè tantum veniale, non peccaret mortaliter, siue proposuisset illud confiteri, siue non, quidquid dicit Caiet. 2. 2. q. 69. art. 1. sic Nauar. & rectè quidem, nam mendacium semper est peccatum cap. 1. 2. q. 2. cap. super eod. de vsur. Sed in confessione dictum, grauius est: imò non desunt, qui dicant ipsum semper esse mortale: pro quibus facit quod D. Tho. ait in 2. 2. q. 69. art. 1. omne mendacium in iudicio dictum, esse peccatum mortale. Facit quod Palud. in 4. dist. 21. q. 2. art. 1. ait, siue causa humilitatis, siue hypocrisis deliberatè in confessionis iudicio mentiri, irreuerentiam quandam esse Sacramenti: & ita videtur mortale, & Caiet. ait vbi supra, confitentem quidem abstineri posse à confitendo veniale: at si confiteatur, & mentiatur, mortaliter peccare, quoniam sicut vis Iuramenti mendacium ex se veniale facit mortale, ita vis, & calor iudicij, de veniale efficit mortale.

3 Sed distinctio opus est, nam si peccatum veniale erat in proposito, ut confiteretur, tunc, quia cum tali proposito poenitens fecit eum iustam materiam Confessionis, & propterea tenetur id, quod dicit super eam efficere verum, & si mentitur, peccat mortaliter. Si vero veniale peccatum non erat in proposito confiteri, vel si proposuit, & illud propositum reuocauit: tunc dicere mendacium de tali peccato veniali non est mortale. Vide Nauar. in cap. fratres, nu. 16. 17. & 18. & infra in num. 27. limitans opinionem Caietani, ait, illam esse veram, quando poenitens nullum peccatum

Caietanus.

Nauarrus.

Dubium.

Respon.

Non licet

mentiri in

confes.

Peccat mor

saliter quis

mentiendo

de peccato

mor. in con

fessione.

Caietanus.

Nauarrus.

D. Thom.

Paludanus

Quando

mentiens de

veniali in

confes. pec

cat mort.

Nauarrus.

quod veniale, vel mortale haberet, quod confiteri oportet, neque confiteretur vltimum, quod verè peccasset: sed aliquod veniale, quod non peccasset, confitendo mentiretur. Is enim hoc faciendo, capitaliter peccaret: non quia mentiretur, sed quia non esset Sacramenti materia, pro illa substitueret, & velut propinaret.

Magna irreuerentia, fieri videtur tanto Sacramento, facere, vt illius forma incassum super eam, quæ non sit apta, materiam proferatur: & omnem legium est, irreuerentiam non solum Sacramento- rum, sed omnium Sacrorum, quod Sacramenti in legium est, capitalem oportet iudicari, per ea, quæ vt D. Thom. scribit in 2. 2. q. 99. art. 1. e. & 3. & ibi Caiet.

D. Thom. 4 Sed quid agendum, cum Confessarius videt poenitentem tacere aliquod peccatum, quod certum sit ab ipso esse commissum, qui nihilominus de eo necessario interrogatus negat illud commississe?

Resp. Respondeo ad hoc cum Suarez 10. 4. disp. 32. sect. 3. quod cum in foro poenitentiae credendum sit poenitenti, tam pro se, quam contra se loquentis (nec enim in eo alius testis admittitur) regulariter standum est ipsius confessioni: ideoque si alterius tantum relatione Confessarius sciat peccatum poenitentis, debet in dubio magis huic credere, quam illi.

Confessarius certo sciens poenitentem commisisse peccatum aliquod mortale de quo non confiteatur, quid agere debeas.

Si vero Confessarius certus sit, commissum esse à poenitente peccatum, vt quia suis oculis vidit: si potest probabiliter existi mare, quod ille sit iam de eo confessus, potest dissimulare, credendo, propterea tacere, quod iam conscientia suæ satisfecerit. Quod si Confessarius euidenter cognoscat, poenitentem mentiri, ipsum non absoluat, sed dimittat, tanquam nolentem integrè confiteri de omnibus mortalibus, & ideo ponentem obicem Sacramentali absolutioni, vt potè ad validitatem requirenti eiusmodi integritatem, quicquid ipse poenitens dicat, quia committeretur aliqui mortale peccatum Sacrilegij contra reuerentiam debitam Sacramento à

CHRISTO Instituro.

QVINTA CONDITIO

est, vt sit FREQUENS.

Frequenter peccant homines, & ideo frequenter debent recurrere ad confessionem, sicut qui frequenter agrotant, frequenter, etiam Medicum accersunt: & qui frequenter cadit, frequenter quoque surgit. Hinc benedicit Caietanus, quod frequens confessio est Medicina valde conseruatiua hominis in timore Dei: quare licet in Iure Ecclesiastico non inueniatur præceptum de maiori frequentia, quam de semel in anno, vt in cap. Omnis vtiusq; sexus de poenit. & remis.

Nihilominus salubre consilium videtur illud, quod tradit Med. in sua Sum. consilii, vt & sic videtur esse vsu receptum apud aliquos pios Confessarios, nempe quod si Confessarius viderit expedire poenitentiam, vt confiteatur quatuor Festis præcipuis D. Nostræ Conceptionis, Natiuitatis, Annunciationis, & Assumptionis.

Quod si quis obiecerit, qui fieri possit, vt ipsum Poenitentiae Sacramentum iniungatur in satisfactionem?

Respondendum est illi, inquit Medina, quod hic non indicitur in poenitentiam tale Sacramentum, eo quod minus, aut magis principale sit, sed quatenus Medicina potissima est, conducens valde ad remedium perditissimarum Animarum.

2 Hinc laudabilis est mos Religiosorum, qui hoc frequentant semel in Mense: & à fortiori, laudabiliores sunt illi, qui semel in hebdomada hoc faciunt, quia sic non solum curant infirmitates, & plagas, verum & Medicinam salutarem habent pro conseruatione in sanitate spiritali animarum suarum. Nauarrus in cap. fratres de poenit. dist. 5. num. 19. dat alterum modum intelligendi hanc frequentiam confessionis, nempe, vt eadem peccata pluries, quam semel confiteantur, & secundum hunc intelligendi modum continet consilium, sicut & prior modus positus, iuxta illud D. Augustini: (*Quanto pluribus confitearur turpitudinem criminis, tanto facilius inueniet*

immo: et gratiam remissionis:) nam quamuis per primam confessionem, & contritionem peccatorum, peccata illa quoad culpam condonata sint; poena tamen, & satisfactio temporalis pro illis subeunda, in quam poena aeterna commutata fuit, minuitur, tum propter verecundiam, quam confitens patitur, tum propter absolutionem Sacramentalem, per quam non solum augetur gratia, sed etiam minuitur poena in Purgatorio sustinenda.

Dubium.

Dubitat hic, an quis postquam mortiferè peccauit, teneatur statim confiteri, an verò sufficiat quod solum tempore suo semel in anno confiteatur?

Resp.

Confiteri teneatur homo statim post peccatum in 5. casibus. D. Thom. Med. Nau. Quando est probabilis periculo mor.

Respondeo, quod in quinque casibus tantum tenetur peccator confiteri statim post patratum peccatum mortale, vt dicunt D. Tho. communiter receptus in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. Medina de confes. quæst. 13. & 14. & annotauit Nauar. in Man. cap. 2. num. 9.

1. Primus Casus est, quando peccator est in periculo mortis probabili, siue rationabili, siue ratione tempestatis, partus periculosissimi, saltem quoad Mulierem, quæ nunquam peperit, vel difficiles partus experta est, vt videri potest per Panorm. in cap. Pastor. S. 1. de offic. ordin. & ratio est, quia cum Iure Diuino teneantur peccatores confiteri, si veniam peccatorum à Deo consequi volunt, & finaliter saluari: qui igitur in articulo mortis constitutus, habens Sacerdotis copiam confiteri non vult: dignus est, qui in peccatis sine remissione decedat.

Indè est, quod in cap. cum infirmitas, de poenit. & remis. iubetur Medicis, vt in primis faciant ægrotantem confiteri: & huius gratia cogitantur, vt quilibet Sacerdos, etiam simplex possit absoluer eos, quia in huiusmodi periculis sunt constituti.

Cui primò casui addi potest alius, si quis scilicet cibum aliquem, aut Medicinam lumere compellitur, vnde verissimiliter, & probabiliter timetur, quod in perpetuam, seu diurnam incidat demeritiam, vel si quis exponi debet, vt lapillus de parte anteriori erudendus, sit cum incisione, ac probabiliter timet se mori: tunc Iure Diuino tenetur se confiteri.

Praxis.

Quod consilium dedi cuidam Patri

Nostræ Religionis, qui in Ciuitate Neapoli ex tali lapillo mortis doloribus torquebatur, & ad incisionem subeundam se præparabat; consului, inquam, vt confiteretur prius, & Sacram Synaxim sumeret, ac faceret omnia, quæ ad præparationem mortis erant: acquieuit ille, & omnia perfecit: nec in casum, nam statim, ac facta fuit incisio, & extractus lapillus; mortuus est. Qui ergo in tali, vel in simili periculo reperitur, debet prius confiteri, alioquin exponit se periculo decedendi sine Confessione, cui periculo secundum Medinam obuiare tenetur.

2. Secundus Casus est, quando peccator ad præsens copiam habet Sacerdotis, & verissimiliter timet, quod postea tempore debito hanc non habebit: sic opportunè confitendi; tunc si peccatis mortalibus adstringitur, tenetur ea confiteri, non ex peccato tempore à Iure determinato. Ratio huius est etiam clara, quia qui habita huiusmodi opportunitate negligit confiteri, exponit se periculo omittendi, quod suo tempore debet facere. Quare, qui verissimiliter timet, se non habiturum tempore debito opportunitatem, quam ad præsens habet, præuenire tenetur. argum. cap. licet de ferijs. Ioannes autem Maior in 4. dist. 17. q. 2. quem sequitur Medina vbi supra, huic secundo Casui alium addit, scilicet, si peccator verissimiliter timeat, quod Confessionem vsque ad Quadragesimam differens, alicuius, seu aliquorum mortalium peccatorum non recordabitur. Nam cum peccator teneatur sollicitè curare, vt integrè confiteatur, & integram suorum peccatorum absolutionem à Sacerdote recipere: qui in huiusmodi casu, quando potest, negligit confiteri, exponit se periculo confessionem dimittendi. Quod quidem dictum licet sit vtile, non tamen necessarium putamus. Tum quia nulla lege ad id obligamur, & sine lege non est statuenda obligatio, cap. consuluit. 2. q. 5. Tum quia ferè omnes in anni decursu toties peccant, vt verissimiliter credere debeant in Quadragesima non posse omnium recordari, & sic esset omnes damnare. Tum etiam quia per Concilium Trid. Sess. XIV. Cap. V. obligamur ad confitendum peccata, quorum mediocri ad-

2. Quando non potest haberi sic peccatis mortalibus adstringitur, tenetur ea confiteri, non ex peccato tempore à Iure determinato.

Maior.

Nauarrus. hibita diligentia meminerimus, vt bene annotauit Nauarr. in suo Man. cap. 21. num. 35.

3. *Quando conscientia dicitur, ut sit rite confessentur.* Tertius Casus est, quando conscientia dicitur, peccatorem ad confessionem teneri, argum. cap. fin. de prescript. Qui enim habet conscientiam, qua putat, vel dubitat, quod teneatur hodie confiteri, alioquin ageret contra conscientiam, & ad gehennam ædificaret, quia vt D. Tho. docet, conscientia obligat ad mortale per accidens. vide Glos. super illud D. Pauli ad Roman. XI V. (*Omne quod non est ex Fide, peccatum est.*) Vel si conscientia erronea est, tenetur eam deponere, argum. cap. Inquisit. de sent. excomm.

Rom. 14.

4. *Quando suscipienda est Eucharistia.*

7 Quartus Casus est, vbi Sacra suscipienda est Eucharistia: communis .n. tenet opinio (quicquid aliqui alij dicant) quod semper qui Eucharistiam sumpturus est, conetur prius confiteri, vbi copiam habet Confessarij, & est conscius mortalis peccati: iuxta Glos. singul. de celebrat. Miss. cap. de homine: & hodie extat determinatum per sacrum Concil. Tridentinum, Sess. XIII. Cap. VII.

Cap. Trid.

5. *Quando venis tempus ab Ecclesia statuitur.*

8 Quintus Casus est, vbi aduenerit tempus ab Ecclesia statutum, vt habetur in cap. Omnis vtriusq; sexus, de poenit. & remiss. & licet illi iuri stando, solummodo appareat determinatum, semel in anno debere confiteri, & nulla pars anni ad confitendum designetur: stando tamen consuetudini, & communi hominum intelligentiæ, & statutis Prouincialibus, idem videtur tempus esse institutum ab Ecclesia pro Confessione, & pro Eucharistia, nempe quod in tempore Quadragesimali, vbi Eucharistia est sumenda, confessio debeat præcedere, vt dicit Io. Med. de confes. q. 14. circa fin. sequitur D. Tho. in 4. dist. 17. quæst. 3. art. 4. ad 1.

Medina.

D. Thom.

Vndè vsus habet, vt Curati certiores reddant Prælatos, qui in Quadragesima vniuscuiusque anni fuerint confessi, & qui non. Itaque consuetudo interpretatur statutum quantum ad tempus.

Nota.

Præter Casus prædictos nullo iure adstringuntur fratres sub culpa lethali ad statim confitendum pro culpis quibuscumq; commissis, cum neq; eis ex Regula, neq; ex Constitutionibus obligatiõis ad culpam eis id imponatur.

Sed de hoc vide infra in Artic. 2. huius tertiz Sect. vbi fusè de hoc agimus.

De prædicta materia vide quæ habet Syluest. verb. confes. §. 3. Nauar. in Man. cap. 2. num. 9. Toler. in sua Summa, lib. 6. cap. 11. Sor. in 4. dist. 18. q. 1. art. 4. Valent. to. 4. disp. 7. quæst. 9. D. Thom. q. 6. in addit. ad 3. par.

SEXTA CONDITIO

Confessionis est, ut sit NVDA.

1 CAIETANVS declarat hanc conditionem sic, vt scilicet confessio non sit vestita coloribus, aut locis cooperientibus grauitatem peccati, & multo minus obscurantibus peccatum: ita etiam Nauar. itaq; fiat sine inuolueris verborum, & explicentur circumstantiæ necessariæ, secundum omnes.

Vt autem sciatur circumstantiæ illæ Circumstantiæ peccatorum, quæ necessariæ sunt confitentis, & quæ non, animaduertendum, quæ, qua non, quod. *Confessio peccatorum, quæ necessariæ sunt confitentis, quæ non, quod.*

2 Prima est, quando circumstantia facit peccatum mortale, actum, qui alias erat veniale: v. g. Qui dicit mendacium iocolum, vt alter occidatur, vel ob fornicationem, tenetur confiteri hunc finem, nam propter eum fit peccatum mortale, quod sine illo veniale tantum erat.

Rursus, qui furatur aliquid parum quantitatis, vt Socium faciat blasphemare, est etiam obligatus eadem ratione confiteri circumstantiam. Similiter, qui fecit aliquid, quod ex se non est mortale putabat tamen, cum fecit, esse peccatum mortale: tenetur illam circumstantiam confiteri, quia vt supra dictum est ex D. Thoma. D. Thoma, conscientia obligat ad mortale per accidens. vide D. Bonauen. in 4. dist. 17. Io. Med. q. 8. Sor. artic. 4. Petr. à Soro, lect. 9. Valent. disput. 7. quæst. 11. punct. 1. Nauar. cap. 6. Rodriguez 1. par. Summæ, cap. 53.

3 Secunda est, cum circumstantia mutat speciẽ peccati, ita vt ex vnus speciei mortali, faciat alterius speciei: tunc tenetur confiteri: v. g. qui furatur in Ecclesia, tenetur dicere locum, nam extra Ecclesiam est simplex furtum; in Ecclesia vero est Sacrilegium.

Similiter qui fornicatur in Ecclesia,

D. Thom. D. Bonau. Medina. Petr. à Soro. Valentia. Nauarrus, Rodrig.

vel sanguinem fundit: in his tribus casibus locus est manifestandus. Similiter qui fornicatur cum coniugata, tenetur dicere circumstantiam personæ: quia est adulterium: & si cum Religiosa, quia est sacrilegium: & si cum Matre, vel Sorore, vel propinqua: quia est incestus. Vide Nauar. cap. 6. num. 10. Sor. art. 4.

Summus. Sor. Valen.

4. Tertia est, quando ex circumstantia multiplicatur peccatum, nimirum, quando etiam circumstantia est contra præceptum aliquod, vt qui furatur, vt adulteretur, tenetur finem exprimere, quia duo sunt peccata, furtum scilicet, & adulterium. Similiter qui fornicatur, si Religiosus est, ex voto, tenetur manifestare, quia ultra fornicationem, agit contra votum. Idem etiam seruandum est in actibus interioribus, vnde qui consentit interius fornicationi, tenetur dicere, licet actus nõ sequatur circumstantias, an fuerit cum coniugata, an cum virgine, vnde qui peccatum molliciei patiuntur, proprijs se pollutentes manibus, tenentur exprimere personam, quam mente concipiebant, si aliquam tenebant mente, mutantem speciem, & tenentur etiam exprimere in nouo actu successiuè si plures intendebant, & Confessarius debet ista exigere.

5. Quarta. Illa circumstantia etiam, quæ secum fert excommunicationem est exprimenda, vt qui percussit Clericum, debet personam manifestare, dicendo se percussisse Clericum, vel si in tempore inhibito sub excommunicatione aliquid fecit.

Scotus. Denique secundum Scotum in 4. distinct. 17. illæ circumstantiæ in confessione sunt dicendæ, quæ diuersis, specialibusque præceptis prohibentur.

Com. Trid.

Et adeo vera est prædicta Doctrina de circumstantijs, quas confiteri debent, vt Concilium Trid. Sess. IV. Cap. V. & VII. definierit illum Hæreticum, qui dixerit, nos non teneri ad confitendam circumstantiam, quæ mutat speciem peccati. Quod intelligendum est, vt rectè declarat Nauarr. in Man. cap. 6. de circumst. quæ speciem peccati venialis mutat in mortale, vel speciem vnius mortalis in aliud mortale, vt dictum est supra, non autem de illa, quæ mutat speciem vnius venialis in aliud veniale, quod non

Nauarrus.

est necessario confitendum.

Et quamuis Concilium non loquatur expressè, nisi de illa circumstantia, quæ mutat speciem peccati: intelligendum est tamen de illa etiam, quæ opus aliqui bonum ex se, vel factum non malum, facit mortiferum: imo etiam de illa quæ facit, vt opus, quod ob vnum respectum est mortiferum, sit tale ob alterum, quamuis species operis quantum ad suam essentiam minimè mutetur: quoniam circumstantia, quæ facit de bono malum, vel de veniali mortale, vel de mortali vno respectu, vt sit tale altero, dici potest mutare speciem, vide Nauar. vbi supra, & Tolet. in sua Summa lib. 3. cap. 7.

6. Et quamuis sit laudabile confiteri circumstantias, quæ peccatum ita adaugent, vt ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant; opinio tamen communior, & probabilior habet hoc non esse necessarium, quando augmentum illud non est in causa, vt veniale mortale fiat, vel alterius peccati mortalis, vel alio respectu. Vide Nauar. vbi supra nu. 7. contra Marsilium lib. 4. q. 12. art. 1. Coroll. 4. & Sotum vbi supra.

An vero circumstantia diei Festi sit necessario confitenda, necne, Scotus vbi supra docet partem affirmatiuam: mortuæ vero partem negatiuam, sic præcipuè Nauar. vbi supra, num. 9.

vbi dat rationem de hoc, nempe, quia non facit esse lethale, quod sine illa non esset tale, neque alterius speciei talis, neque alio respectu, nisi esset opus seruale in Festis prohibitum, quale non est peccatum, iuxta S. Tho. 3. sent. dist. 34. art. 5. quæst. 2. Vide de hoc Caiet. 1. 2. q. 7. & 2. 2. q. 122. art. 4. Syluest. verb. circumstant. q. 3. & verb. dies Dominica, §. fin. Almaynum in 4. distinct. 17.

Circumstantia diei Festi non necessario confitenda.

Scot. Nau.

S. Thom. Caiet. Syluest. Almayn.

Sed quid dicendum de circumstantia propriæ personæ, quæ peccatum aliquando auget, num est confitenda?

7. Respondeo, quod quamuis cæteris paribus plus peccat dignitate aliqua præditus, quam priuatus, cap. homo distinct. 40. & Prælati plusquam subditus, cap. præcipuè 11. quæst. 3. & sapiens plusquam ignorans, cap. sicut dignum, de homicid. Religiosus plusquam secularis; nihilominus talis circumstantia non est necessario confitenda (licet quam plurimam

Circumstantia personæ quando necessario confitenda, & quædo non.

plurimam afferat Utilitatem (quoniam illa, vt plurimum, neque ex veniali facit mortale, neque ex mortali vnus speciei; mortale alterius speciei, neque ex mortali vno respectu, mortale aliud propter alium finem. At vero quando hoc fieret, puta cum agitur contra vrgum, vel contra statum Voti firmatum, vt cum Religiosus fornicatur; circumstantia personæ confitenda est, quoniam tunc, aliquod ex illis tribus fit, quod quidem non ita euenit, quando Religiosus blasphematur, vel quoduis aliud crimen committit, quod non est contra sua vota, vel Regulam, quam est professus, Caiet. 1. 2. q. 17. art. 1. Nauar. cap. consideret, num. 50. Ex dictis bene pensis, poterit poenitens scire, quomodo se gerere debeat in Confessione.

Caietanus.

Nauarrus.

SEPTIMA CONDITIO

Vt sit DISCRETA.

Discreta.

Sot. vt sciatur

discernere

inter pecca-

ta.

Nauarrus.

DOMINICVS Sotus edisserens de hac conditione ait, Si intelligatur, quod talis confessio sit actus humanus discernentis; sic talis conditio est de essentia Confessionis: & si intelligatur, quod sit sciens discernere inter peccata, non est de essentia ex parte poenitentis, sed bene est de essentia ex parte Confessarij, vt vidimus in secunda Sectione in primo. Sed audiamus Nauar. in cap. frat. de poenit. dist. 5. num. 51. vbi dicit sic.

Discreta,

vt honestis

uocibus pec-

cata expli-

centur.

Cicer.

D. Thom.

Discreta debet fieri confessio, & prudenter. Primò in verbis, vt scilicet, honestis uocibus explicentur peccata, præsertim carnis. Facit quod etiam iocici redduntur illiciti ex verborum, quibus luditur, turpitudine, secundum Ciceronem officior. primo, & tradit Diuus Thom. 2. 2. q. 168. artic. 3.

Discreta,

quoad circum-

stantias.

Deindè oportet eam esse discretam, quoad circumstantias, vt in peccatis venereis solæ necessariz explicentur, si poenitens sciat necessarias ab his, quæ non sunt necessariz, distinguere. Tertio, quoad modum narrandi, ne quæ peccata simul exprimi possunt, diuisim dicantur, v. g. Potuit quis centum periuria vno verbo fateri, dicens, centies peieravi: is si dixerit, semel peieravi sic, & sic: & iterum, peieravi taliter, & taliter, imprudenter fecerit: frustra enim

sunt per plura, quæ possunt fieri per pauciora secundum Philosophum.

2 Caietanus etiam dicit similia, nempe, quod confessio sit Discreta, vt quantum ad honestatem verborum, quibus sunt explicanda peccata, sit prudens, & quantum ad solas necessarias circumstantias in peccatis carnis explicandas: & quantum ad modum narrandi. Nam qui rem habuit cum aliqua, non tenetur confiteri colloquia, oscula, & alios huiusmodi actus antecedentes, & immediatos ad coitum. At vero qui bis coit, etiam si vnus actus sit immediatus post alterum; tenetur dicere, se bis coiuisset. Ratio diuersitatis est, quia vnus coitus istorum non est via, neq; præambulum ordinatum ad alterum: oscula vero, & amplexus sunt via ad copulam, quam præcedunt, quæ omnia sunt quotidiana.

3 Nec otiosè diximus (quia sunt via) quoniam si acciderit interruptio, eo quod proposuerit non consummare peccatum, vel quia mutauit sententiam poenitendo, vel propter alium finem, & postea velit illum consummare, tunc duo erunt peccata distincta.

Diximus etiam (qui tantummodo sunt via ad vnicum peccatum perpetrandum) quoniam si actus illi sunt peccata secundum se, vel ordinantur ad alia peccata, tot peccata committuntur, quot sunt illi ex natura sua, vel quot sunt fines deprauati ad quos diriguntur, v. g. si quis pergit ad homicidium perpetrandum, & in via furatur, blasphematur, suum iter, & colloquia non solum dirigit in homicidium conceptum, verum etiam in Adulterium, Infamiam, & Sacriligia perpetranda, tot peccata committit, quot sunt actus ibi in se mali, & quot fines mali ad quos diriguntur. vide Caiet. in libello 17. responf. responf. 15,

Caietanus.

OCTAVA CONDITIO

est, vt sit LIBENS.

HÆC Conditio explicatur à Soto dupliciter, & quod confessio debet esse LIBENS, id est eligens, & sic est de necessitate Confessionis: & quod sit in ea promptitudo ad confitendum, & sic solum ad ornatum confessio nis pertinet.

Sot. Libens.

Eligens, &

propterea ad

iustitiam.

Calet. & Nauarrus. Libens. Non facta ex metu.

Caletanus verò, & Nauarrus expli- cant, vt fit Libens, id est voluntaria, non facta ex metu principali poenae, sed ex amore sanitatis animae: nam qui principali- ter metu poenae ad confessionem ac- cedit, non videtur habere illam contri- tionem, & poenitudinem peccatorum, quae pro tanto Sacramento requiritur, & propterea facit confessionem inuali- dam, quam reiterare debet.

Confessio quando, in- ualida, & iteranda.

Sed vt de hoc plenior cognitio ha- beatur, subiungam casus illos, in quibus confessio debet reiterari, & sunt vel ex parte poenitentis, vel ex parte Confes- sarij, vel ex parte confessionis.

1. quando fit sine contri- tione. Victoria, Nauarrus.

2 Ex parte poenitentis sunt duo. Vnus ex parte conditionis, quia scilicet quis accedit sine vllo dolore, & peccati detestatione, & tunc confessio sic facta iteranda est. V. de Victor. q. 108. Nauar. in cap. fratres de poenit. dist. 5. num. 31. 32. & 33. Quod intelligitur etiam quan- do quis accedit quidem non dolore, prae- teritorum, sine tamen proposito vi- tandi futura, quamuis habeat quale ab- stinendi desiderium. Qualis est, qui do- let se furatum, non tamen habet ani- mum restituendi: qualis item qui dolet se fornicatum, non tamen habet animum deliberatum relinquenti concubinam. Per talem enim contritionis defectum poenitentia redditur non vera, cap. quod quidam de poenit. & semis. quo casu ab- solutio neganda est, vt ibi habetur: Huiusmodi enim poenitens si tacet pro- positum eiusmodi, non consistit in- tegrè: Si autem cum alijs peccatis illud quoque propositum confiteatur, inha- bilem se proponit absolutioni, quia pec- cati venia non datur nisi correcto. regul. peccat. in 6. cap. legatur 24. q. 2. & ideo si absoluitur, Sacrilegium committit confitens suscipiendo, & Confessarius dando absolutionem propter irreuerentiam, quam Sacramento faciunt, argum. c. illud, dist. 100. cap. per Isaiam 1. q. 1. Si tamen displiceat prae- terita, & futura proponuntur vitanda, licet non tam displiceant, nec tam vitanda proponantur, vt ex his confiteretur contritio delendis peccatis sufficiens, neque attritio talis, quae per Sacramento adiunctionem fiat contritio, non oportet confessionem ite- rare, nam alioquin nemo sciret se verè confessum, & praeterea ex Doctrina

Scoti in 4. d. 17. quilibet dolor licet im- perfectus, coniunctus tamen cum con- fessione sufficit, quod intellige dummo- do talis dolor concipiatur ex turpitudi- ne peccati, vel poenae temporalis, vel æ- ternae, ita tamen, vt voluntatem peccati excludat: talis enim ex attritu fit con- tritus adhibita Sacramentali confes- sione: vide Concil. Trid. Sess. 14. cap. 4.

2 Alter Casus ex parte poenitentis est, quando scilicet est excommunicatus, siue maiori, siue minori; tunc enim si ad confessionem accedat, & absolutionem recipiat, non ablata prius excommuni- catione, confessio nulla est, non enim sub- iectum tale est capax huius Sacramenti, vt tenet S. Thom. in 4. dist. 8. q. 2. art. 5. quæst. 1. ad 2. Tabiena verb. absolut. 51. §. 10. Palud. in 4. dist. 14. q. 5. art. 3. Sylu. verb. confes. 1. §. 6. Sor. dist. 18. q. 3. art. 3. Armilla, verb. absolut. §. 5. Nauarr. in Man. c. 9. Valen. disp. 7. par. 3. q. 11. Petr. à Soto l. c. 7. & 8. de confes. Caiet. verb. confes. cap. 12. §. 1. 2. & 3. Viuald. de con- fes. nu. 66. Lopez par. 2. cap. 30. Rodriq. par. 1. summæ, cap. 58.

3 Hic vero norandum, quod quan- do quis habet ignorantiam inuincibilem facti, & facti, quia nescit se excommu- nicatum: tunc valida est confessio, & verum Sacramentum. Ita habet Adrian. q. 2. de confes. Palud. dist. 18. q. 4. Ledes. 2. p. quæst. 23. artic. 1. Et ratio est, quia Ecclesia non intendit priuare Sacramen- to excommunicatum in huiusmodi igno- rantia positum: quod patet ex cap. Apos- tolicæ de cler. excomm. vbi Papa ait, excommunicatum celebrantem cum hu- iusmodi ignorantia, non incurrere poe- nas Iuris. Quando vero non est igno- rantia, aut est crassa: tunc non valet con- fessio, sed est iteranda. Ita DD. cit. dicunt contra Caiet. Ex parte vero Confessoris inualiditas confessionis multipliciter potest euenire.

3 Primò, quando Confessarius non habet vllam auctoritatem, neque ordi- nariam, neq; delegatam audiendi con- fessiones, & tunc deficit iurisdictio, & propterea iteranda est confessio. Nec sufficit ratihabitio, id est antè iurisdic- tionem confiteri cum proposito impe- trandi post confessionem facultatem, quia talis ratihabitio de futuro non ha-

Quando po- nitens ex- cõicatus & non au- fert prius excommunicati- nem.

S. Thom. Pal. Sylu. Soc. Arm. Nau. Val. Pet. à Sot. Armilla, verb. absolut. §. 5. Nauarr. in Caietan. Man. c. 9. Valen. disp. 7. par. 3. q. 11. Petr. Med. Viu. à Soto l. c. 7. & 8. de confes. Caiet. verb. Lopez. Ro- driquez.

Ignorans, ignorantia inuincibili excusatur. Ledesma.

Quando Confessa- rius nõ ha- bet aucto- ritatem.

bet vim faciendi Sacramentum id, quod nunquam fuit Sacramentum. De qua rati habitatione diximus in Art. 10. Sect. 2.

delab. aur. de satisfact. num. 19.

Acceptatam autem satisfactionem, vel adimplere in peccato mortali, vel negligentia, aut contemptu omittere, non irritat præteritam confessionem, Caiet. Nauar. Valent. loco cit. Petr. à Soto, lect. 2. de satisfact. Syluest. confessio 1. nu. 1. Nnum iter tamen hic animaduertendum cum iteranda est confessio, nempe si alteri Confessario fiat, cum ex integro omnia peccata sunt iterum exprimenda. Si vero eidem fiat, non est opus in particulari repetere, sed in communi tantum, exprimendo aliud, quod superest : dummodo Confessarius aut recorderetur peccatorum, aut saltem pœnitentiæ a se impositæ, aut saltem status, & vitæ hominis in communi. Cum autem nihil horum sciuerit, oportet iterum omnia repetere, ac si de nouo confiteretur Confessario. vide Nauar. nu. 19. loco cit. & consilium 16. de pœnit. & remis. nu. 4.

4. Quando Confessarius est excommunicatus, vel nominatim publicus percussor Clerici, & tunc inualida est confessio, quæ tali Confessario fit extra casum necessitatis extremæ, vt dictum est supra. vide Io: Medinam q. 12. Valen. vbi supra, Nauar. in Man. cap. 7. Lopez vbi supra.

4. Secundò, quando Confessarius est excommunicatus, vel nominatim publicus percussor Clerici, & tunc inualida est confessio, quæ tali Confessario fit extra casum necessitatis extremæ, vt dictum est supra. vide Io: Medinam q. 12. Valen. vbi supra, Nauar. in Man. cap. 7. Lopez vbi supra.

5. Quando Confessarius ignorat, vt nesciat discernere inter lepram, & lepram, & tunc si quis tali Confessario confessus sit peccata sua, & postea per colloquia, vel per confessionem & lepram animaduertat ignorantiam illius Confessarii, confessio est iteranda. vide Vict. Nauarrus, in summ. 168. & 169. Nauar. n. 12. Caiet. loco cit. Et aduerte, quod talis ignorantia considerari debet respectu pœnitentis in particulari, nam potest esse Confessarius aptus, & doctus respectu vnus, qui tamen non erit talis respectu alterius, quia v. g. hic habet casus multum difficiles, & inextricabiles, qui talis Confessarij capacitatem multum excedunt. Vndè Mercatores quærentes Confessarios, qui suas negotiationes non intelligant, ne restitutioni obligentur, tenentur iterum confiteri, nam quærere debent Confessarios doctos.

5. Tertiò, quando Confessarius ita est ignorans, vt nesciat discernere inter lepram, & lepram, & tunc si quis tali Confessario confessus sit peccata sua, & postea per colloquia, vel per confessionem & lepram animaduertat ignorantiam illius Confessarii, confessio est iteranda. vide Vict. Nauarrus, in summ. 168. & 169. Nauar. n. 12. Caiet. loco cit. Et aduerte, quod talis ignorantia considerari debet respectu pœnitentis in particulari, nam potest esse Confessarius aptus, & doctus respectu vnus, qui tamen non erit talis respectu alterius, quia v. g. hic habet casus multum difficiles, & inextricabiles, qui talis Confessarij capacitatem multum excedunt. Vndè Mercatores quærentes Confessarios, qui suas negotiationes non intelligant, ne restitutioni obligentur, tenentur iterum confiteri, nam quærere debent Confessarios doctos.

8. Dubitatur hic, An idem dicendum sit de eo, qui pro casu reseruato se præsentauit, & sine vlla contritione, aut saltem attritione illud Prælato manifestauit : an scilicet teneatur reiterare confessionem, seu præsentationem.

Dubium.

Respondeo ad hoc, quod quando pœnitens Religiosus fuit absolutus Sacramentaliter à casibus reseruatis per Superiorem, aut per Confessarium deputatum habentem ad id potestatem, existente nulla absolutione propter defectum contritionis, aut attritionis, non tenetur dictus pœnitens amplius eadem peccata reseruata confiteri Prælato, aut habenti eius auctoritatem : sufficit enim quod ea confiteatur cuicumq; legitimo Confessario; vt docet Caiet. in summa, verb. casus reseruatus. Et ratio est, quia reseruatio casuum est quid odiosum, & propterea restringi debet. Vndè dicimus, sufficere, ipsum peccatum reseruatum esse cognitum, & reuelatum Prælato, aut alij eius potestatem habenti, vt sic cesset ipsa reseruatio. Idem etiam tenet Syll. verb. confess. 1. q. 19.

Resp. confessus de aliquo reseruato cum habente auctoritate non tenetur se iterum præsentare, sed absq; contritione confessus est. Caietanus.

6. Quæ confessio non sit integra de per se. Casus an. Medina, Nau. Pin. Sot. Syll.

6. Ex parte vero Confessionis sunt duo. Vnus est, cum confessio non sit integra extra illos casus, qui ponuntur infra in Conditione decima? nam tunc iteranda est confessio, Caiet. Medina, Nauarrus, Viuald. Sot. Syluest. loco citato. Nempè quia sciens occultaui aliquod peccatum mortale. Vel quia oblitus fuit confiteri, tamen obliuio processit ex eo, quod non præmittit vllam diligentiam : tunc enim tota iteranda est confessio, Syluest. Viual. loco cit. diligentia enim ad recolenda peccata tanta debet esse, quantum prudens, & pius vir adhibendam putat, Nauar. loco cit. num. 16.

9. Circa hanc conditionem, ponderanda est etiam explicatio Soti, qui vult, quod confessio sit Libens, id est eligens, Confessarium scilicet, nam debet eligere Confessarium idoneum sibi, non ignarum, sed doctum, ipsum, vt sit director conscientie suæ, ad hoc vt proficiat in via Domini,

Syluest. Libens. Sot. Eligens Confessarij idoneum

7. Quando quis confertur absq; aui satisfactiois.

7. Alter Casus est ex parte satisfactionis, scilicet cum quis accedit cum aliquo non faciendi id, quod Confessarius expedire iudicauerit quantum ad illa, in quibus pœnitens obedire tenetur, tunc enim confessio facta nulla est, licet Confessarius nihil præcipiat faciendum, Nauar. nu. 17. Valen. Lopez vbi sup. Can-

Domini, etiam quod poenitens sit coetus, & spiritualis, exemplo S. Caroli, qui cum esset & docuus, & Sanctus, nihilominus directorem voluit habere Confessarium conscientiae suae, prout in eius vita legitur. Nec facile debet mutari, quia varietas Medicorum in corporibus, saepe reducit hominem ad mortem, qui enim de nouo veniunt, ut medeantur, nesciunt qualitates complexionis, sic in vita spirituali varietas Medicorum spiritualium non parum nocet. Et quod peius est, multi in electione Confessarii semper quaerunt debiliorem, tam in moribus, quam in Doctrina, atque vitiam a Maioribus id non discant Minoribus Religiosi.

verò imperfectam ex seruu timore: id enim cognitu difficillimum est, nec necessarium ad absolutionem non confertendam tenere, dummodo constiterit eum esse propter Deum, quia id sufficit, saltem ad eise imperfectam contritionem, cum qua Sacramentaliter absolui possunt.

Signa vera Contritionis sunt sequensia.

3 Primum veram poenitentiam magnificere, eam vehementer desiderare, & assiduis precibus a Deo petere, ac dolere, si eam non sentias.

4 Secundum est, summo odio prosequi peccatum, & maiori, quam vllum aliud malum, atque ad eod malle mori, & aliud quocuis malum pati, quam peccare.

5 Tertium est effusio lachrymarum, quae etsi non sit necessaria ad contritionem (quod notat Nauar. in Man. cap. 11. num. 23.) illam tamen nonnunquam ita sequitur, ut sicut vitis iudicatur viua, quando praecisa emittit lachrymas: sic poenitens iudicatur vitam spiritualem inchoasse per contritionem, cum lacrymas effundit ex dolore de peccatis, prout sunt offensa Dei, dummodo coniunctum habeat propositum non peccandi de coetero.

6 Quartum est amara confessio, qualem significant verba Iob in Cap. X. *Dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine anima mea, dictum DEO noli me condemnare.*

7 Quintum est poenitentiae impositae alacris susceptio, verus enim interior dolor de peccatis compellit peccatorem omnia libenter sufferre, cap. perfecta, de poenit. dist. 3. Vbi aduerte, pro non contrito habendum esse omnino eum, qui poenitentiam medicinalem necessariam ei ad salutem admittere non vult: ut si nolit vitare personam, quae illi causa est ruinae: aut relinquere beneficium simoniace obtentum: aut restituere acceptas vsuras: aut resarcire iniurias proximis illatas: satis enim per talem recusationem ostendit, se non dolere propter Deum, super omnia dilectum: ostendit etiam se firmum emendationis propositum non habere.

8 Sextum, & vltimum signum sunt quaedam opera propria ipsius contritionis.

NONA CONDITIO

Confessionis est, ut sit

VERECUNDA.

verecunda. Dupliciter potest intelligi secundum Sotum. hanc conditionem, modo, quod sit Verecunda, id est, non per modum instantiae, quia sic nulla esset confessio.

ut sit Altero modo, ut sit Verecunda, id est, comitata pudore, & tunc ad ornatum pertinet.

verecunda Thomas a Vio docet, quod confessio debet esse Verecunda, id est, ut poenitens erubescat de scelerate peccati, tum apud seipsum, tum apud Confessarium, pudor enim magna pars est poenitentiae.

Confessarius in aliquibus casibus non debet poenitentiam absolvere. Quod si ex Confessione poenitentis deprehendat Confessarius in eo non esse sufficientem contritionem, ut quia parui facit poenitentiae donum, nihil curans illud a Deo petere. Vel quia non statuit firmiter peccati statum deserere: Aut peccandi occasiones propinquas a se expellere: Aut paratus est omnino, malletque peccare mortaliter, quam damnatum aliquod sustinere. Vel aliud agere, ad quod sub mortali tenetur: non debet ei dare absolutionem.

Notandum. Notandum verò est hic cum Soto in 4. distinct. 18. q. 3. art. 3. quod quando Confessarius audit confessiones simplicium, non debet multum discutere, an tales poenitentes perfectam contritionem habeant ex puro Dei amore, an

Iob 10

nis, vt quod pœnitens confiteatur quam bene potest: quodq; studeat vitare peccata, & occasiones peccatorum, nempe malam societatem, loca suspecta, incautos aspectus, & similia, quibus si post factam confessionem delectetur, ac se implicet sicut prius, non ostendit se sufficienter contritum: & multo minus, si non restituit aliena, cum potest: si negligit pœnitentias impositas implere, si concubinam ex toto à se non abiicit, & similia.

DECIMA CONDITIO
Confessionis est, vt sit
INTEGRA.

Integra, 1
quia dimi-
diata con-
fessio & per
se, nō est cō
est confessio.
Hoc autem intelligitur,
fessio, quā-
do autem
fit, non autem quando fit per accidens,
dimidiatio vt dictum est in Artic. 2. primæ Sectionis:
fit per acci-
dens.
Dimidiatio
do pœnitens sciens, & volens, non vult
confiteri peccatum aliquod mortale: per
Dimidia-
accidens verò, cum quis habens casus
reſeruatōs, seu cum excommunicatione
adiunctos, absoluit à suo Confessario
à quibus potest, deindē pro alijs mittitur
ad Superiorem: prima dimidiatio anni-
hilat confessionem, secunda verò mi-
nitimē. Quod si mutilatio, seu dimidia-
zio, confessionis eueniat ratione negli-
gentiæ crassi in examinando conscientiam,
inualida redditur confessio: vnde
benē animaduertit Medina in sua Sum-
quod si negotiator accedens ad confes-
sionem, ad recordationem peccatorum
suorum nihil plus diligitur adhibuisset,
quam ex sua domo eundo ad Ecclesiam
memorare, & recogitare peccata, non est
audiendus à Confessario, sed ca-
ritatiuē est admonendus de diligentiori
examine conscientię faciēdo. Et idē
dicendum est de quolibet alio, quando
diu non est confessus. Cuius rationem
assignat, quia alias moraliter loquendo,
talis integrē confiteri non potest, quoniam
in tam breui morula assumpta ad
memoranda peccata, diligentia non suf-

OMNES conueniunt in hoc, scilicet quod confessio faciēda sit integra, & hoc quantum ad peccata mortalia, alioquin dimidiata confessio non se, nō est cō est confessio. Hoc autem intelligitur, quando dimidiatio confessionis per se fit, non autem quando fit per accidens, dimidiatio vt dictum est in Artic. 2. primæ Sectionis: nunc autem breuiter sic.

Dimidiatio confessionis per se fit, quando pœnitens sciens, & volens, non vult confiteri peccatum aliquod mortale: per accidens verò, cum quis habens casus reſeruatōs, seu cum excommunicatione adiunctos, absoluit à suo Confessario à quibus potest, deindē pro alijs mittitur ad Superiorem: prima dimidiatio annihilat confessionem, secunda verò minitimē. Quod si mutilatio, seu dimidiatio, confessionis eueniat ratione negligentię crassi in examinando conscientiam, inualida redditur confessio: vnde benē animaduertit Medina in sua Summa quod si negotiator accedens ad confessionem, ad recordationem peccatorum suorum nihil plus diligitur adhibuisset, quam ex sua domo eundo ad Ecclesiam memorare, & recogitare peccata, non est audiendus à Confessario, sed caritatiuē est admonendus de diligentiori examine conscientię faciēdo. Et idē dicendum est de quolibet alio, quando diu non est confessus. Cuius rationem assignat, quia alias moraliter loquendo, talis integrē confiteri non potest, quoniam in tam breui morula assumpta ad memoranda peccata, diligentia non suf-

ficiens est, vt omnia ad memoriā educantur.

2 Excipiuntur ab his, qui frequentissime confitentur, & vt plurimum, non nisi venialia: nani tales non indigent tam diuturno examine: & etiam excipiuntur illi, qui in extremo vitæ periculo sunt: tunc enim adiuuandi sunt commeliori modo, quo possunt.

3 Dubitatur hic, an habens vnum ordinarium Confessarium, cui communia leuia peccata confiteatur, quoties verò aliquid graue occurrerit, alteri confiteatur, vt ordinario Confessario id occurrerit, quia pudore corripitur, An hoc sit contra integritatem confessionis?

Respondeo, quod Syluest. confes. 2. quæst. 6. dicit, quamuis hoc immediate, & directe non sit contra integritatem, essetamen peccatum mortale ob hypocrisim, & virtuale mendacium, decipit enim ordinarium Confessarium, atque ita fit, vt dum hoc ipsum peccatum tacet, etiam in integritate deficiat: quam opinionem admittit Vict. in summa de pœnit. num. 196. cum hac limitatione, si quis hoc faciat animo perseuerandi in tali consuetudine: nam si semel, aut iterum hoc fiat ex quadam imbecillitate humana, credit non esse peccatum.

4 Nihilominus, asserendum est cum Modernis, quocumq; modo fiat, neque esse directe contra integritatem, nec per se loquendo, esse peccatum mortale: quod sentit Nauar. in Man. c. 21. nu. 42. & Suarez in to. 4. disp. 33. Et prior pars euidens est, quia huiusmodi pœnitens, quando confitetur, semper profert, quæ non est confessus: ea verò, quæ semel confessus est, non tenetur iterum confiteri: neque etiam tenetur huic potius, quam illi confiteri (supponimus enim omnes esse legitimos Confessarios) & hinc facile probatur posterior pars, quia in tali actu nulla grauis deformitas inuenitur contra charitatem Dei, aut proximi: neq; etiam est aliquod præceptum graue, contra quod fiat: nam quod de mendacio dicebatur, non est ita, ille. nihil falsum dixit, licet fortasse permittat alium decipi: præterquam quod non omne mendacium in confessione est peccatum mortale, vt dictum est supra.

Dixi autem (per se loquendo) nam si ob hanc causam talis persona maneret

Qui vt plurimum non habet, nisi venialia, & frequenter confessionem, nō indiget tāto examine.
Dubium.
Habere 2. confess. an sit dimidiatio re confess.
Resp. Sylu.

Victoria.

Ad utrum confes. cum vno de leuibus, & cū alio de grauiorib. qñ occurrunt, non est contra integritatem confess.
Nauar.
Suarez.

Nota ex Medina.

in aliqua occasione morali peccandi moraliter, quam occultaret ordinario Confessario: ex eo capite possit esse mortale, & defectus integritatis, ut per se satis clarum est. Hoc communiter.

Confessio Sunt tamen aliqui casus, quibus *confessio non integra* confessio non integra est valida.

aliqua valida. 5 Primus est, cum quis post sufficientem diligentiam factam non recordatur alicuius, vel aliquorum peccatorum, & ob id non confitetur illa: talis confessio valida est, licet verè non sit integra.

Dico (post diligentiam sufficientem) quia qui prius non conatur peccata in memoriam reuocare, si obliuiscitur aliquorum, non est valida confessio, quoad peccata mortalia: si tamen diligentia est præmissa, valida est confessio, & consequitur remissionem peccatorum, etiam quorum est oblitus. Quod si memorie postea occurrant, debet ea confiteri, vel eidem, vel alteri Sacerdoti, ut libuerit.

6 Secundus Casus est, cum mors imminet, nam si infirmus non habet tempus confitendi omnia peccata, sed aliqua tantum, poterit absolui. Idem dicendum est de eo, qui omnia peccata proferre non potest: ut mutus, qui nutu solum potest aliqua exprimere, non omnia: talis absolueus est. Ira Victoria

Vid. Val. Lopez. nu. 174. Valen. disp. 7. q. 1. pun. 1. Lopez par. 1. cap. 18.

In mortis artic. sufficit signum aliq, quo peccatum manifestatur. Est autem hic notandum circa mortis articulum, quod ut poenitens talis absolueatur, sufficit motus, vel signum aliquod, quo peccatum aliquo modo manifestetur, vel se velle peccatum absolueatur. Non solum hoc, sed etiam si ante aduentum Confessarii petit confessionem: illo autem adueniente, iam perdidit sensum: tunc si adstantes confirmant, illum petisse confessionem, potest absolui. Ita tenet D. Anton. in suo Defecerunt, & Sacerdotes Romanum.

D. Anton. Imò hoc expressè docent Canones 26. q. 6. cap. Is qui in infirmitate, & c. 2. gro-

Sor. Nau. rantes de consec. quicquid velit Sorus dist. 18. q. 2. ar. 5. & Nauar. cap. 27. n. 268. qui id negant. Sed præter antiquos, qui id affirmant, sunt etiam Moderni, nempe

Valentia. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 1. pun. 1. Suarez

Suarez. tom. 3. disp. 69. sect. 2. Tolet. in summa,

Ol. Rodr. Rodriguez in Summa, par. 1. cap. 75.

Imò si infirmus, qui confessus est aliqua peccata, dixerit Confessario, Pater, ego

nunc sum valde lassus, relinquamus confessionem in posterum, quia adhuc mihi restant explicanda alia peccata: tunc absolueus est: & hoc statim fieri multum refert, ne morte interceptus, sine absolutione moriatur, sicut accidit cuidam infirmo sic dicenti, cui Confessarius alias inexpertus, absolutionem distulit. Absolueatur ergo in tali casu, dum præmisit dicens, Accuso me de his peccatis confessis, & de multis alijs, quæ quia non suppetit tempus, nec vires adfunt, dicere non valeo, peto à Deo veniam. Imò, si tam in vltimis sit infirmus, ut imperceptibiliter inter manus statim animam exhalaturus esse credatur, non retinendus est interrogationibus, sed statim, ut aliqua peccata explicauerit, absolueus est prædicto modo.

7 Tertius Casus est, cum poenitens habet casus aliquot reseruatos Superiori, & tunc obseruetur modus positus supra in prima Sect. Artic. 8. Nec est dicendum, quod tunc dimidiatur confessio, quia dimidiatio facta est per accidens, non per se, ut sores dictum est.

8 Quartus Casus est, quando ex peccato aliquo, vel circumstantia manifestata in confessione sequeretur, vel poenitenti, vel Confessario, vel tertie personæ damnum graue, vel in vita, vel in fama, vel in pecunia: vel aliquod malum spirituale: tunc enim alius est querendus Confessarius, vel petenda facultas à Superiore confitendi alteri: vel confiteri potest occultè, non manifestando quis sit. Quando verò nihil horum fieri potest, confiteri debet alia peccata, tali peccato, vel tali circumstantia dissimulata, donec commode possit confiteri. *Nauar. Ità tenet Nauar. c. 7. Caiet. verb. confes. Caiet. Sor.*

Sorus, & communiter omnes.

Exemplis declaremus. Si poenitens cognoscat Confessarium reuelaturum peccatum illud, debet illud tacere.

Si quis commisit peccatum carnale, & probabiliter cognoscit, quod ex illius confessione Confessarius peccabit mortaliter, maxime si poenitens est foemina (quia nimirum Confessarius sollicitabit eam) debet dissimulare tale peccatum. Si quis occultè occidit fratrem Confessarij, & timet, si illi confiteatur tale homicidium, quod statim conijciat, illud esse fratris sui, & probabiliter ti-

met, illum sumpturum vindictam, non tenetur tale peccatum confiteri, si instat necessitas confitendi. Ita Syluest. verbo confes. 1. §. 19. Valen. to. 4. disp. 7. q. 11. pun. 1. Cano relect. de pœnit. p. 6. Io. Medina q. 10. Suar. to. 4. disp. 23. lect. 2.

9 Quintus Casus est, cum poenitens habet tantum peccata venialia, vel moralia alias ritè confessâ, nam quia ista nō sunt de necessitate confessionis, potest quis aliquot peccata confiteri, alijs prætermittis, absq; eo, quod faciat iniuriam integritati confessionis.

Sylu. Val.
Can. Med.
Suar. 2.

V N D E C I M A C O N D I T I O

Confessionis, est ut sit

SECRETÀ.

Secreta.
Concil. Trid.
dentinum.

R E C T E Concilium Tridentinum in Sess. XIV. Cap. V. de hac conditione loquens, ait.

Casus est, quo ad modum confitendi secreto, apud solum Sacerdotem, & si Christus non uenerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cum ab aliorum exemplum, tum ob Ecclesia edificatio adificationem, delicta sua publicè confiteri possit: non est tamen hoc Divino Præcepto mandatum, nec suis consiliè humana aliqua lege præcipitur, ut delicta, præsertim Secreta, Publica essent Confessione aperienda.

Caus.
Ad exclu-
sionem inter-
nuncij, &
epistolæ, &
Sess. 20.
Hæc condi-
tio est de es-
sentiâ ad su-
peradâm
Confessi. iii
Eccles. Dei

Vndè Caietanus explicans hanc conditionem dicit, quod hoc intelligitur per exclusionem internuncij, Epistolæ, relictis, quia his nemo tenetur confiteri de necessitate.

Et licet ista conditio secundum Sorum non sit de essentia confessionis: est tamen de essentia ad sustentandam confessionem in Ecclesia Catholica, & de peccata secreta, quæ de se sunt scandalosa, publicè confessâ, scandalum possint generare.

2 Et quantum ad internuncium, seuper Epistolam, an licitè fiat nunc, vide supra in Artic. 20. Sect. 2. ubi ponitur Decretum Clem. VIII. qui id prohibet fieri: & meritò quidem, nam in c. quom poenitet, de pœnit. dist. 6. dicitur, corporali præsentia sunt confitenda peccata, non per nuncium, non per scripturam manifestanda.

Pro hoc etiam facit absolutionis for-

ma, quæ habet, *Absoluo te, quæ præsupponit absoluendum esse præsentem, & præterea, omnia Sacramenta personæ propriæ actionem exigunt, cum suscipiuntur, excepto Matrimonio, quod per procuratorem contrahi posse non est dubium, cap. fin. de procurat. lib. 6. Itaq; hæc conditio hoc vult, ut confessio sit secreta, id est, ut non fiat publicè, neq; per internuncium, neq; per Epistolam.*

3 Possit; & alium sensum habere prædicta conditio, nempe ex parte Confessarij, scilicet, ut semper teneat eam clausam, & secretam sub sigillo, ne unquam eam reuelet.

De quo sigillo plura subiungam, nempe quid sit, quotuplex, à quibus observari debet, quanto tempore observari debet, quotupliciter violetur, qua pœna puniatur Confessarius detegens hoc sigillum.

4 Quoad primum sciendum cum Nauar. in Man. c. 8. in princ. & in cap. Sacerdos de pœnit. dist. 6. num. 35. & cum Theologis in 4. sentent. sc. quod sigillum est obligatio occultandi ea, quæ in confessione cognita sunt: Appellatur autem talis obligatio sigillum per metaphoram, nam sicut sigillum rem celatam tenet, quo non aperitur, nec palam fiat, quod sigillo clauditur: ita debitum, vel obligatio tenendi aliquid secretum, efficit, ne res aperiarur, & obligatio, quam habet Sacerdos celandi ea, quæ in confessione audiuit, sigillum dicitur.

5 Quoad secundum vero sciendum, quod duplex est sigillum, nam vel est sigillum naturæ, quod est obligatio quædam ab ipso iure naturali inducta ad occultandum aliquid: Vel est sigillum confessionis, quod nihil aliud est, quam ut supradictum est, obligatio occultandi ea, quæ in confessione cognita sunt.

6 Quoad tertium vero, à quibus se observari debet; & ad hoc respondeo eum Nauar. ubi supra, quod hoc sigillo, & obligatione secretæ confessionis, non solum ipse Confessarius remanet obligatus, verum etiam omnes illi, qui confessionem Sacramentalem audierunt, vel intellexerunt, licitè, vel illicitè, mediatè, vel immediatè, siuè sint Clerici, siuè Laici, viri, siuè femine, D. Tho. D. Bonauen. Scot. Palud. & omnes in 4. distinct. 2. Notandum est tamen hic cum Tol. lib. 3,

Secreta & ex parte Confessarij, ut se. seruetur sigillū confessionis. De sigillo confessionis.

Quid sit sigillum. dist. 21.

Quotuplex sit sigillum.

A quibus se observari debet, ut sigillum.

cap. 16. num. 9. quod quamvis omnes iste personæ sigillo teneantur, vt abq; mortali peccato non possint reuelare peccatum: tamen sigillo Sacramenti confessionis propriè tenentur solum hi, qui ex Sacramentali confessione formata, vel informi peccatorum cognouerunt: Alij autem qui ex confessione non Sacramentali (qualis est ea, quæ facta est Laico licitè audiente, vel illicitè, quia finxit se Sacerdotem) tenentur quidem celare, verum non propriè ratione sigilli Sacramentalis, sed ratione sigilli naturæ. Veluti tenet Sot. dist. 18. q. 4. art. 6.

Sigilli obligatio quæritur.

7 HÆC autem obligatio sigilli confessionis tanta est, vt nulla prorsus causa, neque etiam propter salutandam vitam propriam, nec propter salutem totius Reipublicæ possit Confessarius peccatum pœnitentis reuelare: imò neque in alia confessione. Adeoque si Sacerdos non possit aliquod peccatum suum confiteri, nisi manifestando peccatum alterius, quod in confessione cognouit, ita vt Confessarius ille veniat in cognitionem personæ determinatæ: tunc debet filere tale peccatum, donec possit confiteri alicui, qui personam ignoret, vt tenet Syluest. verb. confes. 3. §. 8. & communis opinio.

Syluest.

Exceptio.

Vnus est solus Casus, in quo Confessarius potest alteri manifestare peccatum in confessione cognitum, cum nimirum, id fit ex licentia, & concessione pœnitentis, & tunc illi tantum poterit manifestare, sc. cui pœnitens dedit facultatem. Qui autem alio casu reuelat, grauissimè peccat mortaliter, atque pœnam exteriorem incurrit impositam in cap. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remis. Sed de hoc infra.

Nota.

8 Sed quid faciet Confessarius alicuius Mulieris ductus in aliquod desertum à Marito eius Nobili, vel tyranno, & interrogante, an sua vxor confessa ei fuerit se esse adulteram, minixando ei mortem, si veritatem non dixerit?

Respondeo, quod potest absolutè dicere, & si opus est, iurare etiam, eam sibi non esse confessam vllum adulterium, concipiendo mente sola illa verba (eo modo quo dicere possum) Vide Nauarr. in Man. c. 8. & in c. humanæ aures 2. q. 5. Et idem seruandum est, si aliquando acciderit, Confessarium ab aliquo Iudice

compelli, vt reuelat sub Iuramento: nam potest tunc dicere Confessarius, se nescire tale peccatum: quamvis enim illud sciat in confessione, nescit tamen vt reuelat. Quod si accidat, Confessarium per aliam viam scire illud peccatum, potest tunc respondere, & propterea illud peccatum, licet melius faceret, si nunquam illud manifestaret. Hoc benè verum est, quod nunquam potest dicere, se illud audiuisse in confessione. Si verò reuelando tale peccatum licet auditum in confessione, nihilominus per aliam viam scitum, sequatur scandalum apud illos, qui cognouerunt fuisse illo tempore confessum, & per talem viam solum illud peccatum sciuisse Confessarium, ac putabunt ipsum reuelare confessionem, tenetur illud nunquam reuelare. vide Tolet. vbi supra.

9 HÆC sigilli obligatio aded obligat Confessarium, vt non possit neq; ipsum pœnitentem extra confessionem aliquid de peccatis, quæ in confessione audiuit. Vndè si accidat, Sacerdotem ab soluendo aliquem malè, vt sup. visum est, nempè quia verè non potuit propter causam referuatos: vel quia restitutioni erat extra c. obnoxius, & Confessarius pœnitentem festi. de ali non obligauit, vel quid simile, non potest id pœnitenti extra confessionem dicere, sed debet ipsum pœnitentem adire, & rogare, vt iterum sibi cõfiteatur, quia oblitus fuit ei dicere aliquid necessarium: & tunc tenetur pœnitens obedire: & ipse potest tunc supplere, quæ defuerunt. Quod si scandalum sequatur, non debet Confessarius adire ipsum pœnitentem, idem quoq; dicendum venit, si pœnitens nolit repetere confessionem, Tolet. vbi sup.

Sigilli obligatio, vt neque pœnitens ipse à Confessione interro gari possit extra c. obnoxius, & Confessarius pœnitentem festi. de ali quo peccato, in confessione cogno.

10 Quoad quartum verò, quantum tempore durat talis obligatio. Respondeo ad hoc cum Nauar. vbi sup. quod durat etiam post mortem, quoniam nascitur ex præcepto negatiuo, cuius vis obligat quoad semper, & pro semper. Vide Diuum Thom. 2. 2. q. 31. art. 2. Panormit. & alios in c. nouit. de iudic. Archidrac. impunè deponit. dist. 5. & in cap. si peccauerit 2. q. 1. & cap. præterea, de conf. d. 1.

Sigillum quantum durat Navar. D. Thom. Panorm. Sigillum vis latet multipliciter.

11 Primum, si quis Confessarius dicat suo pœnitenti publicè conuenienti, quod

sibi Sacramentum Eucharistia denegauerit, & ipse publicè responderit, ego denego tibi Sacramentum Eucharistia, quia habes casum reseruatum, à quo ego non possum te absoluerè: nam perinde est, ac si dicat, quod confessus est et ali- quod mortale, si quidem venialia reseru- uari non solent, vt dictum est in Prima Sectione. Itidem ille Confessarius, qui suo poenitenti, vel alijs dicit, ego dimisi eum à confessione sine absolutione: quia cum his verbis ostendit, quod suus poenitens vel habet aliquod graue peccatum, à quo ipse Confessarius non potest eum absoluerè, vel quod absque vera contritione accesserit ad tale Sacramen- tum.

12. Secundò, ille Confessarius detegit hoc sigillum, qui dicit de suo poenitente. Ille mihi confessus est multa, & grauiora peccata, Palud. vbi sup. & Nauarros. in cap. Sacerdos, & ille, qui duarum, aut trium personarum confessionibus auditis, de vna illarum sic loquitur. Hic nul- lum peccatum mortale habuit: quoniam indirectè videtur significare, alios duos mortalia fuisse confessos. Et ille, qui audita poenitentis confessione, statim consulit virum doctum præsentem, à quo quid agendum sit in aliquo casu confessionis querit, & accepto consilio illud redit, vt eum absoluat.

13. Tertio violatur hoc sigillum ab illis Confessarijs, de quibus Hostiensis. in summa de poenit. & remis. §. in quo tenetur, narrat, se vidisse ridentes, & iocantes, qui sibi inuicem confessiones auditas referebant, dicentes in hunc modum. Quidam Miles, & quædam Mulier hodie ad me venerunt, & illud, & illud mihi confessi sunt: qui quidem quamuis illorum nomina non exprimerent, per coniecturas tamen facile fuerat deprehendere.

Hic animaduertendum est cum Tolet. vbi sup. quod Confessarij sub sigillo confessionis debent celare non solum peccata mortalia, verum & venialia, & eorum circumstantias: mortalia enim nec in genere, nec in specie, nec in particulari sunt manifestanda, venialia autem in specie non possunt manifestari. In genere autem reuelare, non est contra sigillum: nam qui confitetur, manifestè ostendit, se habere saltem venialia,

aliter non esset confessio.

Item, defectus, qui ad famam poenitentis pertinent, sub sigillo sunt. Vt si quis in confessione diceret se illegitimum, vel ignobilibus parentibus natum, & similia: omnia hæc sub sigillo cadunt: reliqua verò, quæ ad peccatum non faciunt, vel ad infamiam poenitentis, non cadunt sub sigillo, quamuis Confessarius semper cauere debet, ne quod in Confessione tantum audiuit, dicat manifestando personam, cum circumstantes intelligunt illum ex confessione habuisse.

Quòd si interrogetur Confessarius, quomodo se gesserit cum tali poenitente, & tenetur respondere, quia Iudex, quia Superior: debet tantum dicere, ego functus sum officio meo.

14. Animaduertit Nauarr. vbi supra, vnum, nempe, quod non frangit sigillum confessionis Confessarius, qui ex Petri confessione intelligens Iohannem fuisse illius complicem in delicto: postea Iohannem de illo crimine interrogat in confessione, dummodo non exprimat, quod rem à Petro acceperit. Nec frangit sigillum Confessarius ille, qui reuelat secretum reuelatum sibi sub sigillo confessionis, vt vulgò fit, sine Sacramentali suorum peccatorum confessione, secundum Innocent. Panormit. & alios in cap. omnis vtriusq; sexus, etiam si flexis genibus id dicat, sed est tantum reuelatio secreti.

15. Sciendum tamen, quod licet Confessarius teneatur ad tantam obligationem secreti, ipse poenitens nihilominus non tenetur ad tale sigillum, sed potest sua peccata confessa alijs manifestare: similiter etiam poenitentiam sibi impositam: dummodo non se infamet absque causa: similiter etiam ne infamet Confessarium apud alios, dum arduam aliquam poenitentiam dicit, & tacet causam poenitentia: in tali enim casu non licebit manifestare: sed hoc non est propter sigillum, sed alia de causa, scilicet quia nullus se, vel alium sine causa infamare potest.

16. Quoad sextum, de poena, qua puniendus est Confessarius, qui peccata poenitentis in confessione tantum cognita manifestat, dico cum Nau. in cap. Sacerdos, num. 130. Lopez lib. 35. tit. 4. par. 1.

Defectus etiam.

Nota.

Nota ex Nauarro, quando non frangitur sigillum.

Poenitens non tenetur ad sigillum de suis peccatis.

Confessarius. frangit sigillum, quia peccata alijs manifestat.

verbo encargelado, Salzedo in cap. 109. verb. detrudatur, Couar. in 4. par. 2. c. 8. §. 12. num. 10. quod poena constituta in eap. Omnis vtr. sex. est, vt omni munere, ac dignitate spoliatus in arctum coenobium ad agendam perpetuam poenitentiam detrudatur.

Interpres, & qui casu audit poenam sentitur ad sigillum.
 Quibus etiam poenis punitur, qui reuelat confessionem, cuius est tantum interpres, & is, qui casu tantum audiuit: & is qui latenter abditus peccata auscultauit, & ea manifestauit: & is, qui dimidiam delictorum confessionem cum audisset, absolutionis beneficium minime contulit, vt tenet Syluest. verb. conf. D. Anton. 3. par. tit. 17. c. 22. §. 1. & 11.

D. Anton. Sotus.
 Sot. de rat. teg. memb. 3. extraordinarijs autem poenis afficiuntur illi, qui dicunt, talis habet peccata, a quibus eum absolueri non potui. vel, audiui eius peccata, & non absolui, vel, ego te non absolui, quia non accessisti ad confessionem cum debita contritione. Tales enim, & huiusmodi, poena extraordinaria puniendi sunt.

Poena autem dictae Decectalis comprehendit eos, qui singula peccata manifestant, non autem illos, qui vniuersam confessionem in generali, nullo in speciali reuelato peccato adaperiunt. Itaq; nullo pacto licet Confessario referare sigillum confessionis, nisi aliquando de licentia poenitentis, vt dictum est.

Nota.

17 Addam huic materiae vnum notatum dignum, quod aduertit Diaz in sua pract. c. 109. num. 4. nempe, quod Sacerdoti bonae famae, & honestae vitae, dicenti, se habuisse veniam a poenitente ad manifestandam confessionem, credi debet, cum actus veniae secreto fieri soleat, & nullo interueniente teste, ad hoc saltem, vt transferat onus probandi in asserentem sine venia se manifestasse.

DVODECIMA CONDITIO

Confessionis est, ut sit

LACHRYMABILIS.

alia committendi, cap. poenit. dist. 3. & sic considerata haec conditio, est de necessitate, secundum Sotum: si vero per Lachrymabilem intelligatur, quod sit comitata lachrymis sensibilibus, sic non est de necessitate, sed de bene esse, & ornatu, Caietanus vero ait, quod confessio debet esse Lachrymabilis, id est contrita, cum displicentia omnium peccatorum mortalium, & cum proposito ea euitandi. Talis autem displicentia quando est perfecta, & pertingit ad gradum talem, quod sit contritio, in qua includitur confessio in voto, sufficit simpliciter, non solum cum confessione adiuncta, verum & extra confessionem. Quando vero talis displicentia est imperfecta, tunc est attritio, quae aliquando cum confessione sufficit, aliquando vero minime.

Vide Bellarm. lib. 2. de poenit. Rodr. in Summa 1. par. c. 48. Consilium Trid. Sess. 14. c. 4. Sot. dist. 17. P. a Soto lect. 14. de poenit. Valent. to. 4. disp. 7. q. 8. pun. 1. Io: Med. tract. 1. de poenit. D. Ant. 3. par. tit. 14. c. 18. Nauar. in Man.

2 Sed vt de attritione praedicta habeatur cognitio, ponam hic, quae habet Nauar. vbi sup. num. 36. Est autem illa (inquit) secundum Caietanum duplex. Altera eorum quos poenitet peccasse, vel lentq; non peccare, sed non omnino statuunt a peccatis abstinere. Altera eorum, quos poenitet peccasse, & statuunt amplius non peccare, non concipiendo peccatum, vt rem supra alia omnia detestabilia detestandam, neque reputando ipsum vitandum supra omne vitabile. Quinimo etiam poenitudo illa, quae a nobis fuit supra definita. Contritio est poenitudo voluntaria cum dolore maximo actuali, vel virtuali peccati propriam commissi, quatenus est offensa Dei super omnia dilecti, cum spe veniae, & proposito non peccandi amplius, saltem mortaliter, & confitendi, & satisfaciendi, vt minimum virtuali, & quam habent illi, qui detestantur peccatum supra omne detestabile, ipsumque vitare proponunt supra omne aliud meritum vitandum, est attritio, vt ipse Caietanus arbitrat, quousq; Dominus Deus propter misericordiam suam, gratiam suam imperterit: sed est alterius speciei secundum eundem, appellaturque contritio informalis.

Caietan. Bellarm. Rodriq. Con. Trid. P. a Soto. Val. Med. D. Anton. Nauar. Attritio ad ex Nauar. & Caiet.

Lachrymabilis. Nauarrus. Contrita, & cum detestabili.

1 NAVARRVS explicans hanc Conditionem in cap. Fratres, num. 96. ait, quod confessio debet fieri necessario cum displicentia omnium peccatorum mortalium praeteritorum, & proposito, neque illa iterum, neque

At secundum opinionem communem, cuiuscumque habenti eiusmodi penitentiam Deus pro sua misericordia statim elargitur gratiam, & subindè non inuenitur sine gratia. Prima species prædictarum attritionum non sufficit, vt per eam solam remittatur peccatum: imò neque per eam, & absolutionem Sacramentalem simul. Quinimo peccat, qui cum ea petit, & accipit absolutionem. Idem est dicendum de illa penitudine, quam aliquis concipit, ob id solam, aut saltem principaliter propter detrimentum honoris, quietis, aut utilitatis temporalis, aut propter metum infamiae, laborum, pœnæ temporalis, aut æternæ, quamuis talis penitentia non sit peccatum, neq; malum opus, vti quidam dixerunt, imo potius est laudanda. Quæ omnia intelligenda sunt iuxta mentem Concil. Trid. in Sess. 14. cap. 4. vide sup. in explicat. 8. Condit. Secunda etiam species attritionis nō sufficit, secundum eundem, vt propter illam remittantur peccata, etiam adiuncta absolutione Sacramentali, licet sufficiat ad ipsam absolutionem exponendam, recipiendamque absque vlla culpa.

Nauar. dist. 1. de peccatis à Contritione doc. 1. v. 1.

3 Ab hac opinione Caietanus propter eius auctoritatem, & quia ei à nemine contradicitur, hucusq; nunquam fui ausus discedere. Sed nunc vbi debita censura, videtur eum, qui verè, & ex animo penitet peccasse mortaliter, & in posterum statuit numquam peccare ob id principaliter, maximè quòd peccatum est offensa, & iniuria Dei, & credens sine crassa ignorantia suum dolorem esse in id sufficientem, confitetur Sacerdoti, recipitq; Sacramentalem absolutionem, non solum satisfacere confessionis præcepto, sicut ille dicit. Sed etiam gratiam, & misericordiam à Patre gratiarum, & misericordiam consequi. Hęc est sententia Nauarri de verbo ad verbum, quam ipse postea multis probat.

De contritione. Vide locum. Circa hanc materiam de contritione, occurrunt aliqua dubia.

Contritio nē habere de singulis mortalibus Primum est, An singulorum mortalium commissorum sit necessaria particularis contritio?

non est necesse. Respondeo ad hoc quod non, sed satis est vna generalis omnium: Per hoc tamen non tollitur eorum peccatorum in particulari discussio, quæ necessaria est

ad confessionem, & quamuis non esset confessio (sicut non erat ante legem gratiæ) esset tamen necessaria ista discussio, licet non tam minuta, sed saltem quantum ad species peccatorum ad vitæ emendationem, quamuis ad gratiæ consequutionem saltem sufficeret prædicta generalis contritio, quæ post cadit in particulari supra quodlibet, cum confessio fit, vel cum homo in particulari se examinare tenetur. vide Petrum à Sor. Nauar. Caiet. Valent. loco cit.

5 Secundum Dubium. An homo statim post peccatum commissum teneatur de ipso conteri?

Respondeo, quod Caietanus, & alij tenent, quod quoties peccatum practice subit in memoriam, id est, cum recordatur eius, tanquam alicuius, quod operandum proponitur: tunc peccator tenetur conteri; Toletus tamen probabilius tenet, quòd non teneatur statim, etiam si recorderetur sapius commissi peccati, solum enim tenetur tunc, non in ipso complacere, tamen non tenetur poenitere, sed potest mentem alio diuertere: est .n. generaliter verum, vt quoties quis non tenetur confiteri, aut aliquid extra statutum præcepti facere, non teneatur conteri: cum tamen tempus est periculi tunc confiteri tenetur, vt in infirmitate acuta, vel cum est periculum naufragij, aut belli, aut similis, non existente copia Confessarij, conteri tenetur. Similiter in casu, quòd administrare debet Sacramentum, vel recipere, tunc conteri tenetur, maximè in administratione, alias nō statim tenetur, nisi à peccato desistere. Sic Tolet. vbi sup. D. Bonau. D. Tho. in 4. dist. 7. P. à Sor. & Nauar. loco cit. Dominic. Sor. distinct. 18. art. 6. q. 1. Valent. quæst. 8. par. 4.

6 Tertium Dubium est, quantus debeat esse dolor de peccato commissio, vt remittatur, seu vt vera sit contritio?

Respondeo, quod solum est necessaria peccati detestatio supra omne detestabile, vt diximus paulò ante; quæ si fit, peccatum delet, quamuis non sit tam intensa, quam potest esse detestatio alicuius mali temporalis: non enim est determinata intentio actus necessaria. Imò contritio vna licet remissa, potest delere quodcumq; peccatum, quamuis grauissimum.

Contritio de peccato commissio homo nō tenetur Caiet.

Toletus.

Tenetur bene nō complacere in ipso.

D. Bonau. D. Thom. P. à Sor. Nauar. Sor. Valentia. Dolor quā intus, vt vera sit contritio.

Ratio est, quare quælibet contritio quodlibet peccatum auferat, est, quia cum contritio est, gratia ipsa est: minimus autem gradus gratiæ sufficit omnia peccata a recipiente expellere, ipsumque Dei amicum facere, & ius ad gloriam æternam habere. Sic Tolerus, & rectè. Vide etiam Petr. à Soto, Valent. Domin. à Soto ubi supra.

absolutionis, docet sensum illorum verborum, non esse hunc, *Ego te absoluo à culpa*, sed ego te absolutum ostendo, & declaro. Sicut à simili dixit Christus Magdalene Lucæ Cap. VII. *Remittuntur tibi peccata tua*: quæ tamen erant remissa: ergo Christus solutam eam declarauit. Sed profecto falsa est talis sententia, & hoc tempore erronea, sicut eam censurant, Ricardus de S. Victore lib. de *Ricar. de s. potestate ligandi, & soluendi*, cap. 21. *Victore. D. Tho. in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. q. 1. Dur. D. Thom. q. 2. Scot. q. vnica, Ricard. art. 2. q. 1. Pet. Dur. Scot. à Sot. lect. 4. Caiet. to. 1. opusc. tract. 28. Ricardus, quæst. 5. Et vltimò damnata est opinio prædicta in Concil. Trid. Sess. 14. cap. 6. Caiet. on. & Can. 9. Con. Trid.*

7 Quartum Dubium est, si per contritionem formatam quis recipit remissionem peccatorum, à Deo antequam acceptus cedat ad Sacramentum, quid recipit, quoniam in Confessione dicit ei Sacerdos *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis?* & ed magis, quando quis augetur dubium, quia forma est in dicitur *Cõdicariui modi, & significat præsentaneum effectum, & poenitens, vt supponitur, iam est in gratia Dei per contritionem, quam habuit. Præterea, quando quis accedit ad Sacramentum confessionis, aut accedit in peccato, & sic absolui non potest, quia non est dispositus: aut accedit in gratia, & sic absolui non potest, quia iam est absolutus: quid ergo consequitur poenitens per formam illam, Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis?*

Respondeo, quod Sacramentum non suscipitur frustra ab eo, qui per veram contritionem iustificatus est.

Primum, quia Sacramentum auget gratiam, & poenam temporalem remittit, vel totam, vt in Baptismo, vel ex parte vt in absolutione: cõtritio enim cum solo Sacramenti voto culpam quidem purgat, sed reatum totius poenæ temporalis raro admodum tollit.

Secundò, quia nemo scire potest, se veram contritionem habuisse: & attritio cum solo Sacramento in voto non iustificat. Itaque vt quis de adepta Indulgentia seuerior sit, debet omnia illa remedia adhibere, quæ Deus ad purganda peccata instituit.

Tertiò, quia pactum implere debet, quod cum Deo quodam modo pepigit, qui per votum Sacramenti suo tempore suscipiendi, gratiam reconciliationis accepit. Neque forma Sacramenti redditur falsa, nam multis modis intelligitur, & declaratur à Doctõribus. Magist. sent.

Quod vero adducitur de Magdalena, dicendum, quod Christus Dominus cor, & dispositionem eius intruebatur, & ideo affirmare poterat internum effectum in ea factum, etiam si illis verbis non faceret, & præterea totum illud opus erat præsens, & in fieri quasi, & ideo poterat per præsens declarari. Alij dicunt, sensum illorum verborum *Ego te absoluo*, esse absolutionem non à culpis, sed ab obligatione eas subiicendi clauibus Ecclesiæ; & ratio est, quia qui contritionem habet, habet etiam confessionem in voto, alioquin non esset vera contritio, ergo quando Sacerdos dicit, *Ego te absoluo*, & poenitens per contritionem iam est absolutus à culpa, nihil ei remanet, nisi vt se subiiciat clauibus Ecclesiæ: quod dum ille facit, rectè ei dicit Sacerdos, *Ego te absoluo*, ab hac scil. obligatione. Hæc opinio refertur à D. Bonau. & ab Alenf. ubi sup. & eam D. Bonau. sequitur Gabr. ubi sup. & Supplement. *Alen. Gab. dist. 13. q. 2. art. 2.* Alij dicunt significari per illam formam remissionem poenæ, vel æternæ, vel temporalis, iuxta indulgentiam poenitentis, quam opinionem tenent Hugo, & Ricard. de S. Vict. Scot. dicit, quod quando culpa, & poena æterna sunt iam remissa per contritionem, quod per formam illam *Ego te absoluo*, significatur absolutio poenæ temporalis. Et Caiet. to. 1. opusc. tract. 5. q. 4. ad 2. dicit quid simile, sc. quod quamuis tota poena temporalis remissa sit, semper tamen manent reliquiæ peccatorum, quibus potest homo magis, & magis liberari, & ideo hoc saltem significatur per

Luc. VII.
Ricar. de s.
Victore.
D. Thom.
Dur.
Scot.
Ricardus.
Pet. à Soto
Caiet. on.
Con. Trid.

D. Bonau.
Alen. Gab.
Supplem.
Hug. Scot.
Caietab.

Mag. Gab.
Mag. Alf.
Medina.
dist. 18. quem sequuntur Gabriel. q. 1. art. 2. Maior. q. 1. & dist. 14. q. 2. Alenf. 4. par. q. 2. Medina tract. 2. quæst. de effectu

per formam *Ego te absoluo*. Alij dicunt quod adæquatus sensus illorum verborum *Ego te absoluo à peccatis tuis*, semper est vnus, & idem, scilicet tacitè subintelligendo, *quantum indigēs*, quod non fuit necesse exprimere, quia veluti ex natura rei subintelligitur.

Verior explicatio D. Thoma.

Sed verior expositio est illa, quam tradit D. Tho. in dicto art. 3. ad 5. dicens, sensum esse, *Ego te absoluo*, id est, absolutionis Sacramentum tibi impendo: qui sensus verus est in quocumque casu, in quo verum sit Sacramentum, siue homo ponat obicem effectui, siue non, & etiam si peccata sint iam plenè remissa,

et remittitur pars poenæ peccati solvenda in Purgatorio. Si autem quis consideret, quam acerba sit poena Purgatorij, suam profectò damnabit negligentiam, & ad hoc Sacramentum pluries accedet. Hoc enim certum est, nullam in hoc Mundo à quocumque crudelissimo Tyranno posse poenam corporalem affigi, quæ aequet minimam, quam anima patitur in Purgatorio.

4 Tertia vtilitas est, quod inimicus debilitatur: Dæmon enim multum insurgit contra hominem, dum peccata seculum recondita habet, nec Medico spiritali aperit. iuxta illud Psal. XXXIV. *Psalm. 34. Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea.* At cum homo ad confessionem confugit, timet Dæmon, nec audet accedere ei, qui omnes eius suggestiones Confessario aperit. Caro etiam multum succumbit spiritui propter augmentum gratiæ, quod habet anima ex frequenti confessione.

5 Quarta vtilitas est, quod peccatum non ita fortiter radicatur in anima. Hoc dico propter aliquos, qui frequenter solent in mortale aliquod prolabi, & quamuis modò confiteantur, nihilominus solent in idem peccatum redire ex aliqua fragilitate. Istis profectò sequens confessio hoc præstat, quod illud peccatum semel commissum, nisi penitentia, & confessione deleteretur, alio sequenti fortius animæ inhaereret, alijsque superuenientibus, in habitum quemdam difficillimum postea ad expellendum transiret. At confessio frequens istam impedit radicationem, & emendationem facilius, & citius consequitur. Vndè legimus de illo, qui duas ollas luto plenas habuit, vnâ singulis diebus mundabat, & iterum luto implebat: alteram multo tempore plenam reliquit. Postea, quum ab hac luto extrahere vellet, vix potuit, nisi ollam rumperet.

6 Quinta vtilitas est, nam cum ex frequenti confessione pluries sit in gratia: plura bona opera facit in gratia: & licet postea peccet: tamen cum iterum redit ad gratiam, illi restituntur omnia illa bona opera, quæ per peccatum mortificata erant. At opera in peccato facta, numquam sunt meritoria vitæ æternæ, licet homo ad gratiam redeat. Quod si est in gratia semper, cum illi augetur gratia

TERTIADECIMA CONDITIO

Confessionis est, ut sit

Accelerata

ACCELERATA.

Caietanus. Post patrum peccatū nō dī

1 **D**OCET Caietanus ex predicta conditione, vt statim post commissum peccatum lethale non differatur confessio, si commoditas Confessarij adsit: & sic intellecta hæc conditio, quantum ad executionem confessionis, consilij est, non præcepti: sufficit enim de necessitate, vt proponat tempore determinato ab Ecclesia confiteri. Nihilominus iuuat non parum, vt quis acceleret confessionem, & eam frequentet. Quod vt fiat, dicam cum Toletto eas vtilitates, quas affert frequens confessio, lib. 6. cap. 11. Instruēt. Sacerd.

Confes. frequens vtilissima.

2 Prima est gratiæ augmentatio, quoties enim homo confitetur, si debito modo accedat, si in peccato est, consequitur gratiam, & peccati remissionem: si autem est in gratia, consequitur augmentum gratiæ, vndè si quater in Mense confitetur, quater etiam augetur gratia, & si pluries cōfiteretur, pluries augetur gratia. Quanti autem valoris sit gratia, vix potest cognoscere hoc tamen est certum, eligibiliorem esse minimum gradum gratiæ, quam possidere perpetuò vnuersum orbem: & in altero Mundo datur maior gloria essentialis, duratura in æternum, ei, qui in hoc Mundo maiorem habuit gratiam.

3 Secunda vtilitas est remissio poenæ temporalis, quoties enim homo confite-

gratia per confessionem, eadem opera bona sunt magis meritoria, quam non essent, si in tanta gratia homo non esset.

7 Sexta utilitas est, quod minus est expositus periculo, qui sæpè confitetur: nam si sæpè peccat, sæpè est in gratia: facilius est autem mori in gratia, ei, qui sæpè eam habet, quam ei, qui rarò.

8 Septima est, quòd homo suam melius scrutatur conscientiam: isti enim, qui semel in anno confitentur, vix tertiam partem peccatorum confitentur.

9 Octava est, quod liberatur homo à graui fastidio, & timore, quem homines rarò confitentes patiuntur. Nam cum tempus confitendi aduenit, dolores parturientis sibi pati videntur, & magna angustia, & timore semper procrastinant vsque in diem vltimum Quadragesimæ. Et quod peius est, aliquando negligunt præceptum Ecclesiæ: & quod adhuc pessimum in mortis articulo aded magna hac angustia premuntur, vt aliquando desperent.

10 Nona, & vltima est, quod qui est in gratia, conseruatur multum in ea per frequentes confessiones Sacramentales: homo enim est magis illuminatus, vt se cognoscat, & ea, quæ nocent animæ intelligat. Multa alia bona frequens confessio homini affert, sed ista enarrasse sufficiant. Sic Toletus.

Dubium. 11 Dubium vnum hic subiungam, An sit bene confessio generaliter?

pe generaliter. Respondeo ad hoc, quod facere confessionem generalem rotius ante actæ vitæ aliquando est necesse, aliquando vtile, aliquando damnosum. Expedi enim, imò necesse est, vt fiat confessio generalis in anno probationis, siuè in principio, siuè in medio, siuè in fine anni, ad tollendam omnem scrupulum præteritarum confessionum, & ad pacandas, & quietandas conscientias.

Vtile verò est multoties id facere post emissam professionem de peccatis in Religione commissis, maxime in quibusdam solemnitatibus præcipuis, vel Iubilæis, & huiusmodi: profunt enim valde tales confessiones ad renouandum propositum in seruitio Dei: & eò magis id debet facere, qui per talem confessionem expertus est, se in via DEI proficere.

At damnosum est, talem confessionem generalem facere, quando timerur, vel præteritorum delictorum complacencia, vel quod conscientia euadat scrupulosa, vel quid aliud, vt rectè Medina admonet in sua Instruct. Confessariorum li. 1. cap. 12. Ponam hic quæ habet Caiet. relatus à Nauarro in cap. fratres de pen. distinct. 5. num. 30.

Medina. Caiet.

Ex scrupulosa (inquit Caietanus) & inquiet a phantasia cadere in conscientiam iteranda, & reiteranda pluries confessiones, vituperabile est. Quoniam procuranda est pax anima, & conscientia, qua cum huiusmodi iterationibus non stat. Et quando hoc accidit, in veritate deberet talis, postquam semel ita confessus est, & absolutus, vt iam ipse, quam Confessarius doctus sufficientem iudicet Confessionem quiescere.

Et si postea scrupulus aliquis occurrat de aliquo tanquam non confessio, si sibi videtur, quod fuerit confessus, quiescat, & non amplius confiteatur.

Nec propterea exponit se periculo talis, quia non est certus se confessum: quoniam hoc putandum est huic viro infirmo, vt certum, quod apud alium esset opinio: etenim passio hæc, infirmitas corporis, tollens, seu impediens in illo tempore firmitatem iudicij, & timor, & motus phantasia in tantum operantur, vt nisi quiescat, consurgunt tot ambigua, vt nunquam videatur confessus. Sic Caietanus.

Cui consonat Nauarrus, qui in eodem loco, & de eadem re tractans, ait. Hoc autem sanctum, ac vtile esse (scilicet confiteri sæpè de vna, & eadem re) intellige, quando quis confitetur ex deuotione pluries eadem peccata cum quæta conscientia, sine molestia Confessariorum, non conterendo in hoc tempus, alijs magis pijs, aut vtilibus operibus impendendum, & breuiter, seruatis prudentiæ conditionibus: alias autem vituperabile est.

Nauarrus.

DECIMA QUARTA CONDITIO

Confessionis est, vt sit

FORTIS.

1 TANTA enim constantia facienda est confessio, inquit Nauarrus in cap. fratres, vt nulla verecundia, nullus timor dehortetur penitentem à

Fortis, Naua superas timorem.

tem à confitendo: & sic intellecta hæc conditio, de essentia est, secundum Sotum: si vero per Fortem intelligatur strenua, & virili animo facta, de ornatu confessionis est. Cognoscitur autem fortitudo, si penitens antequam interrogetur à Confessario, per se dicit peccata sua, vt à Confessario postea adiuuetur in eo, quod deficit, quia conducit ad humiliationem confitentis, quod prius ipse enarrat iniustitias suas, ne sit veluti Nabuchodonosor, qui Satrapis dicebat, Indicate somnium meum.

Confessarij cautela in Hic verò notandum, quod licet Confessarius debeat adiuuare penitentem, & interrogari de multis interrogare: hoc tamen cum magna cautela, & prudentia debet facere, nam solum debet eum interrogare id quod expedit, & non amplius, iuxta

D. August. illud Augustini relatum à Grariano in cap. 1. de pœnit. dist. 6. §. diligens, & à Magist. sentent. in 4. dist. 19. in fine. Diligens Confessarius sapienter interroget peccatorem, quod fortasse ignorat, vel pro verecundia velit occultare.

D. Thom. Quibus verbis D. Tho. in addit. ad 3. p. dicit, Confessarius teneri scrutari conscientiam peccatoris, sicut solet Medicus ægri tudinem ægri, & Iudex causam litigantis. Vnde rectè dicit Angelica verb. interrogaciones, in principio, nempe Confessarium teneri sub pœna peccati mortalis ad interrogandum omnia, quæ ipse videt necessaria ad hoc, vt sit integra, & fructuosa confessio.

Ad duo autem præcipuè debet attendere, nempe ad numerum peccatorum, vt penitens explicet ipsum numerum, quando recordatur, quando verò minime, dicatur, plus, minus, & ad speciem particularem eius, quod generaliter confitetur: nam sunt multi penitentes, qui semper confitentur, & dicunt peccata in genere, nunquam verò descendunt ad particulare: & hoc Confessarij debent perpendere.

Tria seruanda in Sunt autem tria obseruanda in tali confessione interrogacionibus.

in interrogacionib. 1. Primum est, vt non interroget omnia, quæ penitens poterat commississe, sed tantum illa, quæ homines eiusdem qualitatis efficere solent.

2. Secundum est, vt solum interroget confucta peccata, quæ ferè omnes noverunt, & quæ cõmuni solent à talibus

penitentibus: nõ autem interroget peccata occultiora, quæ per discreti homines inuenerunt, ne doceant ipsos penitentes ea, quæ ipsi nunquam cogitarunt.

3. Tertium est, vt in peccatis carnalibus non nimium descendat ad particulares circumstantias, singulas quasque minutim interrogans, ne se ipsum, aut penitentem ad aliquam delectationem alliciat. Quocirca, cum de pollutione voluntaria, vel de fornicatione interrogat, nihil de modo perpetrandi inquirat: satis est dicere quoties id commiserit, modò id explicet, quod necessarium est ad ipsius peccati naturam, & speciem cognoscendam: & consequenter, summam tantum debet interrogare de occultis, amplexibus, alijsque tactibus impudicis eos, qui non sunt Matrimonio obstricti. Illos vero, qui obstricti sunt, magis perfunctoriè, vel nihil penitus, nisi solum ad intelligendum, an aliqua extraordinaria pollutio fuerit subsequuta: vel an illi tactus fuerint cum probabilis pollutionis periculo: quoniam alia, aut non sunt peccata, aut non sunt nisi venialia, Caiet. 2. 2. q. 154. art. 1. Nau. in Man. cap. 5. Sot. dist. 18. q. 2. art. 4. Petr. à Soto lect. 9.

4. Quartum, si Confessarius viderit penitentem velle occultare aliquid graue peccatum, vel ob pusillanimitatem, vel ob verecundiam: eo casu debet penitentem monere, vt eum peniteat illius pusillanimitatis, qua deterrebat a confitendis necessarijs, & ita suadeat ei, vt illud quoque peccatum, quod commisit, volendo aliqua occultare, cum alijs confiteatur.

DECIMA QVINTA CONDITIO

Confessionis est, vs sit

ACCVSANS.

Accusans.

1. **V**NVM de præcipuis in Confessione seruandis à quolibet penitente, est, vt ipse accuset sua peccata, imputans ea sibi imputando, non Diabolo, non Mundo, non carni: vnde in cap. non est 15. quest. 1. dicitur, Non est cuiquam nostrum a scribamus ærumnam, nisi nostra voluntati, & paulò post. Voluntarium sibi nullam aligis Christus, voluntarium sibi

sibi, id est imputans peccata.

Seruum Diabolus auctonator, neminem iugo seruitutis astrictum possidet, nisi se idli prius peccatorum are vendiderit. Vel
ausans, Accusans debet esse confessio, id est, non excusans, quia circumstantias aggravantes, vel mutantes speciem debet penitens explicare, excusantes verò debet tacere.

ausans, non excusans.

Sotus. Scio Sotum aliter sentire, nempe quod circumstantiæ attenuantes, & excusantes peccatum in confessione declaranda sunt, ut sic peccans honori suo consulat: nihilominus Paludanus ait, melius esse, eas in confessione filere, quia earum declaratio in fauorem penitentis est, & sic eas tacere potest cedendo Iuri suo, ut peccata sua maiori pudore, & confusione in confessione expriman- tur. Sic ille.

Ant. Sotus de circumstantiis minuentibus.
S. Bonau. Gab. Viç. Sot. Cano. Com. Trid.

2 Verum de circumstantiis minuentibus cum distinctione loquendum est, nam vel minuunt variando speciem, vel intra eandem. de prioribus, certa res est esse declarandas, ut docet S. Bonau. in 4. dist. 17. art. 5. quæst. VI. Gabr. quæst. 1. artic. 2. Victor. num. 102. Sotus, Cano, & alij: & patet ex Concil. Tridentino, in Sess. XIV. Cap. V. generatim dicente, omnes circumstantias mutantes speciem esse confitendas.

Nauarrus.

At verò de circumstantiis minuentibus intra eandem speciem Bonauent. & alij præsertim Nauarr. in Man. cap. 6. num. 6. non solum negant esse necessarium: verum etiam (per se loquendo) non esse expediens illas declarare, quia non deserunt ad accusationem, sed ad excusationem, quæ non incumbit ipsi reo: & quamuis Iudex forè maiorem aliquam grauiter concipiat, nullum graue incommodum sequitur in hoc iudicio: & si quod est, totum cedit in graueni ipsius penitentis: ipse autem potest cedere Iuri suo, & erit vtile ad maiorem satisfactionem.

Sot. Cano.

Scotus autem, Cabo, & alij putant hoc esse necessarium, quando circumstantia notabiliter minuit, quia alias putant Iudicem decipi in re graui, scilicet, quod tunc penitens debet explicare ipsam circumstantiam diminuentem notabiliter. Vtraque sententia probabiliter loquitur, & potest ad Præxim reduci.

DECIMASEXTA CONDITIO

Confessionis est, ut sit

PARERE PARATA.

Parere parata ad penitentiam accipientem

1 Conueniunt omnes Summistæ quod penitens ad Confessionem accedens, debet habere animum promptum, & paratum ad acceptandam satisfactionem, & penitentiam à Confessario pro suis peccatis sibi impositam: & peccat mortaliter, qui Superiori non parat, at Confessarius Superior, & præfectus contentus est, etiam si confitens fuerit Papa, glori. putata sing. in c. sanè 2. de offic. deleg. quæ similem habet, in c. nemo 9. q. 3. & Rabanus ait, penitens debet quicquid ei iniunctum fuerit, ita cautè seruare, tanquam ab ipso Deo prolatum.

Gloss.

2 Dubitatur hic. An penitens teneatur sub mortali acceptare penitentiam sibi à Confessario impositam? Et an possit illam refutare, offerendo se ad peragendam illam in Purgatorio?

Dubium.

Respondeo, quod circa hanc difficultatem est opinio Scoti in 4. dist. 17. quæ sequitur Gabr. dist. 16. q. 2. & Med. C. de confess. disertè tractans eam, & quam maximè commendat, & amplectitur Doctor Nauarrus in Man. c. 25. n. 28. scilicet, quod sufficit penitenti habere propositum satisfaciendi DEO in hoc Mundo, vel in Purgatorio.

Resp. Scot. Gab. Med.

Nauarrus. Sufficit penitenti vel le satisface re, vel in

Quibus consonat Hostiensis in sum. de penit. 5. & an sit, vers. Qui de oper. & Panorm. in c. significauit, n. 1. eod. tit. nisi quatenus tenent, quod ipse penitens sit obligatus acceptare aliquantulum penitentiam, & saltem vnum Pater noster.

Purgat. Sic prædicti DD. Host. Pan. Scoti sententia recepta in

Quæ sententia Scoti recepta est in Vrbe, & in Orbe, ne cuiquam scilicet denegetur absolutio, eo solo, quod nolit acceptare penitentiam sibi iniunctam, modo habet propositum verè plene satisfaciendi Deo, viuens, per bona opera, & Indulgentias: vel mortuus in Purgatorio cruciatu horrendo. Sic Nauarr. vbi supra.

vrbe, & ubi.

3 Sed contraria sententia est communior, & verior, quam Moderniores sequuntur, scilicet, ut penitens habeat animum, & propositum peragendi, &

exequendi, quod Confessarius iudicauerit necessarium erga ipsius cōscientiam: scilicet, paratus restituere tertię personę, si Confessarius iudicauerit; paratus etiam super occasiones peccatorum remedia acceptare: rursus acceptare pœnitentiam, quam Confessarius iniunxerit. Itaque Confessarius obligare potest pœnitentem, vt satisfactionem, & pœnitentiam impositam acceptet, & impleat. Quę conclusio videtur nunc tam certa, vt sine temeritate negari non possit. Et probatur Primo ex Concilijs. Secundo ex Doctoribus. Tertio ex rationibus.

Primo probant intentum Concilia, nam Trid. Sess. 14. cap. 8. quod est de satisfactionis necessitate, & fructu, his verbis præcipit Confessarijs:

Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggererit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, saluantes, & conuenientes satisfactions iniungere: ne si fortè peccatis conuineant, & indulgentius cum pœnitentibus agant leuissima quedam opera pro grauissimis delictis iniungendo, aliorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem pra oculis, vt satisfactio, quam impetrant, non sit tantum ad noua uita custodiam, & infirmitatis medicamentum: sed etiam ad præcitorum peccatorum vindictam, & castigationem: nam clauis Sacerdotum, non ad soluendum dumtaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent.

Et Can. 15. *Si quis dixerit, clauis Ecclesie esse datas tantum ad soluendum, non etiam ad ligandum: & propterea Sacerdotes dum imponunt pœnas confitentibus agere contra fidem clauium, & contra institutionem Christi, anathema sit.*

Ex quibus verbis patet, quod finis clauium, & Christi institutio id exigit, vt pœnitentibus pœnę in Sacramento Pœnitentię imponantur: ergo hunc finem, & hanc Christi institutionem peruertere, nec Sacerdoti, nec pœnitenti: nec ulli potestati humanę licet.

Concilium Lateranense, cui interfuit Innoc III. vt liquet ex cap. omnis vtr. sexus de pœnit. & remis. iubet, omnem vtriusque sexus fidelem, qui doli sit capax, singulis annis semel saltem proprio Sacerdoti confiteri omnia peccata: in Paschate Eucharistiam sumere: & iniunctam pœnitentiam pro viribus ad-

implere. At verba hæc (confiteri, suscipere, adimplere) necessaria officia eius, qui confitetur, præ se gerunt.

Concilium Lateranense, cui Leo X. præfuit, præcipit, vt qui Deum, Diuosq; contumeliosis verbis insectantur, in foro conscientię absolui non possint, nisi (verba sunt Concilij) grauissima pœnitentia seueri Confessoris arbitrio iuncta: at blasphemię reus Sacerdotis absolutionem sine scelere contemnere non potest: ergo nec pœnitentię.

Concilium Florentinum, vbi præcipit de Pœnitentię Sacramento, dicit: Pars pœnitentię satisfactio est, secundum arbitrium Sacerdotis. Illa verò, quę pertinent ad doctrinam Sacramentorum, & ad rationem, quemadmodum à Christo sunt instituta, ac tradita, non ad liberam cuiusque voluntatem, sed ad necessitatem, cogentemque legem referuntur, vt nullo pacto liceat cuique minuire, aut immutare.

4. Secundo probant intentum Doctores, Ricard. de S. Victore in tract. de potestate ligandi, & soluendi, Cap. 8. ostendit, pœnitentem lege necessaria satisfaciendi Sacerdotis arbitrio esse adstrictum his verbis: Pœnitentem namq; à debito damnationis Deus absoluit sub tali conditione, vt eum oporteat, prout potest, Sacerdotis absolutionem quærere, & ad eius arbitrium debito more satisfacere: nam si facere neglexerit, periculum æternum non euadit. Idem docet Magist. sent. in 4. dist. 18. & D. Tho. ibid. & in 3. par. q. 80. art. 2. vbi sic ait: Requiritur ex parte pœnitentis, Primò quidem voluntas compensandi, quod fit per contritionem. Secundò, quod se subijciat arbitrio Sacerdotis loco Dei, quod fit per confessionem. Tertio, quod recompenset secundum arbitrium Ministri Dei, quod fit per satisfactionem. Idem docet Alex. de Ales in 4. par. q. 24. in 4. art. 5. Dur. in 4. dist. 20. q. 1. & 2. Ricc. dist. 18. art. 1. q. 5. & Palud. dist. 20. q. 1. art. 2. & q. 2. art. 3. & q. 1. art. 2. affirmat, quemlibet Christianum ad satisfactionem cogi arbitrio Petri, Maior. dist. 17. q. 2. Almayn. dist. 18. q. 1. art. 2. Sot. dist. 20. q. 2. art. 2. Can. in par. 5. relect. de pœnit. Pet. Sot. lect. 2. de pœnit. Ledef. 2. p. 4. q. 20. artic. 3. Roffensis artic. 5. contra Lutherum.

Et non solum tenetur penitens acceptare iniunctam penitentiam: verum & ipsam implere, sic Sor. & P. a Soro, & D. Tho. vbi sup. Valen. disp. 7. q. 14. punc. 4. vbi ait, mortale peccatum esse ex genere, iniunctam penitentiam nō perficere. Et maior vbi sup. habet, quod ei qui penitentiam iniunctam tenuerit suscipere, interdicens est ingressus Ecclesie. Vide etiam Dominum Bellarm. lib. 4. de penit. cap. 13. Addo, quod Magister Victoria ait absolutionē Sacerdotis actū esse iudicalem ex Can. 9. Ses. 14. Conc. Trid. Sed iudicium dici non potest, inquit D. Tho. in 4. d. 19. q. 1. art. 1. ad q. 3. nisi vim coactiuam habeat: quare Sacerdos cogere potest penitentem ad penitentiam iniunctam suscipendam, & adimplendam, nām vnusquisq; tenetur parere Iudici rectē iudicanti, & impositio penitentiae est pars iustitiae.

Secunda ratio, Sacramentum penitentiae est Sacramentum iurisdictionis, vt probat Gabriel in 4. dist. 19. q. vnica. Hinc fit, vt non quilibet Sacerdos Ius dicere possit in hoc Sacramento, sed is solum, qui ad potestatem ordinis adiunctam habet potestatem iurisdictionis, vt omnes Catholici docent, & credunt. At iurisdicō sine coercitione nulla est. ff. de off. eius, cui mandata est iurisdicō l. postrema, cap. pastoralis, de off. deleg. ergo si Sacerdos in Sacramento penitentiae iurisdictione vtitur, vim puniendi, & coercendi reum habeat, necessē se est.

Tertia ratio. A beo exigit Deus satisfactionem, & compensationem iniuriae, a quo offensus est, & cui impertitum est Sacramentum Penitentiae, & reconciliationis: sed totus homo offendit Deum, & toti homini, non animae tantum largitus est Sacramentum reconciliationis: ergo a toto homine exigitur satisfactio. Sed in Purgatorio non viuunt totus homo, sed eius rātum anima: ergo in hoc Mundo Deo fieri debet satisfactio iniuncta: Sacramentalis namque satisfactio, quam praestat Deo anima in Purgatorio, longē diuersa est ab ea, quam a toto homine Deus exigit in Sacramento penitentiae.

Quarta & vltima ratio. Sacramentum Penitentiae consistit in essentia, & integritate, & vtrumque habet a Chri-

sto, & vtrumque est pars Diuini. Sed satisfactio est pars integritatis, non item essentiae, vt communitet docent Theologi: ergo non est in potestate cuiusquam hominis, integritatem hanc violare. Violaretur autem, si is, qui sua peccata confitetur, recusatē a Sacerdote iniunctam penitentiam, eamque reseruaret post hanc vitam: ergo id poenitentem non licebit. Et haec sufficiant pro presenti conditione, & pro toto hoc discursu de conditionibus confessionis, de quibus consulto in principio huius tertiae Sectionis locuti sumus. Nunc more solito reliqua per Articulos prosequamur.

ARTICVLVS I.

An possint cogi Regulares, vt in quolibet Mense pluries confiteantur.

Respondeo, quod Dubium hoc mouetur propter Cle. 1. de stat. monach. vbi praecipitur Religiosis S. Benedicti, vt singulis mensibus confiteantur. De quo iure, primum incertum est, an obliget tantum eos, qui habent conscientiam peccati mortalis, vel etiam si non habeant nisi venialia. Glossa enim ibi, priorem sententiam significat, dum ait, ibi fieri determinationem mensurā pro illis Religiosis, sicut facta est annua pro omnibus fidelibus: & hoc sequitur Sorus. dist. 18. q. 1. ar. 3. & in dicat Palud. dist. 17. q. 2. ar. 4.

Alij vero secundum existimant cum Caetano tom. 1. opusc. titul. 5. quzst. 1. Cano. relect. de poenitenu par. 5. Nau. in c. placuit. n. 110. & certē videtur magis consonum intentioni Summi Pontificis, tum quia non est verisimile, praesumpsisse sumum Pontificem Religiosos peccaturos mortaliter singulis mensibus: tum etiam, quia praecipit, seu rogulis ibi positis, incedit Summus Pontifex reformare Religionem illam: non esset autem reformatio, sed potius relaxatio Religionis, si rātum post commissum peccatum mortale, & singulis mensibus ad confessionem obligaretur.

Deinde incertum est, an illud ius sub mort. li obliget Religiosos ad mensurā confessionem. Sotus vbi sup. videtur consequenter affirmare: quod etiam

Sotus
Palud.

Casus.
Causus.
Nauar.

Sotus.

Major.
Nauar.
Cristianus.

sentit Major in dist. 17. q. 2. Nauar. versu
vbi supra. dicit, solum eos teneri de ho-
nestate. At Cajetanus sentit, non obli-
gare illam legem ad peccatum mortale:
quod sequitur Cano vbi sup. quia nec
verba legis, nec poena imposita tantam
obligationem indicant. Quae ratio non
multum cogit, quia verbum, teneantur,
vel aliud simile, quo ibi Pontifex vitur,
de se sufficiens est: grauitas autem
obligationis non est colligenda ex poe-
na, sed ex materia legis: hic vero ma-
teria grauis est, scilicet, vsus Sacramenti
ad vitam Religiosam magis necessarij,
sicut etiã ibi praecipitur communio sin-
gulis mensibus, quae etiam videtur ma-
teria grauis.

Resolutio.

2. Vnde existimo hoc pendere ex in-
stituto, & consuetudine talis Religio-
nis: arbitror enim hanc constitutionem
nō magis eos obligare, quā alias eius-
dem Religionis constitutiones, quia in
soto illo capitulo nullum verbum est,
quod aliud indicet. Vnde si vsus, & de-
claratio talis Religionis est, vt constitu-
tiones eius non obligent ad culpam, si-
cut in nostris expressè apparet: tunc tale
ius non obligat ad mortale: si vero nulla
est talis declaratio, neque ex consuetu-
dine Religionis aliud constat, lex hæc
explicanda est iuxta vim verborum, &
qualitatem materię, in quam cadit: &
ideo ex suo genere inducet grauem obli-
gationem propter rationem iam factam.

Prælati
potest cog-
ere subditū
seruat, quia
alioqui viueret
præter com-
per poenas,
munem vsus
Religionis: eo
magis, quia
vbi pluries
spontaneè se
obligauit ad
vnuendum, non
solum iuxta
Regulam, verum
& iuxta consti-
tutiones ipsius
Religionis: ergo
ratione huius
spontaneæ obli-
gationis potest
cogi, vt faciat,
quod ceteri religio-
si sui ordinis
communiter faciunt.
Et per
supradicta patet
solutio difficultatis,
quæ ex nostris
statutis potest
oriri, statuit
enim, vt fratres
bis in hebdomada
confiteantur: ideo
potest dubitari,
an hoc facere
teneantur fratres
ex præcepto, necne?
Respondetur enim
negatiuè, sed
solum tenentur
ad poenam.

An si Religiosus non habeat nisi venialia,
possit cogi ad illa confiteatur?

Respondeo quod Sotus in dist. 18. q. 1. ar. 3. cum D. Tho. in 3. p. q. 65. art. 1. tener partem negatiuam, quia, inquit S. Thom. ad deletionem venialis peccati nullum est directè institutum sacramentum: & ratio est, quia sacramenta omnia ad infusionem gratiæ sunt instituta: veniale verò peccatum absque gratiæ infusione remitti potest per actum charitatis. Eandem opinionem tenet Scotus in 4. dist. 17. & Dur. 16. q. 9. Citatur autem à Soto vbi sup. S. Bonau. Durand. in 4. d. 17. art. 2. q. 1. ac si teneat contra. D. Bonau. riu: nihilominus si tota illa quæstio per-
pendatur, nihil contra ea, quæ determi-
nata sunt, inuenietur: ait enim seraphi-
cus Doctor.

Confessio venialium non est in præcepto, est tamen in consilio: in præcepto non est, quia cum sint de sui natura venialia, per se possunt veniam consequi, sine per poenitentiam interueniam, sine per exteriorem assumptionem, sine etiam per poenam purgatoriam.

Quamuis autem de ratione sui generis nō sit necessarium ea confiteri: tamen congruum est, maxime viris perfectis, quia utile est multum, & poena illis debita minus in virtute clauium. In casu autem contingit, quod homo teneatur ea confiteri, siue propter dubium, quia dubitat probabiliter, vtrum sit mortale, vel veniale: ideo, si non poenitet, sicut de mortali, discrimini se exponit: ideo debet confiteri, sicut incertus in conscientia, & iudicio Sacerdotis relinquat, vtrum sit veniale, vel mortale. Sine etiam propter ecclesiasticum statutum tenetur, quia omnis fidelis semel in anno tenetur confiteri: sed hoc non propter peccati venialis morbum, sed propter præceptum. S. Bonau. Hæc S. Bon. cū quo concordat. Rich. ibid. Riccard.

2. Sotus nihilominus contendit, quod neque ex præcepto ecclesiæ, nam tale præceptum præsupponit materiã necessariam, quæ cum non sit talis respectu venialium: concludit, quod qui non habet mortale, non tenetur confiteri: quæ sententia videtur plausible Moderni. Nihilominus sententia S. Bonau. est etiam plausible Nau. in cap. placuit. quando to sub. num. 110. vbi refert. Clem. ne in agro.

plac. D. egro. S. face de stat. monach. Et Caiet. in paruis opusculo. tract. 5. q. n. asserit, monachos, etiam nulla mortalia, quae confiteantur habentes, ad id teneri, & oportere illos eo casu confiteri venialia, vel mortalia alias detecta confessario.

Conclusio.

Et sequitur ibidem Nau., sicut igitur nemo tenetur venialia confiteri, si in diuinum tantum attendas: si tamen humanum, tenetur. Ex quibus verbis possumus concludere, quod quia Religiosi, maxime nos Capuccini per nostra statuta pluries in hebdomada confiteri teneamur, & cum ad seruanda talia statuta sponte nos obligauerimus, quod (supposito, ex diuina gratia nos peccata mortalia non habere) tunc tenemur venialia confiteri, ad hoc vt in confessione sit materia, supra quam forma absolutionis detur. Vel necesse est aliqua mortalia alias confessa iterum confiteri propter eandem rationem.

31. Queres. An veniale peccati possit sine poenitentia deleri? D. Tho. 3. p. q. 87. art. 1. ait, saepe deleri sine poenitentia, quae est sacramentum, at non sine poenitentia, quae est virtus. Sciendum igitur, inter omnes conuenire, non dimitti veniale peccatum per aliquid, dñi voluntati ipsum peccatum placet. Et etiam constat inter omnes, non remitti sine actu poenitentiae explicite, vel implicito, hoc est, sine actu, quo peccatum veniale, quod nostra sponte contraximus, nobis aliqua ratione displiceat. Sed dubia quaestio est, An sit necessarius expressus actus poenitentiae, quo de veniali noxa, quam admisisse doleamus, an sufficiat actus tantum implicitae poenitentiae? Dur. in 4. d. 16. q. 2. nu. 9. & d. 21. q. 1. ad fin. videtur requirere explicitem actum poenitentiae. Sed communis est Theologorum sententia implicitum sufficere: ita docent. S. Bon. in 4. d. 21. ar. 1. q. 2. Ricc. dist. 16. ar. 5. q. 1. Scot. d. 21. q. 5. Palud. dist. 15. q. 1. ar. 1. & 2. Gabr. d. 16. q. 5. ar. 1. not. 2. & 3. Caiet. 3. p. q. 87. ar. 1. Sor. dist. 15. ar. 1. Et ratio est, quia ad peccatum veniale tollendum solum necessarius est actus, quo voluntatem in peccato veniali actu, vel habitu inhaerentem mutemus: ergo sufficit qualescunque actus, per quem ab ea voluntate recedamus spe, & causa veniae impetrandae.

Peccatum veniale dñi est in volu.

Non remittitur sine actu poenitentiae.

Dubium.

Dur.

Resolutio.

S. Bonau.

Ricc. dist.

Scot. d. 21. q. 5.

Paludan.

Gabr. d. 16. q. 5.

Caiet. 3. p. q. 87. ar. 1.

Sor. dist. 15. ar. 1.

Et ratio est, quia ad peccatum veniale tollendum solum necessarius est actus, quo voluntatem in peccato veniali actu, vel habitu inhaerentem mutemus: ergo sufficit qualescunque actus, per quem ab ea voluntate recedamus spe, & causa veniae impetrandae.

4. Sciscirabit. An sufficiat quicumque dolens idoneus, & legitimus, sed remissus, & parvus? Resp. ad veniale peccatum tollendum, in quo spontaneo actu adhaeremus, non sufficit quicumque actus, etiam si fuerit vera contritio intensa, & vehemens, quoniam culpa venialis non tollitur, dum voluntati placet, vt paulo ante dictum est: nam fieri non potest, vt peccatum deleatur, & nihilominus in voluntate permaneat: & quod peccatum placet, in voluntate permanet, & in hoc omnes conueniunt, vt constat tex. S. Tho. Pal. Gabr. & Sor. vbi sup. Quare ad delendum aliquod veniale peccatum, quod in mentem, & cogitationem venit, sufficit contritio, etiam remissa, & parua, qua nobis illud displiceat ob spem veniae obtinendae. Item; si nos poeniteat generaliter omnium delictorum venialium, quantum nulla speciatim nobis cogitantibus occurrat, sufficit contritio, tamen si fuerit remissior, ad omnium peccatorum venialium, de quibus vnuerse dolemus, culpam abolendam.

5. Praeterea veniale peccatum tollitur per solam attritionem, imò & per contrarium propositum, vel per actum virtutis repugnantem aliquomodo veniali peccato, & excludentem complementiam illius: ita interpretari debet sententia S. Tho. in 3. p. q. 87. ar. 2. vbi dicit, quod ad deletionem venialis requiritur poenitentia formalis, vel virtualis. Vbi per, virtualem, intelligit eam, quae includitur in feruenti amore Dei. Hanc affectionem tenent Scot. in 4. d. 21. q. 1. Gab. Maior, vbi sup. Abulen. 4. reg. 2. q. 39. Med. tract. de poenit. q. 3. & bene D. Bonau. d. 21. ar. 1. q. 2. eam indicat, Palud. d. 6. q. 1. ar. 1. concl. 2. fauet. D. Aug. in Medina. Enchir. cap. 71. & refertur in Concil. D. Bonau. Tol. 4. c. 5: & c. de quotidianis, de poen. Paludan. dist. 3. vbi dicitur, haec peccata tolli per orationem dominicam, & alia opera pietatis.

6. Praeterea delentur per asperisionem aquae benedictae: quae sententia licet non placeat Palud. Syl. Tabienq., & quibusdam alijs, quia iniquiunt, ad deletionem ipsorum de lege communi, & consueta requiritur actus poenitentiae, quo nos peccasse dolemus. Nihilominus placet Talien. Soto d. 5. q. 1. art. 3. Cano. relect. de sac. Sotus.

S. Thom. Palud. Gabriel. Socus.

Veniale peccatum multipliciter tolli potest.

D. Thom.

Scotus.

Gabr. Maior.

Abulen. d. 6. q. 1. ar. 1. concl. 2. fauet. D. Aug. in Medina.

Enchir. cap. 71. & refertur in Concil. D. Bonau.

Tol. 4. c. 5: & c. de quotidianis, de poen. Paludan.

dist. 3. vbi dicitur, haec peccata tolli per orationem dominicam, & alia opera pietatis.

Venialium delentur aquae benedictae: quae sententia licet non placeat Palud. Syl. Tabienq., & quibusdam alijs, quia iniquiunt, ad deletionem ipsorum de lege communi, & consueta requiritur actus poenitentiae, quo nos peccasse dolemus. Nihilominus placet Talien. Soto d. 5. q. 1. art. 3. Cano. relect. de sac. Sotus.

Benedicta.

Palud.

Syluest.

Talien. Soto d. 5. q. 1. art. 3. Cano. relect. de sac. Sotus.

*Canon .
y adomjs .
Ledesma .*

p. 1. ad 6. 80 lib. 2. ad. locis c. 13. ad. 9. Valdensi. 10. 3. de sacram. rino. c. 6. q. i. h. d. f. m. 4. p. q. 2. & ar. 13. dub. 31. Et quia est magis pia, est omnino amplectenda, quae probatur de decreto Alexandri. primo, quod habetur de coecler. dist. 1. r. 2. q. 1. ubi legimus, aquam sale conspersam in populis benedicimus, v. t. e. i. c. u. d. a. asperfi sanctificatur, & purificatur, & infra. Si enim cinis vitulae aspersus populum sanctificabat, atque mundabat: multo magis aqua sale conspersa populum sanctificat, & mundat: & si sale asperso per Eliseum Prophetam sterilitas aquae sanata est: quanto magis diuinis precibus sacraeque saluberrimitate remanuset humanitatem, & inquinatos sanctificat, atque purgat? Sic ibi. Et ecclesia ipsa quando precationibus adhibitis consecrat aquam sale mixtam, ait, v. t. e. i. c. u. d. a. salus mentis, & corporis. Respondent auctores prioris sententiae, quod peccata venialia dicuntur aboleri per sacramentalia, quatenus mentem excitant in nobis ad poenitentiae actum, & odium peccatorum, quo illa expiantur; sed peccata in Decreto Pontificio dicitur, quod aqua sanctificat asperfos, & quod curat sterilitatem animarum aqua ipsa sale conspersa.

A R T I C U L U S . I I I .

*An Religiosus non habens neque venialia pro tempore confessionis, teneatur confiteri.
& si con. teatur, quid faciat?*

Resp. quod absolute loquendo, nullus tenetur confiteri peccata venialia, vt toties dictum est: nihilominus si quis vult confiteri, & non habet nisi venialia, tenetur ea confiteri, ad hoc vt forma absolutionis habeat suam materiam. Si vero pro tunc neque venialia habeat, quid faciendum?

Non habes Respondeo quod tunc vel debet ab-
*neque ve-*stinere a confessione, vel si vult confite-
mialia, qd ri, potest facere vnum de duobus, aut
*faciat tem-*iterum confiteri aliquod peccatum veniale
*pore confes-*alias rite confessum, aut aliquod mortale,
sonis. etiam alias rite absolutum: ratio est quia
Peccata non solum peccata non dum confessa, verum &
*etiam legi-*iam confessa legitime, iamque condonata
sime confessa possunt esse materia sacramenti poenitentiae
possunt esse tentiae, & possunt illa vtiliter confiteri:

nam quamuis per primam confessionem, materia sit contritionem peccatorum; peccata sacramentalia illa quoad culpam condonata sunt; poenitentiam tamen, & satisfactionem temporalem pro illis subeunda, inquam poena aeterna commutata fuit, minuitur, tum propter verrecundiam, quam poenitens patitur, cum propter absolutionem sacramentalem, per quam non solum augetur gratia, sed etiam minuitur poena in purgatorio sustinenda, vt supra diximus.

Hoc quod dictum est, non solum intelligitur de mortalibus rite confessis, verum etiam de venialibus, quae vtiliter possunt iterum confiteri. Videatur de hac re Nauarrus, qui in cap. quem poenitentiae de poenit. dist. 1. n. 10. exemplificat de eo quod ipsemet consuluit cuidam magno Principi, verba ipsius sunt.

Qua conclusio memini me vsum audiendo confessionem sacram cuiusdam magno Principis, qua pridie alteri confessa, coram me non sumptura, voluit se reconciliari: et cum nihil eorum, qua mihi confessa erat, in iudicio esset peccatum, etiam veniale, sed tantum omisso consilio, dixi ei, vt confiteretur aliquod peccatum, saltem veniale, etiam antea confessum. Quia de substantia confessionis sacramentalis, est alicuius peccati confessio, secundum S. Thomam. 3. p. q. 84. ar. 2. & sufficit, quod sit alicuius venialis, vt ipsemet sentit, in 4. dist. 26. q. 2. ar. 2. qualiumculum 3. quod ipsa magna humilitate, parique religione praeditis.

Si dicatur, quod videtur sufficere confessio illa generalis, quae fit, dicendo culpam de cogitationibus, loquutionibus, & operibus in communi: nam vt recte ait Nauar. in Enchiridio cap. 2. num. 5. huiusmodi confessio generalis non sufficit.

Qui quidem Nauar. in praedicto cap. quem respicit, dicit. Ob quod ipsum noluit absolueri quaedam religiosus confitetur se plurima, ac plurima peccata commississe videndo, audiendo, tangendo, loquendo, incedendo, ponere praecipit a Deo. Et ecclesia, et contra consilia, antequam speciatim aliqua saltem venialia, et saltem antea confessa confiteretur. Quod vt arbitror, frequenter occurrit confessarijs in reconciliationsibus qua sunt ad communicandum a recenter confessis, ita dicit. o. eis ualde memorabile: non enim videtur sufficere confessio generalis solita fieri publice ac hoc, vt absolutio sacramentalis ea facienti detur

*Venialia
Prudent
iterum confiteri.
Nauar.
S. Thom.*

Obiectio.

*Respons.
Nauar.*

W. A. T. C. Hæcque Nauarra.
Non. A. L. T.
 En quibus verbis patet quid dicendū
 fratribus Religiosis, qui semper in cō-
 fessionibus vtiuntur verbis generalibus,
 vel, si hoc fecissem. verb. grat. si fecis-
 sem contra votum pauperatis, mea
 culpa, hoc, in quam non sufficit, sed ne-
 cesse est dicere licet, particularem, (fac-
 tum contra votum pauperatis, & quod
 dico de hoc, dico pariter de omni alio
 voto, & de quacuoque re obligatoria.

ARTICVLVS IV.

*An penitens non habens nisi venialia, possit
 confiteri cuilibet sacerdoti.*

*Peccata venialia possunt cui-
 libet Sacer-
 doti confite-
 ri.*
Caietanus.
*Prima opi-
 nio.*
*Refutat Navar.
 à Nauar.*
 R Espōd. quo Caietanus in qua-
 stione de ministro confessionis ait, quilibet posse subijcere se cui-
 bet pro peccatis venialibus, quia in illa
 materia nulli est subiectus: quare quilibet
 Sacerdos per hanc potestatem, quā
 accipit a subdito, potest illū absoluerē.
 Sed hæc opinio confutatur à Nauar-
 ro in cap. placuit, num. 26 quia Conci-
 lium Florentinum requirit ministrum,
 qui habeat potestatem aut ordinariam,
 aut delegatam: potestas autem non est
 nisi à iure, aut à iudice. Ipse vero Nau-
 dicit, quod quilibet Sacerdos potest à
 venialibus absoluerē quemcunque, non
 propter auctoritatem ab ipso penitente
 acceptam, sed propter potestatem à
 Deo acceptam, & ab ecclesia non impe-
 ditam. Et sum. 22. ait, dico primo, nul-
 libi me videre textum, quo probetur, eū,
 qui sola venialia peccauit, cui voluerit
 confessario confiteri posse.

At si, vt multi affirmant, id receptum
 est, concedo, sed nego illos presbyteros,
 quibus talis confitetur, nullam habere
 in confessum iurisdictionem, habent
 enim illam habitualement in susceptione
 ordinis acceptam, quæ in actualem re-
 ducitur per legiūtam consentientis sub-
 iectionem.

Confitens autem legitime se illi subij-
 cit, si cum licentia expressa, vel tacita
 proprij Sacerdotis faciat: & eos, qui so-
 la venialia habent, hanc licentiam ha-
 bere à lege, vel legislatore tacitam cre-
 dendum est. Sic Nauarrus.

Solutus.
2. opinio.
 Solutus verò dicit, idē quemlibet sa-
 cerdotem posse absoluerē à venialibus,

quia ad absoluerendum à talibus non est
 necessaria iurisdictionis, sicut à mortalibus.
 Sed hoc est gratis dictum: eūdem enim
 confessio venialium fit sacramentalis,
 iudicium quoque illorum exigit iurisdic-
 tionem. Alij dicunt, id posse, quia om-
 nes sacerdotes potestatem à Deo habēt
 respectu venialium: ratione enim talium
 homines non subduntur Papæ. Sed hoc
 etiam est gratis dictum, nam Christus
 constituit Apostolos iudices omnium
 peccatorum.

Dicendum ergo, idē quemlibet sa-
 cerdotem posse absoluerē à venialibus,
 quia Papa tacita concessione permittit,
 vt quilibet sacerdos à venialibus absol-
 uat. concordat Suarez in 4. to. disp. 26. sect. 4. n. 5. & 7.

ARTICVLVS V.

*An penitens in peccato mortali adimplens
 penitentiam à confessario sibi impositam,
 satisfaciat?*

1. opinio.
 R Esp. quod vt refert Nauar. in
 Manuali c. 2. n. 7. non desunt,
 qui partem negatiuam teneant, & citat
 D. Thomam, D. Bonauenturam, Riccar-
 dum, Durandum, & Caietanum, asse-
 rentes, nullum opus in statu peccati
 mortalis factum esse satisfactorium pro
 poena peccati debita, ea ratione, quod
 opera nostra bona non sunt satisfacto-
 ria, nisi virtute passionis D. N. I. Christi,
 & quod illa non communicatur, nisi eius
 amicis, sibi; gratis. Ipse vero Nauar.
 rus tenet oppositum, nempe quod talis
 satisfactio etiam in peccato facta, va-
 leat, Scotum sequutus, qui in 4. dist. 15.
 q. 1. tenet existentem in peccato mortali
 posse pro temporali poena suis peccatis
 per contritionem delectis debita satisfac-
 cere: & Nauar. dicit, quod talis opinio
 misericordiam diuinam amplificat, quā
 superexaltare iudicium, auctor est D.
 Iacobus in c. 2. suæ epistolæ, & extollen-
 dam super omnia opera Dei vsque ad
 cœlos Psalm. 56. habet, & ad argumen-
 tum respondet Nauar. loco cit. negando
 quod merita Christi non communicen-
 tur bene operantibus quoad poenam tē-
 poralem, in quam, remissa culpa, com-
 munitur æterna.

2. opinio.
 In hac difficultate distinguendum

Suarz.

est cum Suarez tom. 4. disp. 38. sect. 8. in prim. scilicet, quod sit est sermo de integritate sacramenti confessionis, aut est sermo de effectu sacramenti.

3 De primo, nulla est difficultas, nam satisfactio exhibita in statu peccati mortalis sufficit ad integritatem sacramenti, & ad impleendam obligationem à confessario impositam: & ratio est, quia confessarius tantum precipit opus, & non modum eius. Quin, quod in alijs sacramentis, & præceptis satis est substantia operis, etiam si extra charitatem fiant.

4 De secundo vero maior est difficultas, & aliqui dubitant, sed Scotus in loco citato tenet, quod recedente peccato, satisfactio illa sortitur effectum suum. Idem quoque tenet Nauarrus in cap. 1. de poenit. dist. 6. n. 48. ait enim, quod regulariter opus sacramentale, ut pote opus Dei recedente fictione sortitur effectum, ut de baptismo est casus in c. tunc valere de consecr. dist. 4. & pari ratione de confirmatione, ordine, & confessione. Satisfactio autem sacramentalis pars sacramenti est, vimque habet ex clauibus, secundum omnes, ergo si contingat in formis, fortietur effectum postea veniente forma, nempe charitate, & per eam fugata fictione. quod placet etiam Caiet. tom. 1. opusc. tract. 6. quæst. vlt. Petr. à Soto. lect. vlt. de satisf. & Victoriz. in summa. n. 107.

Caiet.

Petr. à Soto. Victoriz.

Dubium.

5 Dubitatur hic. An idem dicendum sit de operibus iniunctis tempore Iubilæi pro consequitione Indulgentiæ, scilicet, qui ieiunauerit tres dies, qui visiterit tot ecclesias &c. consequetur Indulgentiam. An scilicet sit necesse, ut talia opera prærequisita facta sint in gratia, vel, An prosint pro consequitione Indulgentiæ, etiam quod fiant in peccato?

Responsio. Caiet.

Nauarr.

Ad quod responderetur, quod licet Caietanus in opusculo de indulgentiis ad Iulium cap. 9. & Nauarrus in comment. de Indulgentia, notabil. 19. num. 7. videantur sentire, quod dum dicit tenor Bullæ, *Omnibus contritis, vel confessis, hoc, vel illud faciendum, solum indulgentiam concedi*, ut contritio potius uletur, non tantum ad ipsam indulgentiam, sed etiam ad opera, quæ præcedere debent. Nihilominus dicendum est cum

Verior.

Sensentia.

4. d. 20. q. 4. ar. 3. D. Ant. r. p. tit. 10. cap. D. Thom. 3. 5. 4. & 5. Syllu. verb. Indulgentia. n. 3. 2. Palud. Referent Archidiaconum, quem etiam Anton. sequitur Tabienæ, & alij Summistæ. Syllu. Soto. d. 21. q. 2. ar. 3. ante secundam cõ. Archidiacon. elusionem. Felinus in tract. de indulg. Tabiena. n. 28. qui alios refert. Nempè quod per Soto. se loquendo, & ex vi talis operis, non Felinus. esse necessarium, ut in statu gratiæ fiat: & eò magis id locum habet, quando opus prærequisitum præcedit indulgentiam, vel omnino, vel ex parte: nam si consumatur opus, quando dandus est fructus indulgentiæ, tunc erit necessaria gratia propter fructum, non propter opus. & præterea id intelligitur iuxta communem formam concedendi indulgentias: nam non est dubium, quin possit summus Pontifex postulare statum gratiæ, etiam quando opus prærequisitum sit, quia potest concedere indulgentiam sub tali conditione pia, prout uoluerit, aut expedire censuerit.

Sed communiter loquendo, sufficit, quod qui uult consequi Indulgentiam, sit in statu gratiæ in ultimo effectu, scilicet, quando sumpturus est indulgentiam.

ARTICULVS VI.

An penitens sumendo Indulgentiam tenetur exequi opera penitentialia sibi à confessario alia impoſita?

RESPON. ad hoc, quod in opere penitentiali à confessario imposito est considerare duo. Vnum est, quod satisfacit præcepto sibi imposito: Alterum est, quod tale opus factum in gratia meretur etiam gloriam. Et de primo dicimus, quod quando Indulgentia adæquatur, vel superat talia opera satisfactionis, non est necesse ea facere, quia de thesauro ecclesiæ soluit, quod debuit. Ratio est, quia effectus Indulgentiæ est remissio poenæ temporalis, ergo formaliter expletur reatum, seu debitum eius: impli- carent poenam esse remissam, & ad hoc manere debitum eius. Ablato autem debito poenæ, aufertur etiam debitum satisfaciendæ pro illo, unde cum ortum sit, siue ex diuina lege, siue ex præcepto confessarij: sic tenent D. Ron. D. Thom. Palud. Dur. Sor. dist. 26. Syllu. Angel. verbo Indulgentia. Panormit. &

Indulgentia quam do adæquatur, vel superat, opera poenalia, & satisfactoria impoſita, non est necesse ea facere necesse.

alij canonizati in e. cum ex eo, de poenit.
& remis. De secundo vero subiungi-
mus, quod quia opus bonum in gratia
factum, habet, quod mereatur gloriam:
consulius faciet poenitens, si iniunctam
poenitentiam compleat, etiam post in-
dulgentiam plenariam consecutam.

ARTICVLVS VII.

*An peccatum spe venie aggrauet
peccatum ?*

Respond. quod hoc potest accidere
communiter in tribus temporibus:
vel quando quis vult committere
aliquod peccatum simpliciter: vel quan-
do iam auduit publicum esse tubilium,
& ipse ob id peccat peccatum presenta-
tioni obnoxium, vt virtute libilari liber
sit a tali presentatione: vel deniq; quia
sperat, quod aliquo tempore detur fa-
cultas generalis ipsis confessarijs etiam
pro reseruatis.

2 Si primo modo fiat, nempe, quod
peccans, habet propositum confitendi, &
satisfaciendi: tunc videtur ex vna parte,
quod talis spes venie aggrauet peccatum,
quia qui presentationis vitio peccat,
magis peccat, quam qui sine eo vitio
peccat: sed qui peccat cum spe venie,
diuinaq; misericordia fretus, vitio presentationis
peccat: ergo magis peccat:
Probat minor ex S. August. sup. psal.
31. in presentatione, vbi hanc sententiam
pronunciauit: Ne presentas ad peccandum
de misericordia Dei. Nihilominus
respondetur negatiue ex Nauar. in Man.
c. 6. n. 4. vbi ait, quod talis circumstantia
non est aggrauans, sed minuens, quia
peius esset, si sine spe, & proposito poe-
nitendi peccatum fuisset aggressus. Quod
confirmatur ex D. Th. qui in 2. 2. q. 21. ar.
2. ad 3. arg. ita scribit. Ad tertium dicendum,
quod peccare cum proposito
pessenerandi in peccato sub spe venie,
ad presentationem pertinet, & hoc non
diminuit, sed auget peccatum: peccare
autem sub spe venie quandoq; percipiendae,
cum proposito abstinendi a peccato,
& poenitendi de peccato: hoc non est
presentationis, sed hoc peccatum dimi-
nuit, quia per hoc videtur habere voluntatem
minus firmatam ad peccandum.
Quam sententiam imitatus Caiet. ibid.

dicit: In responsione vero ad tertium
aduerte hic vulgarem errorem putan-
tium, quod peccans sub presentatione, quod
post confitebitur, & faciet poenitentiam,
peius faciat.

Habes enim hinc, quod diminuit, non
aggrauat peccatum, est enim voluntatis
transitoriae & non pertinacis in malo.
Et confirmatur per id, quod habet Ma-
gister. sent. in 2. dist. 22. §. ex quo ani-
maduertere potest. Bis enim in eo §. sine
capite repetit, Adamum minus, quam
Eua peccasse, quia de poenitentia, &
misericordia Dei cogitauit. Eua autem
mente, ac voluntate magis improba, &
maiori libidine deliquit, (vt sentiunt
Theologi) nullaque suscepta cogitatione
poenitentiae, ac venie est in culpam
prolapsa. Sic ergo statuitur, quod pec-
care cum tali spe venie, confitendi sci-
licet, & satisfaciendi, sit circumstantia
non aggrauans, sed minuens peccatum.
Et ad dictum D. August. respondetur,
quod illa presentatio damnatur, quae
necessitatem poenitentiae ad veniam, &
meritorum ad salutem consequendam
aspersatur. De qua D. Tho. in 2. 2. q. 27.
differit, qui in art. 1. & 4. in hoc huius
criminis veram speciem positam esse ait,
cum aliquis sperat, se veniam obtinere
sine poenitentia, vel gloriam sine meritis.
Hae autem presentio est proprie
species peccati in spiritum sanctum, quia
scilicet per eiusmodi presentationem
tollitur, vel conuenitur adiutorium
spiritus sancti, per quod homo reuocatur
a peccato. Sic D. Tho. Hae autem
presentio non conuenit ei, de quo dis-
feritur, quia talis peccans, animo concipit,
post suum delictum eiusdem delicti
poenitentiam. Et propterea, qui sic pec-
cat non plus peccat, quam qui sine illa
spe venie promerenda peccaret, imo
minus: nam peccans de sperando de mi-
sericordia Dei, multo magis peccat, nulla
spe venie concepta, & consequenter
propinquior est maiori malitiae, & ita
peior est eo, qui est remotior ab illa.
Deinde circumstantia illa spei promerendi
veniam, videtur aliqua ex parte tem-
perare malitiam peccati, quia circum-
stantia finis boni, licet non excuset
peccatum a toto, excusat tamen a tanto,
arg. c. non est putanda 1. q. 1. Et licet ea,
quae allegata sunt, & alia, quae possunt

allegari in contrarium, probet, non esse peccandum cum spe veniæ: non tamen probant, magis peccare, qui peccat illa spe, quam absque illa: dummodo utrumque sciat se peccare.

3. Si secundo modo fiat, ut puta, quia sciuit, promulgatum esse Iubilæum pœnitissimum, & propterea data opera commisit aliquod peccatum reservatum, xlii spe absolutionis futuræ in tempore Iubilæi, absque onere de se præsentando tunc, si simpliciter assumeret Iubilæum, ut haberet occasionem liberius peccandi, vel acciperet Bullam cruciatæ (loquor de illis qui eam ad hunc effectum accipere possunt, quia Regulares ad id non habent facultatem, ut dicemus infr. art. 14.) ad eundem effectum, nempe liberius peccandi, esset abusus Indulgentiæ, & Bullæ, & nihil ei valeret.

4. Si verò peccat cum spe veniæ & cum confidentia obtinendi absolutionem tali tempore: tunc ei valet, quia indulgentia, & facultas absolvendi, quæ datur in Iubilæis, extenditur non solum ad præterita, verum & ad futura peccata. Vide Navar. conf. 10. num. 2. de privileg. quia confessio est generalis, & eius verba includunt peccata post eam, & peccantes ante: & quia est beneficium Principis, cum magno gaudio ad magnam lætitiâ concessum, ut tenor indicationis habet, & ita lætè, & alacriter interpretandum. l. beneficium. ff. de const. Princ. Et quia est concessio de proprio motu, & cum plenitudine potestatis.

Si verò tertio modo fiat: idem videtur dicendum, quod de secundo modo dictum est, nisi Prælatus aliter specificauerit, quia tunc standum esset confessioni factæ iuxta verba formalia ipsius.

A R T I C U L U S VIII.

An liceat pœnitenti manifestare personam complicitis in confessione.

Respondeo quod hæc quæstio & difficultas pro utraque parte habet suos fautores. Pro parte affirmatiua habet fautores multos Doctores antiquos, unde videtur inter illos fuisse communis. Pro parte verò negatiua, etiam suos defensores habet, nempe Caiet. Medin. & Nau. in summa c. 7. n. 2.

vbi lætè de hoc, Canus verò: & Sotus mediant.

Pro dilucidatione verò tantæ difficultatis dico plura.

2. Primo, quando penitens habet alium legitimum confessorum, vel potest illum adire, vel potest confessio differri: nulla tenus licet circumstantiam complicitis in peccato, alias necessario consentiam reuelare confessorio peruenturo statim ad noticiam complicitis, cum iactura eius existimationis apud confessorium: quia solum in arcto necessitatis casu, vbi aliter fieri non potest, venit intelligenda quæstio.

3. Secundo dico, quod reuelatio complicitis in peccato in confessione fieri potest, si aliter non potest confiteri speciem sui peccati, quando talis reuelatio creditur pro futura, & non obfutura complicitis. Hoc elicitur ex Nau. vbi testatur aliquam sup. n. 7. vbi subiungit de hoc rationem: de manifestata inquit, reuelatio criminis potest fieri profutura personæ, & non obfutura, si præcesserit correctio, id est monitio: vel si nulla alia subsit species correctionis criminosis: & patet, quia ista iactura est parua, & aliunde compensatur, dum ad eius profectum animæ ategitur, & personæ non obfutura, sed perpetuo occultatur peccatum illud.

4. Tertio dico, quando ex tali reuelatione complicitis nihil aliud incommodi sequatur inquitur, quam quod apud se solum confessorius non tantam opinionem personam complicitis concipiet, sed tamen non obfutura aliter confessorius complicitis, poterit illam explicare. Hoc videtur elici ex Nauarro vbi supra num. 4. & 5. vbi testatur illam plis tamen positus videtur illam tenere cum Soto in 4. & Corduba in Tract. de Navar. casibus conscientie qu. 1. Et probatur, Sotus. quia in hoc casu talem circumstantiam complicitis proderet apud confessorium non obfuturam sit, non est proprie infamare complicitem: quia cum infamia secundum eius diffinitionem, sit communis opinio sinistra de aliquo, diuulgata apud multos, hæc reuelatio, quæ vni tantum fit, id est confessorio coram quo, non est proprie infamia. Quod si alioquin illa iactura fame est, illa modica est, & quam tenetur complexari propter commedium salutis animæ proximi maxime.

ut quia, cum complex confiteretur cooperandum in peccato suo; & alterius, ut in copula carnali: ex culpa sua se potuit in tali statu, ut (si confors sibi in culpa non possit eam aliter confiteri) cuius iactura illius eum explicaret: quia bene uenerat, istum conforsera sibi in peccatum; confitendo illam circumstantiam specificam, sive conscientie esse profecturum: & praeterea confitens facit quod debet, nempe confitendo: integre peccata sua, absque eo, quod intendat iacturam famae complicitis.

Si aliquod 5. Quarto dico, quando ex reuelatione complicitis in confessione, non tamen damnatum patitur iacturam famae patitur apud confessarium: sed quod maius est, complicitis non ex tali reuelatione aliquod notabile damnatum probabiliter creditur, quod iacturam complicitis apud confessarium, vel quia confessarius reuelaturus esse creditur illam circumstantiam extra confessionem, vel quod viciscetur se de complicitis: vel contra eum in futurum male loquetur in praedictum fatum, & reputationis, ut patet, non dando ei suffragium & locum in electionibus: vel si confessorius ille est superior, timetur, quod amonebit illum de loco illo, vel priuabit aliquo officio: tunc, neque in vita, neque in morte licite potest poenitens hanc circumstantiam complicitis in confessione prodere. Ratio est, quia infamare aliquem iniuste, & reuelare aliena peccata ea ignorantem, est peccatum lege diuina cautum: & lex praecipiens, ut confessio sacramentalis sit integra, est lex diuina positua a Christo Dominico nostro instructa, ut in gloss. summae de poenit. dist. 5. Et regula generalis est, quod quando duae leges contrariae in aliquo casu concurrunt, in quo alterius obseruatio est omnimoda et aeterna temporis illius, quae maior est, in ipso debet antecedere, & hae illi cedere. arg. in a. Iuliana. & c. de dominus. 17. q. 2. & c. sicut, ad iuncta glo. verbo. necessitate. dist. 1. de consa. erat.

Hinc poenitens nullo pacto debet nominare personam, cum qua peccauit, sed nomen eam sic describere, ut confessarius possit eius cognitionem deuenire, quoniam supra dicta lex natur. in anima non prohibet. Imo si confessarius praesens, poenitentem velle nominare periculum delicti confortem, debet deus poenitentem occurrere, ipsumque ad monitionem illam nominet, ne ipse confessarius le nominat peccet, infamare peccato consentiens complitendo, ut hinc ostendit Seraphicus Doctor cum, debet in q. dist. 1. an magis, & facti, & notum, 2. si occurrerit, & c. de deleg. 1. q. 2. ve, & in v. Simo licet: quamplurimi antiqui pedire. Distinctio tenetur in 4. dist. 16. quod S. Bonau. quando circumstantia necessario confitenda, non potest manifestari absque reuelatione tertiae personae, quod tunc potest licite illam reuelare. Oppositio ni. Verior sententia sententia est verior, quam sententia. nec. Lindoc. c. omnis vtriusque sexu. de Innoc. poenit. & remiss. & Hostiens. ibid. quos Hostiens. sequitur Nauan Man. vbi sup. n. 3. & in Nauan. c. sacerdos. n. 95. & 96. de poen. dist. 6. nempe quod poenitens debet circumstantiam tacere, quam proximum diffamare, quando alterum de duobus fieri oportet. Exemplum a Nauarro adductum est de eo, qui commisit incestum cum propria matre, vel filia, vel exitit mediator, ut ab illa committeretur: sed quia poenitens, vel mater, vel filia confessario sunt noti, non potest cognationis gradum exprimeret absque mulieris infamia: in hoc casu reseretur circumstantiam tacere, & eam non infamare. Vide Nau. vbi sup. sed pondera numerum 6. 7. & 8.

ARTICULVS IX.

ARTICULVS IX.

ARTICULVS IX.

An liceat confessario interrogare de complice in confessione.

1. **A**rticulus iste videtur quod pertineat ad sectionem secundam, in qua de pertinentibus ad confessarium tractatur: consulto tamen in hunc repositum locum propter affinitatem, quam habet cum praecedenti articulo, in quo cum dixerimus de poenitente ex se ipso propalante, vel propalare volente complicitem: hic de confessario ipso querimus, an scilicet possit interrogare poenitentem de complice.

Respondetur igitur ad quaesitum cum distinctione, nam confessarius vel est subditus, vel Praeatus; si subditus, debet omnino cauere a tali interrogazione: nisi obviare possit, & impedire quando per ipsum quod poenitens vult explicare, & propalare complicitem, ut dictum est

Conf. sa. anima non prohibet. Imo si confessarius praesens, poenitentem velle nominare periculum delicti confortem, debet deus poenitentem occurrere, ipsumque ad monitionem illam nominet, ne ipse confessarius le nominat peccet, infamare peccato consentiens complitendo, ut hinc ostendit Seraphicus Doctor cum, debet in q. dist. 1. an magis, & facti, & notum, 2. si occurrerit, & c. de deleg. 1. q. 2. ve, & in v. Simo licet: quamplurimi antiqui pedire. Distinctio tenetur in 4. dist. 16. quod S. Bonau. quando circumstantia necessario confitenda, non potest manifestari absque reuelatione tertiae personae, quod tunc potest licite illam reuelare. Oppositio ni. Verior sententia sententia est verior, quam sententia. nec. Lindoc. c. omnis vtriusque sexu. de Innoc. poenit. & remiss. & Hostiens. ibid. quos Hostiens. sequitur Nauan Man. vbi sup. n. 3. & in Nauan. c. sacerdos. n. 95. & 96. de poen. dist. 6. nempe quod poenitens debet circumstantiam tacere, quam proximum diffamare, quando alterum de duobus fieri oportet. Exemplum a Nauarro adductum est de eo, qui commisit incestum cum propria matre, vel filia, vel exitit mediator, ut ab illa committeretur: sed quia poenitens, vel mater, vel filia confessario sunt noti, non potest cognationis gradum exprimeret absque mulieris infamia: in hoc casu reseretur circumstantiam tacere, & eam non infamare. Vide Nau. vbi sup. sed pondera numerum 6. 7. & 8.

in preced. ar. multo magis abstinere de-
bet ipse à tali interrogatione? Si vero
est Prælati, aliquibus visum est, quod
possit interrogare de complice ad hoc
ut remedium adhibeat, vel poeniten-
ti, vel complice nihilominus & ipse
quoque à tali interrogatione omnino
abstinere debet; & remittat omnia iu-
dicio Dei. Ratio est, quia vesp. hominum
qui superioribus confitentur: sunt iu-
venes, qui recenter sunt professi: quos licet
superior interroget, tanquam pater, &
ut prodesse possit: nihilominus quælibet
interrogatio in confessione talibus facta,
apud ipsos est ad instar præcepti, & pro-
pterea videtur quod superior velit eos
cogere: ex quo postea multa mala pre-
ueniant, quæ consultus est truncare,
non interrogando de complice.

Et præterea, quia aliquando tales in-
uenies de hoc conqueruntur apud supe-
riores maiores: & cum superior confes-
sarius aliud non possit respondere, nisi,
(functus sum officio meo) sæpè remanet
sub iugo, & punitur, tanquam quod per-
vim voluerit à poenitente scire de com-
plice.

Et denique, si peccatum commissum
non nisi in confessione sit manifestum:
signum est, quod Deus vult, ut illud sic
permaneat occultatum: non ergo cura-
re debet, & curiosus esse superior con-
fessarius de complice: sed poenitentem
moneat de obligatione, quam habet, ut
talem cõuersationem fugiat, & alia hu-
iusmodi remedia adhibeat, prout quali-
tas peccati requirit, absque eo, quod de
complice interroget.

2 Sed quid, si nihilominus confessa-
rius cogat poenitentem, ut complicem
reuelat, alias abiturum in absolutum, eo
quod non possit, nisi reuelat, eum absol-
uere? Ad hoc respondet Medin. in sua in-
struct. confes. quod talis necessario est
denunciandus, quia hæresis est affirma-
re, quod quis teneatur eam circumstan-
ciam confiteri, ex qua tertia persona ve-
nit infamata. Quæ opinio nimis dura
videtur Ludolico Lopez in sua instruct.
confess. conf. 1. c. 30. & Per. de Nau. lib.
2. de restit. c. 2. n. 83. nam licet sit hæ-
resis dicere, non esse illicitum infamare
proximum; nihilominus controuertitur
inter Doctores, an hoc, quod dictum est,
sit infamare proximum.

Vnde licet opinio prædicta, nempe
quod liceat in confessione propalare cõ-
plicem, speculatiue sit falsa, & præctice
eam teneam pro scandalo, & aurium
plurimum offensiuæ: nihilominus, non te-
neo eam pro hæreticæ: & ideo licet to-
leretur, vt in scholis disputetur: non to-
leatur tamen, vt in confessione practi-
cetur: cum declarare complicem non sit
medium efficax, ut peccator emendetur,
vt bene docet Bannes, 2. 2. q. 33. art. 7.

A R T I C V L V S X.

*An regularis cõseruato inuolatus in sua
Provincia, si pergat in aliam, possit à
Prouinciali illius Prouincie
absolui?*

Respondeo affirmatiue secundum
constitutionem Eugenianam, &
secundum ius commune, cui statutu est.
Idem quoque concessit Gregor. XI. Ma-
gistro generali, & singulis Prioribus,
Prouincialibus, & localibus, ac locis si-
bi commissis, fratribus eiusdem ordinis
ibidem constitutis, nec non & fratribus
aliis eiusdem ordinis interdum ad eos
declinantibus vndeunque, absolutione,
& dispensatione indigentibus, ab-
solutionis, & dispensationis beneficium
ut possint impartiri. Sic fratres or-
dinis Prædicatorum. Idem quoque
cõcessit fratribus Minoribus Cle. IV. s.
vt Generalis, & singuli Prouinciales
Ministri, & eorum Vicarii, ac etiam Cu-
stodes, in Prouinciis, & custodius sibi
commissis, prædictis fratribus ibidem
constitutis; nec non fratribus aliis eius-
dem ordinis, interdum ad eos declinan-
tibus vndeunque, absolutione, & dis-
pensatione indigentibus & c. absolutionis,
& dispensationis beneficium vale-
ant impartiri. Comp. priuileg. cum ab-
solutio ordinaria quoad fratres. 9. 7.

Et eo magis id poterunt, quia modo
in omnibus Prouinciis sunt idem casus
reseruati, illi scilicet qui positi sunt in De-
creto Cle. VIII. de quo in principio ha-
jus tractatus. Quod si acciderit, in illa
alia Prouincia aliquem alium casum esse
reseruatum præter illos, qui in Decreto
positi sunt, talis Religiosus hospes tene-
tur etiam ad illum casum seruatum,
quis tenetur se conformare regioni &
Pro-

Provincia; in qua reperitur. *3. d. 1. q. 1. c. 1. §. 1. Et quod Religiosi itinerantes possunt sine pater, quia tales gaudent privilegio eorum qui vagantur, de quibus dicitur Navar. in c. placitum. 79. quod in eis manet integrum illud ius, quod illa parat diuinum, sc. v. possunt eligere quem voluerint confessarium, quia ecclesie determinatione, que est per domicilia, in eis locum non habet; Vel dicatur cum Palud. in 4. d. 17. q. 3. An 3. par. 7. c. 4. & Caiet. verbo absolutio, quod tales greguagi nullum habent proprium sacerdotem, & ideo habent facultatem eligendi quem maluerint sacerdotem confessarium. Vel dicatur cum Suarez, quod ibi habent proprium sacerdotem, ubi vagantur, & in huiusmodi hominibus actualis habitatio succedit loco domicilii, quandoquidem alius non videtur de Religiosis itinerantibus, qui si in Provincia illa, ad quam peregrinaci sunt, inuenerint aliquem casum reservatum, qui in sua non est talis, ad illum etiam tenentur, sicut & Religiosi illiusmet Provincia, vt dictum est.*

ARTICULVS DE HT. RM.

An Religiosi itinerantes possunt se simul confiteri?

Resp. quod hic possumus inquirere, vel de itinerantibus fratribus dum sunt in loco, vel dum sunt in via extra locum, seu Monasterium. Et de sacerdotibus pariter distinguendum est, sunt enim in triplici differentia, quidam sunt, qui nunquam fuerunt admitti ad Provinciali ad audiendas confessiones: quidam, qui fuerunt aliquando admitti, sed modo non sunt deputati: quidam vero qui de facto sunt deputati. Et de peccatis idem distinguendum est: nam vel sunt venialia, vel mortalia simplicia, vel mortalia cum reservatione adiuncta: nunc vero dico plura.

Sacerdotes Regulares sunt in triplici differentia.

Primum, si peccata sunt venialia, quilibet sacerdos potest ea ubique absolueri, siue in Monasterio, siue extra: nam cum iure diuino ea confiteri non teneamur: vnusquisque sacerdos potest ea absolueri, si a poenitentem eligatur, vt dictum est supra in art. 4. huius sectionis. Si vero peccata sunt mortalia: tunc

ille sacerdos, qui nunquam fuit admissus, nullo pacto potest ea absolueri, quia licet in susceptione ordinis collata eis fuerit potestas absoluedi in habitu, non tamen habet eam modo in actu.

Si vero ille sacerdos fuit aliquando admissus, sed modo non est de facto deputatus, tunc multis valetur, quod non possit ea absolueri. Nihilominus praxis est in contrarium, & Pralati hoc sciunt, nec prohibent, sed tolerant. Imo statuta nostra religionis id concedunt expresse, scilicet, vt itinerantes simul confiteantur.

Si vero sacerdos est deputatus, & in conuentu audit iam confessiones, tunc talis potest vbi liberare audire huius poenitentis confessiones, & absolueri, sicut poterat in conuentu. Sic habet Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 3. cuius verba sunt ista. Religiosus, qui facultatem habet sui Pralati audiendi Religiosorum confessiones, quemcumque subditum sui conuentus potest vbiouque tertiarum absolueri, perinde ac Prior ipse, praterquam in casibus reservatis.

Sotus.

Et ego addo, quod quis in nostra Religione statutum est, vt confessarii deputati, etiam a reservatis absoluant, cum onere se presentandi, quod poterunt etiam a reservatis absolueri, dummodo poenitentes acceptent obligationem se presentandi.

ARTICULVS DE HT. RM.

An poenitens habita opportunitate Pr. uisualis, aut Generalis non se representet, prout? & an teneatur denuo se presentare?

Resp. quod tenetur statim se presentare sub poena peccati mortalis, dummodo fiat sine sua fama detrimeto: Quod si non se representat, id non habita opportunitate, aliqui volunt dicere, semper quod poenitens solum peccat mortaliter, sed quod non tenetur amplius se presentare: & conantur hoc probare ex Nau. qui in Manuali. c. 26. n. 12. sic ait. Nauar. Si superior absens inferiori facultatem dederit, vt a casibus sibi reservatis absoluat sub eo modo, vt iterum illi confiteatur, quando presens fuerit: confessarius tenetur illum medum poenitenti declarare: & si cum non accepta-

Primiti: se presentat. dicit, semper tenetur.

acceptaverit, non debet eum audire, & debet
 confessionem id fecerit. Et tamen videtur
 absolutio, adeo valet absolutio, quod si
 aut postea penitens superiori non confiteatur,
 tunc, valere illa non debet, & peccatum remanet
 mortale novum committitur. Hæc Nauarr.

Ex quibus verbis elicitur aliqui
 quod commissio novo peccato, ad nihil
 aliud postea tenentur, quod se non pœnitentiant.
 Sed profectò habetiamur nam præfectio est
 veluti debitum cõtractum, quod quousq; non solvitur,
 semper remanet obligatio illud solvendi.

Est etiam veluti obligatio, quam quis
 habet de voto obedientiæ, paupertatis,
 & castitatis, in quibus, si casus advene-
 rit, quod quis transgrediamur aliquid il-
 lorum mortaliter licet postea confiteatur
 de illo peccato, & de transgressionem
 facta mortaliter remanet tamen adhuc
 obligatio servandi votum promissum
 propter debitum in confessione confessum.

Nauarrus.

Quod discretis verbis docet idem Nauarrus
 in tom. 1. confessor. de voto. Et
 voti redemptione consil. 34. ubi sic con-
 cludit: *Absolutio: fractionis voti differt ab
 absoluteione voti, ita quod votum perpetuum
 semper obligat, licet veniens à peccato fractio
 sit: votum solvitur, ut ait S. Anselmus in
 do quando quis non adimplet professionem
 factam de se presentando, frangit quidem
 debitum illud, non tamen exoneratur à debito
 semel contracto.* Sic Nauar. Clarius id
 habet Sotus in 4. dist. 18. quaest. 2. art. 5.
 in his verbis.

Sotus.

Tunc inferior. *absolvit quidem a peccatis
 peccatis non reservatis, consentiens tamen à
 reservationis: dummodò penitens firmum ha-
 beat propofitum recurrendi ad superiorem:
 nam dum est in mora recurrendi, puta, ha-
 bita opportunitate, absoluteione peccati præcu-
 rans, semper manet in culpa.* Sic Sotus. In
 quibus verbis notanda sunt illa verba
 (semper manet in culpa) nam non tollit
 obligatio, quousque se non prænitentiat,
 licet pluries talem obligationem
 frangat.

Politius.

Quod optime etiam perpendi nosset
 pater Politius super caput 7. Regulæ
 num. 31. dicens, quod hæc præsentatio
 est ex sacramentali confessione depen-
 dens, & pars quedam eius ad satisfactio-
 nem pertinens: solutio scilicet debiti,
 quo se penitens ligavit, ut à reservatis

absolveretur & ibidem num. 33. ait: *Non
 videtur peccatum committitur, qui promissis
 se ad præsentandum non se præsentavit:
 & si tunc addere semper est, dum scilicet
 quod promissis, implere non vult.*

Si quis tunc confitendo, aliquorum ob-
 litus peccatorum, ea, cum memoriz oc-
 casione, licet superius absolutus, semper
 confiteatur: & non novum peccatum liga-
 bitur, si ea confiteri voluerit, eoq; erit
 satisfactus, donec omnia confiteatur.

Quod ad votum nos adnotavimus sup-
 ra. 3. c. penitentiæ toties peccata mor-
 taliter, quoties habita opportunitate
 superiori denud. non confiteatur reserva-
 ta, quæ cum hac ligatura fuerint ab in-
 fenore soluta, & à penitente accepta-
 ta. Hucusq; Politius.

Suarez.

finare, in quoque in 4. to. disp. 3. d. lect.
 num. 28. ait. Quando in aliqua Reli-
 gione per statutum conceditur hæc
 cultus cum prædicto onere, ex vi illius
 resultat obligatio sub mortali culpa cõ-
 parendi oram Superiore: etiam si nec
 Statuta talis Religionis soleant obliga-
 re in conscientia, neque in tali Statuto
 sint specialia verba præceptiva, præter
 illa, quæ declarant modum reservationis,
 & facultatis.

Ad prædictum illud statutum, non tam præci-
 pit, quam sauet, seu indulget tali modo,
 supposita tali reservatione, quam non
 omnino tollit, sed moderatur, & quo ad
 hoc est efficax tale Statutum: quia pro-
 cedit ex voluntate, & ex potestate, ut
 ostensum est: posito autem illo effectu,
 ex natura rei, seu ex ipsa institutione sa-
 cramenti, sequitur alia obligatio, quæ
 gravis est ratione materiæ, ut rectè supra
 præbitum est. Sic Suarez.

Idem quoque cenfeo, de confessariis
 deputatis, qui rationabili causa ducti, qui omnes
 suscipiunt super se obligationem, & onus
 se presentandi: scilicet, quod debent
 facere, quam primum se illis offert, & tunc
 presentandi, Superioris, nisi ratione sufficienti penitenti-
 ducti, aliud expedire penitenti iudicabunt, debent
 verius: nam potest dari casus, in quo si
 tunc confessarius coram Superiore se quam
 representat, Superior venit in cogni-
 tionem penitentis, & propterea me-
 lius est, ut in opportuniorem occasio-
 nem præsentatio differatur.

Sed ordinariè loquendo, tenetur sta-
 tim se presentare, si habet copiam Super-
 rioris

rioris, quia idem onus ac poenitens habet, dum super se illud suscipit.

Dubium.

4. Quæres: quando poenitens Superiori teneatur se præsentare, & in confessione paratum se ostendit ad id faciendum: postea, verecundia ductus, vult id facere per interpositam personam: An talis persona interposita possit esse quælibet indifferenter: an vero necesse est, vt sit confessarius.

Resp.

Respondeo, quod circa hoc, distinctione opus est: nam aliud est impetrare facultatem à Superiore ad concedendam suam auctoritatem alicui: aliud vero est se præsentare pro onere contracto, & acceptato in confessione: circa impetrationem facultatis, potest vti quacunque persona etiam quod non sit suus confessor. At circa præsentationem, necesse est, vt fiat per ipsummet poenitentem, vel per confessarium, qui suam confessionem audiuit: Tum quia in Decreto Clem. VIII. id insinuat, dum dicit: Quando confessarius in primis iudicauerit: Tum etiam quia ob facultatem, quam in eodem Decreto Summus Pontifex concedit, potest Superior tractare cum confessario de poenitentia iniungenda: & propterea opus est scire qualitatem peccati, speciem, recidiuationem, &c. quæ omnia nemo potest, neque debet, præter confessarium pertractare.

ARTICVLVS XIII.

An liceat Regularibus indifferenter se confiteri extra suum Ordinem?

Pœnitentiarij Papa. **R** Esp. quod exceptis poenitentiarj Papa. rijs Sanctissimi D. N. Pape, qui super omnes fideles, confessionem omnium ad se recurrentiam Re-tium, etiam Religiosorum, cuiuscunque Ordinis; de reliquis sacerdotibus, tam secularibus, quam Regularibus cuiuscunque ordinis hoc certum est; Regularibus sui iuris non sunt, non habent ad non licet se id facultatem, cum non solum non confiteri inueat illis Prælatorum suorum licentia: differenter imò è contra Prælati semper reclamant, extra suum & contradicant. Vnde stante tali pro-ordinè, ab- Regularium poterit que licet extra suum Ordinem confiteri, eritque sui Super. nulla confessio, & absolutio attentata.

2. Hæc autem Superiorum prohibitio semper extitit in Ordine, fatique ex vsu, & antiqua consuetudine comprobatur, quæ etiam vim legis in hoc habet. Et de hoc insuper habetur statutum Clem. IV. quo inhibetur vniuersis ecclesiarum Prælati, & quibuscunque alijs, ne confessiones fratrum Minorum præsumant, eorum inuitis Prælati, audire, vt habetur in Compendio priuilegiorũ verbo Confessio nu. 1. & Bonifacius octauus sic habet; *Inhibemus vniuersis fratribus vestri Ordinis, ne aliquis eorum, nisi in necessitatis articulo, alijs, quàm Prælati suis peccata sua confiteri præsumant, vel alijs sacerdotibus eiusdem Ordinis, secundum Regula, & ipsius Ordinis Statuta.* Hæc ibi.

Clem. 4.

Compend. priuileg.

Hoc autem aded verum esse putat Hugo, & Pisanus super Regulam c. 7. *Hugo.* vt asserant, etiam ex vi Regulæ prohibitum esse Ministris, posse facere facultatem fratribus, vt extra Ordinem valeant confiteri de casibus ipsis Ministris reteruatis, etenim Regula peccantes fratres non ad alios, quam ad Ministros Ordinis mittit, & ipsis Ordinis Ministris, qui curam animarum fratrum suorum habent, modum præscribit, vt in casibus referuatis non assignent extraneos ipsis fratribus confessarios, &culares scilicet presbyteros, vel alios Religiosos, sed tantum huius Ordinis sacerdotes: ait enim Regula. *Ipsi vero Ministri, si presbyteri non sint, per alios sacerdotes Ordinis poenitentiam iniungi faciant.* In mortis autem articulo, deficientibus sacerdotibus Ordinis nostri, poterunt fratres, etiam absque licentia Prælatorum, alijs sacerdotibus confiteri, & absolui sine obligatione, & debito reconfitendi peccata Ministris, vt est communis opinio doctorum in 4. dist. 17. & de hoc latè potest videri Nauar. in cap. 1. de poenit. dist. 6. *Nauar.* num. 73. cum quo concordat Corduba *Corduba.* super Reg. cap. 7. quaestione secunda.

Solum Prædicatores nostri Ordinis, *Prædicatores in casu* & etiam alii fratres quando sunt extra Monasterium, & copiam sacerdotis Ordinis nostri habere non possunt, quia sc. *possunt confiteri extra suum ordinem.* non habent socium sacerdotem, & confiteri extra confessarium, possunt confiteri peccata sua alteri sacerdoti alterius Ordinis, vel etiam presbytero seculari, dummodo fiat sine fraude, & dicant suo Prælato. Sic ex concessione Leonis X. habetur in *Leo. X.*

Comp. pri. Comp. privileg. tit. Absolutio ordinaria quoad fratres. §. 19.

Can. Trid. Circa quam concessionem animaduertit, quod quia ex Concilio Tridentino in mortis articulo nulla est reseruatia casuum: hinc in tali casu dicimus, quod si ægrotus conualescat, non tenetur amplius ad reconstitendum peccata reseruata, nisi habeant excommunicationem: & tunc solum sufficit recurrere pro censura, vt supra pluries dictum est: at extra talem articulum seruanda est forma concessionis.

Deinde pondero, quod Pater Policius super Reg. c. 7. nu. 44. conatur infringere talem concessionem Leonis X. ac si esset contra Regulam, & nos Minores Capuccini per nostra Statuta renunciauimus omnibus privilegijs relaxantibus Regulam, vnum de quibus est hoc præfens, de quo agimus.

5 Oppositum nihilominus est verum, nempe quod talis concessio, non solum non est contra Regulam, imò & iuxta Regulam, nam prouidet fratribus copiam sacerdotis, quando ex nostro ordine non possunt haberi, quomodo munda conscientia ad altare accedere valeant. Id quod ipsemet Pater Policius postea animaduertit dicens inf. n. 46. his verbis. Sed esto, inquit, quod non sit præceptum Regulæ: negari tamen non potest, secundum morem Regulæ esse, vt extra Ordinem fratres nullatenus confiteantur, nisi in necessitatis articulo. Et in nu. 47. declarans necessitatis articulum, ait. Neque hic necessitatis articulus lumen est tantum pro articulo, seu periculo mortis, sed pro quacunque alia necessitate ad id iuste cogente: quæ esse poterit, si necessarium ad euitandum manifestum scandalum debeat sacerdos celebrare, & confessarium nostri Ordinis, cui confiteatur, non habet: vel si in terris infidelium reperiat, vbi nostri Ordinis sacerdos non sit: in tali enim necessitate possunt ministri dispensare, & tacite intelligitur dispensatum, & facta facultas, quia nec Regulæ mæri aduertatur, in casu necessitatis dispensare. & in n. 48. subdit.

6 Prædicta tamen intelligas semper pro culpis, seu absoluendis peccatis, non de censuris: nam de his nec ex Regula, nec ex aliqua Papali constitutione videtur prohibicum Ministris,

possit committere alicui extra Ordinem potestatem absoluendi, vel dispensandi; vt iudicauerint expedire: vnde quando sic eis videbitur, poterunt prædictam facultatem à censuris absoluendi etiam extra Ordinem committere. Sic Policius. & annotauit etiam Corduba vbi sup. in q. 3. puncto 1. Caueant tamen Superiores, ne sint faciles in concedenda tali facultate, nisi in maxima necessitate.

A R T I C V L V S X I V.

An regulares possint accipere Bullam Cruciatæ, & per eam absolui à reseruatis?

R Esp. quod Rodriquez in tom. 1. Regularium questionum Regularium q. 21. posse accipere Bullam Cruciatæ, cum licentia tamen Superiorum: & quod Prælati Regulares talem licentiam pro re tam sancta facile dare debent. Et addit, quod fratres minores, quibus ex Regula prohibitum est ad pecuniam recurrere absque præfente, vel imminente necessitate; possunt illam pecuniam cum licentia Prælatorum procurare pro huiusmodi Bullæ receptione, seruatis tamè reliquis modificationibus Summorum Pontificum iuxta eorum professionem. Et subdit, licet Collector in Compendio Priuileg. verbo. Cruciatæ. §. 5. dicat, quod hæc Bullæ acceptio non sit causa necessaria, vt possit perinde ad pecuniã recurri, cum totum, quod in ea conceditur, in nostris priuilegijs habeatur; attamen Corduba in expositione nostræ Regulæ. c. 4. q. 7. tenet contrarium, dicens, quod imò ista sit sufficiens necessitas, vt Prælati possint talem licentiam dare, cū sit negotium tantæ pietatis. Quibus addo (ait Rodriquez) quod licet possint per virtutem priuilegiorum suas animas liberare: sanctum tamen est pluribus alijs viis id attentare. Hæc ille.

2 Nihilominus sententia Collectoris & verior est, & omnino complectenda: non enim licet fratribus Minoribus talis Bullæ acceptio ad pecuniam recurrere, cum non sit necessaria: nam quantum ad indulgentias, iam nobis multis alijs viis conceduntur: & quantum ad absolutionem à casibus reseruatis, etiam remedia plura sunt nobis data.

Possit bene opinio Rodriquez, & Cordubæ in cæteris Mendicantibus salariari, habent enim pecuniam in communi, & quam plures eorum ad usum particularem: de quorum numero si erant Rodriquez, & Corduba, vel etiam ad id socios habebant, poterant etiam ad hoc pecunias dare.

Capuccini 3 At nos *Capuccini*, qui per Dei misericordiam ad litteram observamus Regulam, & iuxta mentem Seraphici Patris Nostri Francisci, nullo pacto possumus pro talis Bullæ acceptance ad pecuniam recurrere: eò magis, quia id à pluribus Summis Pontificibus vetitum sit.

4 Leo decimas prohibuit, & declaravit, quod nullus fratrum minorum Regularis observantia possit accipere Bullas Cruciatæ, seu alias Indulgentias generales concessas, aut concedendas, ut possit uti gratis ibi contentis, ut pote contra regularia statuta Ordinis, confiteri quibuscunque sacerdotibus, & absolvi à casibus reservatis.

Et hoc prohibuit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne id faciant contra obedientiam Ordinis, & absque speciali licentia suorum Superiorum.

Innocentius Octavus idem prohibuit, & quod quæcunque alia absolutio, quoad fratres irrita sit, & inanis. Vide cõp. privileg. verbo. Cruciatæ. §. 16. & 21.

Pius Quintus in quadam constitutione edita die 21. Julij 1571. Pontificatus sui anno 6. quæ incipit. Romani Pontificis circumspècta benignitas, prohibet fratribus Ordinis Prædicatorum, ne possint eligere confessorum, & absolvi à reservatis virtute Bullæ Cruciatæ sine licentia suorum superiorum.

Quam constitutionem refert Passarellus in compilatione privilegiorum Sancti Francisci de Paula fol. 127.

Omnes prædicti Pontifices prohibet, ne vilius Fratrum Mendicantium Bullæ Cruciatæ accipiant, absque licentia suorum Prælatorum. Sed est constitutio Clem. VIII. quæ absolute id prohibet, facta ad instantiam Procuratoris Generalis Carmelitarum: qui cum supplicasset ad sanctitatem suam, ut remedium adhiberet Fratribus suæ Religionis, qui ut absolvi possent ab omnibus reservatis & non reservatis, accipiebant Bul-

lam Cruciatæ; Pontifex autem respondit ut infra, non solum pro ipsis Carmelitis, verum & pro omnibus Regularibus.

CLEMENS PAPA OCTAVVS

Ad perpetuam rei memoriam.

3 **R**omani Pontificis. &c. Exponi nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sanctæ MARIÆ de monte Carmelo, quod cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & aliis Privilegiis, quæ à Sede Apostolica concedi solent, detur facultas eligendi confessorum idoneum ab Ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absolvo à casibus ordinario reservatis, & à quibusdam etiam, quæ dictæ sedi reservata sũt: Religiosi dicti Ordinis, seu eorum nonnulli, etiam iis facultatibus uti præsumunt: & illorum præterito eligendo confessorum aliquando, præter eos, qui à suis Prælatiis eorum confessionibus deputati sunt: quod aliquando in speciale eorum vortit detrimentum.

Quare prædictus Procurator Generalis humiliter nobis supplicari fecit, quantum in præmissis opportuna providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinasti, ealem concessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum Indulgentiarum particularium, ad prædictum articulum eligendi confessorum, & absolventi à casibus reservatis cum Fratribus, & sororibus Monialibus Ordinis prædicti, ac aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum, cuiusvis instituti, mendicantium, & non mendicantium, tam Provincia Hispanica, quam extra eam ubilibet, locum minime habere neque cõferi.

Sed nostra intentionis existens, quod iidem Fratres, & Moniales, quantum ad sacramentum Pœnitentiæ, seu confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo declaramus. Eisdem tamen Prælatiis, ut in usu huiusmodi potestatis, secum subditis benignos, & faciles exhibeat PRÆCIPIMVS, ET MANDAMVS. Non obstantibus quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub anno 1599. die 23. Novembris Pontificatus nostri anno 8.

M. Vestrius Barbianus.

Ex qua cõstitutione patet, quod nullo pacto licet Regularibus accipere Bullam Cruciatæ pro eligendo cõfessario, & pro absoluitione à reservatis.

A R T I C V L V S X V .

An Regulares tempore Iubilæi plenissimi possint confiteri extra suum Ordinem, & absolui?

Iubilæi plenissimi virgine, possunt Regulares confiteri extra Ordinem quando id in diplomate conceditur.

R Esp. quod distinguendum est, nã vel in Iubilæo datur facultas specificè, vt Regulares possint sibi eligere confessarium extra suum ordinem, vel non: Si non concedit, absolute dicimus, quod non possunt, quia verba Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant. Si vero specificè in eis datur facultas talis, sicut Sanctis. Dominus Noster Paulus Papa Quintus, qui in Petri sede hodie vivit, & felix regnat in anno 14. sui Pontificatus, in duobus Iubilæis generalibus annis elapsis, promulgatis indulget: quod etiam antea fecerat Clem. VIII. & tunc nulli dubium, quin Religiosus possit extra Ordinem suum cõfiteri, & iuxta tenorem Iubilæi eligere sibi confessariũ, qui eum à reservatis, & ab omnibus absoluet.

2 Sciendum tamen est circa hoc quod dubitatum fuit coram Illustrissimis super Concilium Tridentinum. An tempore Iubilæi supradicti, concessi cum facultate, vt pœnitentes possint sibi eligere confessarium quemcumque, siue regularem, siue sæcularem, à quo possint absolui &c. An scilicet, possint Religiosi virtute dictarum literarum Apostolicarum Iubilæi, confiteri peccata sua sacerdotibus sæcularibus ab Episcopo loci approbatis, & ab eis absolui cum ipsi Regulares ordinario non sint subiecti, sed exempti? Et die 15. Decemb. 1580. *Congregatio Concilii pro maiori parte sensis pro negatiua: dixit tamen dubium referendum esse sanctissimo Domino. Qui postea die 19. Decemb. 1581. in Consistorio respondit, tempore Iubilæi posse omnes Regulares confiteri peccata sua sacerdotibus, etiam sæcularibus, approbatis ab Ordinario ad audiendas confessiones: nam in Bulla non fit mentio, nisi de Ordinario eorum, qui audiunt confessiones; non autem de Ordinario pœnitentium.*

Dubiũ 3.3 Dubitatur hic. An quando in Indulgentiis dicitur, *Indulgentia plenaria per quod in per modum Iubilæi*, num per talem ultimam particulam detur facultas, vt quisque

possit absolui ab omnibus censuris, & illud (per casibus reservatis. Pater Grassius in lib. modam in 4. caluum conscientiar, cap. 14. num. 29. bilæi.) tenet partem affirmatiuam: nam inquit, Grassius. illa particula, per modum Iubilæi, aliquid addit supra Indulgentiam; ipse autem putat, Iubilæum, præter Indulgentiam, continere etiam potestatem commutandi vota, & absoluedi à censuris, & casibus reservatis: & ideo cum indulgentia per modum Iubilæi conceditur, facultatem absoluedi à censuris, & casibus reservatis concedere videtur.

Rodriguez in sua Summa. tom. 1. cap. Rodrig. 18. num. 2. ait. in Iubilæo vltra Indulgentiam plenariam concedit etiam summus Pontifex, quod possint absolui fideles sacramentaliter ab omnibus peccatis reservatis, etiam Sedi Apostolicæ, & à censuris in Bulla Cœnæ Domini, nisi ab hæresi; quia hic casus commissus est in foro interiori, & exteriori Dominis Inquisitoribus.

Fauet huic sententiæ quia Bulla indictionis Iubilæi nihil aliud dicit, nisi quod concedit Indulgentiam plenariam in forma Iubilæi: sic in Bulla Anni sancti tempore Clem. VIII. quam vidi: & nihilominus fideles omnes absolui fuerunt ab omnibus casibus, & censuris.

Suarez nihilominus in tom. 5. disp. 7. Suarez. sect. 5. num. 9. ait, id non esse verisimile, quid explicatio illius vocis Iubilæi, & quæ totam illam potestatem includat, nullo iure, aut auctoritate ostenditur.

Vnde licet cum Iubilæo sæpe soleat illa potestas, vel facultas concedi; tamẽ Iubilæus proprie eam non significat: sumpta est enim illa vox ex scriptura, in qua Iubilæus annum remissionis significabat: & inde translata est ad significandam plenariam remissionem, quæ per Indulgentiam conceditur.

Deinde, illa potestas commutandæ vota, vel absoluedi à censuris, non est definita, & certa, sed interdum amplata est, & interdum magis restricta; ergo in absoluta voce Iubilæi, non potest intelligi aliqua potestas huiusmodi.

4 Sed quanta erit? non amplissima, quia hæc non semper, sed raro conceditur: neque cum certa aliqua restrictione, quia hæc nulla est definita, sed arbitraria ad voluntatem concedentis.

Non est ergo verisimile, tam grauem pote-

potestatis tibi concessa concedi, & ideo quoties conceditur, speciatim exprimitur, etiam si Iubilaeus concedatur, vtex vsu constat.

Quando ergo Indulgentia conceditur per modum Iubilaei, nihil aliud significatur, nisi concedi Indulgentiam plenariam, qualis concedi solet in Iubilaeis: quod si simul dixerint, concedi Indulgentiam plenariam ad instar Iubilaei, est repetitio quadam ad maiorem explicationem, & commendationem Indulgentiae, non vero est noua concessio: hucusq; Suarez.

8. In hac sententia Summa tota vis sit in voce Iubilaei; & nihilominus praxis est in obitrium quoad vnum, nempe quod semper in omnibus Iubilaeis conceduntur casus: ergo saltem quoad hoc erit semper uniformis: & praeterea id quod dicit Suarez, scilicet, quod quoties talis facultas conceditur, speciatim exprimitur, non est verum semper, nam vt diximus paulo ante, in Bulla iudicantis Iubilaei pro anno 1600. nihil hominum posuit Cl.

8. & nihilominus ab omnibus fuerunt absoluti poenitentes, & a censuris, & a reuerentis: ergo sufficit, quod Indulgentia vel sit Iubilaeum, vel ad instar Iubilaei, ad hoc ut in ea detur facultas praedicta. Vnde licet probabilem existimem sententiam Suarez, probabiliorem tamen censeo sententiam Grassij, & Rodriguez.

6. Dices sicut est, ergo Regulares possunt recipere Indulgentias omnes, quae sunt per modum Iubilaei, etiam quod sint concessae alicui Fraternitati, vel altari, vel particulari Ecclesiae, vel etiam mendicanti, & imaginibus, quae aliquando a summo Pontifice benedicuntur, & habent Indulgentiam per modum Iubilaei.

7. Addam hic vnum notatu dignum ex

D. Thom. in Addit. ad 3. p. q. 27. art. 2. ad 2. contra Fratres illos, qui sub hoc colore Indulgentiarum, vagari nunquam solentur: quia est ad propositum pro hac materia Indulgentiarum.

Ibi enim Sanctus Doctor arguendo, quod Religiosis deberentur Indulgentiae, quia essent eis causa vagandi, & dissolutionis Religionis: postea respondit, quod propter Indulgentias non debet dissolui Regularis obseruantia, quia Religiosi magis merentur Regulam suam seruando quantum ad praemium vitae aeternae, quam Indulgentias exquirendo, quamuis minus, quantum ad dimissionem poenae, quod est minus bonum, Hae S. Thomas.

ART. L. C. V. L. V. S. XVI.

An quando datur facultas tempore Iubilaei, ut Religiosi possint eligere sibi confessarium ab Ordinario approbatum, sufficiat, quod confessarius sit approbatus a praelatis Ordinis?

Resp. quod vel Religiosus poenitens vult confiteri extra ordinem, vel intra. Si intra suum ordinem, sufficit, quod confessarius sit approbatus a Praelatis suae Religionis, nam praedicta verba intelligi debent secundum veram, & approbatam Concilij Tridentini intelligentiam in sess. 23. cap. 22. de reformatione. Vbi licet mandatur vt nullus Confessor Saeularis, aut Regularis aliorum confessionem audire praesumat, nisi ab Ordinario fuerit approbatus; hoc tamen intelligi debet de Sacerdotibus Episcopo subiectis; non de Religiosis, qui hanc non habent subiectionem. Vide Nau. in Man. c. 4. nu. 2. & Angel.

Si vero voluerit extra ordinem suum confiteri (suppono quod in Transumpto Iubilaei id expresse concedatur) tunc etiam distinguendum est, nam vel vult confiteri alicui Regulari, vel alicui sacerdoti saeculari. Si regulari, sufficit quod ille talis confessarius approbatus sit a suo Praelato ad audiendas Fratrum confessiones. Si vero saeculari confiteri voluerit, tunc necesse est, vt talis confessarius a suo Episcopo sit approbatus, & expositus.

Autoris sententia.

Dubium.

Respondeo.

D. Tho.

ARTICVLVS XVII.

An tempore Iubilæi absolutus à censuris, & reseruatis, non adimplens omnia quæ præcipit Bulla, sit absolutus.

Resp. quod hæc difficultas mouetur propter Iubilæum, cuius indulgentia per varias actiones obtinenda est, quæ in discursu verbi gratia huius hebdomadæ fiunt, potest enim quis confiteri, & absolui in quocumque die hebdomadæ: vnde potest sæpe accidere, vt prius confiteatur, & absolutionem à reseruatis obtineat, & postea omittat alia opera necessaria, ideoque indulgentiam non lucratur. Metus ergo dubitatum est, an ille maneat absolutus simpliciter, ita vt nec coram superiore comparere teneat, nec iterum de illis peccatis absolui, vel si absolui velit, possit à quolibet Sacerdote.

Responsio. Pro responsione autem huius difficultatis, distinguendum est, nam talis poenitens vel accessit ad Confessionem bona fide, volens adimplere omnia quæ erant ordinata in Bulla, vel non: Si non, certum est non manere absolutum, sed absolutionem à censuris, & à reseruatiõne fuisse nullam, quia Pontifex non intendit concedere facultatem, nisi in ordine ad consequendam Indulgentiam, atque pro his, qui Iubilæum lucrantur, ergo quando absolutio datur ante consummationem tempus, & ante perfectas alias actiones requiritas, saltem est necessaria intentio obtinendi Iubilæum, & perficendi omnia, quæ iussa sunt, & quod homo sit quasi in via ad prædictum finem.

Absolutus. Si vero bona fide accessit, & habuit tempore Iubilæi intentionem omnia perficendi, tunc talis, licet non sit manens sacramentaliter absolutus ab obsequatur omnibus, quia absolutio data fuit, vt Indulgentiam supponimus, & non potuit esse pendens, quia à futuro euentu, quia hoc repugnet foris facit id, in sacramentali: ergo statim fuit validus prædicta: & habuit effectum (quia supponitur Bulla, mus ex parte suscipientis non fuisse obstantes in eum) qui effectus irrenocabilis est. Vnde de illa facultate, licet data fuerit in ordine ad futurum effectum, non tamen dependenter ab illo, vt à conditione de su-

turo, sed ad futurum, vt à conditione de presenti, id est, à presenti intentione faciendi omnia necessaria ad talem effectum.

Ex quo vterius fit, etiam si contingat postea illum effectum non sequi, siue voluntariè, siue casu contingens, huiusmodi poenitentem manere liberum omnino à tali culpa, sine obligatione comparandi coram superiore, & consequenter non teneri peccatum illud amplius confiteri: vel si illud confiteri debet, posse à quolibet Sacerdote absolui. Existimo tamen huiusmodi hominem grauius peccare, si post absolutionem peccatorum virtute Iubilæi obtemperat, voluntariè omittat reliqua opera necessaria ad Indulgentiam Iubilæi obtinendam, quia illud etiam est in fraudem Iubilæi, & contra virtuale pactum inclusum in facultate ad illum finem concessa: nam consequenter imponere videtur onus, & obligationem faciendi cetera necessaria ad prædictum effectum, & videntur se habere tanquam poenitentia iniuncta, & accepta in satisfactionibus pro talibus culpis.

Dubitium. Dubitatur hic, tempore Iubilæi amplissimi si quis absoluitur, an etiam finiatur reliqua opera necessaria ad consequendum Iubilæum, vt dictum est, & nihilominus obliuiscitur alicuius casus, qui habet vel reseruatiõnem, vel excommunicationem annexam: & deinde non facit reliqua opera ad consequendum Iubilæum, vnde nec consequenter recipit Indulgentiam, An talis liber remaneat à præsentatione?

Resolucio. Resp. quod si poenitens per confessionem, & absolutionem consecutus est absolutionem plenariam à reseruatis confessis, & à censuris; quod consequenter obtinuit etiam liberationem à reseruatiõne obliuiscitur, quia iam vult esse priuilegio sibi concessio: & licet postea non lucratur Indulgentiam, non propterea reincident in reseruatiõnem: cuius ratio est, quia qui semel confitetur legitime peccata sua, & absoluitur, non tenetur illa vnquam reconfiteri, nec in re naturali, nec diuina, nec Canonico communi: imò vt supra dictum est in prima sectione art. 9. nulla lege humana potest constitui, vt quis abique suo consensu obligetur ad consistendum bis idem pec-

S. Tho.

Nouitij.

peccatum, vt post Sanctum Thomam in quod lib. 1. art. 12. & post alios in 4. dist. 17. docet Nauarr. in cap. fratres, numero 3. & in Manual. cap. 9. nu. 1.

At is de quo loquimur, legitime fuit confessus peccata referuata, & legitime absolutus, & in absolutione fuerunt ei remissa non solum confessa, verum & oblita peccata: ideo nō tenetur amplius de illis se presentare, sed sufficit confiteri in presentibus confessario de peccato.

Et postremo, si praefatus poenitens fecisset omnia ad iubilaeum lucrandum requisita, vel obiret mortem ante diem Dominicum, iudicaretur absolutus, etiā quoad referuata oblita, nedum confessa, & non per aliam absolutionem: ergo illa absolutio data fuit valida, non solum pro referuatis, verum etiam, & pro oblitis.

3 Si dicas, quod non lucratur Indulgentiam, concedo, nam quia non facit omnia, quae diploma iubet, propterea non lucratur eam: at quando confitetur peccata sua absque vlla conditione absoluitur: ergo nec propter hoc datur occasio delinquendi, & fraudandi fructum Iubilaei illis, qui nollent aliud, quam absolutionem à referuatis, quia nos loquimur de illo, qui vere contritus, & cum firmo proposito lucrandi Iubilaeum, & faciendi omnia ad id requisita, legitime confitetur: & qui tali fraude vteretur, non esset legitime confessus, & per consequens nec absolutus à referuatis, neque à non referuatis, quia sua confessio non esset integra, eo quod peccatum illud fraudandi admissum tacet, vt dictum est.

ARTICVLVS XVIII.

An nouitij teneant se praesentare pro casibus referuatis.

Corduba te-
net noui-
tios obno-
xios esse
entationi,
& teneri
de referua-
tis.

R Esp. quod Corduba lib. 1. qq. qu. 30 disputat hanc materiam ad vtramque partem, sed ipse postea inclinat ad patrem affirmatiuam, quia licet illi in rigore non sint Religiosi: nihilominus quantum ad hoc sunt astricti sub iurisdictione Praelatorum illius Religionis, in qua viuunt. Quod potest probari à simili, nam secularis mutans Die-

cesim, vbi est aliqua eafus Episcopo referuatus, qui in priori Diocesi nō erat, tenetur ad illum, quia tenetur viuere secundum regionem, in qua reperitur, vt communiter affirmant omnes Canonistae. Ita pariter Nouitij tenentur viuere secundum iura, & statuta illius Religionis, in qua reperiuntur: & sic videtur, quod tenentur se praesentare Praeualiali, sicut faciunt professi, quando aliquod tale peccatum referuatum committunt.

2 Nihilominus sententia opposita est verior, & omnino tenenda, scilicet quod non tenentur: cuius ratio firma est, quia si non tenentur ad praecipua Regulae, cū non sint professi: a fortiori neque ad hoc tenentur, quod tantummodo habet vim praecipua.

Opposita
sententia est
verior.

Et confirmatur, quia sicut Nouitius non potest puniri tanquam Proprietarius, cum nondum emerit eorum Paupertatis, & per consequens non peccat circa talem materiam, vnde nec mittendus esset ad superiorem: & pariter si dimitteret habitum cum animo illum amplius non reassumendi, si postea reuertitur, non potest puniri vt Apostata, quia nondum fuit professus, & per consequens non esset mittendus ad superiorem: ergo neque pro caeteris casibus referuatis, cum aqua sit ratio omnium casuum referuatorum.

Nec valet dicere, quod non est simile, verbi gratia, de lapsu carnis, cum ex sua natura sit peccatum mortale, quod non est dicendum neque de proprietate, neque de apostasia, ad quae non tenentur, nisi professi. Hoc, inquam, non obstat, nam concedo quod lapsus carnis sit peccatum mortale, & coram Deo sit culpa grauissima, & pro qua delinquens debet poenitere, quia etiam antequam ingrederetur Religionem, tenebatur se abstinere à tali peccato: at dum est Nouitius, non tenetur ad praecipua Regulae, neque Religionis, in quorum numero est, vt Religiosus pro casibus referuatis Ministro se praesentet.

Praeterea praedicti Nouitij antequam annum probationis expleant, professionemque emittant, nullo modo dici potest, quod sint vere & proprie Religiosi, ergo nō possunt, vt alij Religiosi, ligari censuris, & astringi casibus in eisdem Religio-

lib. reservatis. Pro quo facti c. religiosi de sent. excomm. in 6. & id quod communi inter Doct. sed præsertim Io. Andrez; & gl. in cap. beneficio de regulis in 6. Et licet in materia favorabili, nomine fratrum, veniant etiam Novitij, cum fautores sicut ampliandi, cap. religiose de cleric. in 8. at in materia odiosa nullo pacto tales veniunt.

Talis autem est materia, de qua agimus, est enim odiosa, & ideo non comprehendit illos.

Nec dictis obstat, quod dicunt Doctores contraria opinionis, nempe, quod bene stat, ut dicti Novitij non sint vere, & proprie Religiosi, nisi rancum reuocabiliter, & quasi in via ad Religionem, seu ad professionem status religiosi, & quod ex alia parte adstringantur regularibus statutis, ac subdantur Prælatorum Regularium iurisdictioni, ad eum modum, quo seculares, qui habent præcurato Prælatus aliquem alium Religionis, cui licet non subdantur, & adstringantur, ut Religiosi subduntur tamen, & adstringuntur, ut tali Prælato Curato; Nam respondetur, quod hæc infamia non valet, nec exemplum est ad propositum: nam quamuis seculares diaconi sani alicuius Prælati Religiosorum illi sint subiecti; non tamen obligantur ad statuta Religionum, nec sibi sunt reservati casus, qui pro Religiosis reservantur.

3 Unde dico, quod supradicti Novitij subdantur quidem Prælatis Regularibus, sed tantum ut Novitij, non autem ut Professores, ut Novitij etiam obligantur ad Religionis asperitates, & ad procurandam ex decencia, atque ex congruentia, hæc Religiosis perfectionem: sed tamen non sub pœna peccati mortalis, aut sub aliqua lege obligante ad culpam, sed solum ad pœnam, seu ad expulsionem à Religione. Hinc si Novitius deliquerit publice contra casus reservados, poterit expelli à Religione: Si vero occulte: poterit absolui à suis confessorijs ordinarijs. Ut enim habetur in cap. ad apostolicam de regulat. & in cap. Monasterijs, 19. qu. 3. Novitij ingrediuntur Religionem, non vestitam profiteantur, seu eorundem statuta obligentur: sed ad hoc ut probentur & experimentum faciant, an eorum mores, & statuta illis

placeant, probenturque; ad invicem in Monasterio.

4) Sicut cum Corduba, quod Novitij debent esse subiecti alicui, quoad casus reservados? Respondeo, quod sunt subiecti Episcopo, vel Papæ: & si deliquerint in aliquo casu reservato, si est casus in Bulla. Coenæ Domini, ad summum Pontificem recurrendum est: si vero est casus Episcopalis, ad Episcopum: Bene verum est, quod si talis Religiosus habet privilegia, quæ concedant, ut regulares possint absolui à suis Prælatis ab omnibus reservatis à iure, & ab homine, poterunt tales Novitij absolui à Prælatis Religionis, quia in materia favorabili gaudent privilegio.

Itaque concludimus, quod Novitij non veniunt de præsentate de casibus reservatis. Hanc opinionem, quæ vera est, tenet etiam Emanuel Sa. in suis Aphorismis. tit. casus. vbi dicitur verbis ait: Casus reservati non habent locum in Novitijs, antequam per vota admittantur ad professionem, ut neque præceptorum obligatio. Tenet etiam Manuale Prælatorum, & Rodriquez tom. 1. qq. regul. q. 21. art. 11.

5 Verum est tamen, quod ego non probor, id quod habet idem Rodriquez, nempe, quod Novitij non tenentur ad culpam, sed ad pœnam, scilicet expulsionis à Religione, & sic possunt Prælatis expellere à Religione Novitium, quem cogoverunt incontinentem, talem, proprietarium, & subreptitum eligentem confessionem, præter nominatum ad confessiones Novitiorum audiendas. Hoc, itaque, simpliciter non probor: nam si peccatum omnino est occultum, & secretum, quando capiuntur vota, communitur acceptatur, & omnes alij, qui peccatum illud non noverunt, dant ei suffragia: Prælatus tenetur eum recipere ad professionem, nec potest socijs votantibus insinuare cuicumque de scitis in confessione: & ad summum, solum poterit ei negare suum suffragium. Si vero peccatum est notorium, tunc habet locum id quod dicit Rodriquez, debet statim expelli.

6 Neque etiam probor id quod dicit Gemianus in cap. non solum, de regular. in 6. quem sequitur Rosella, verb. Novitius, §. duodecim, & Sylvest. Religios. qu. 7.

Conclusio.

Eman. Sa.

Manuale Prælatorum. Rodrig.

Limitatus Rodrig.

Limitatus Gaud.

qu. 7. Nempe quod Nouitius delinquitur
in delictis, & quod professus in ore dicitur
carcerem perpetuum, pariter & ipse No-
uitius carere perpetuo debet in car-
ceri: nam tum non sit professus, non te-
netur talem poenam acceptare.

Et prater ea, si Nouitius tale delictum
commisit tanta poena dignum: quis nisi
paucum zelans suam Religionem, abbe-
ci suffragium ut profiteatur? Et si latet
ergo scitum, ne morbida facta peccata
tota corrumpat ouile. Nisi quis velit,
ut ego pro talibus, & similibus opus sit,
securam, ac perpetuum carcerem elige-
rem, & tunc statim assignabo totum mun-
dum, in quo tales permaneant, donec
mors eos preoccupet.

*Ponderanda
solutio.*

*Confessum
pro bono a-
nimarum,
uoluntati
sacile, ut
aliquando
eis conceda-
tur confes-
sarij extra-
ordinarij.*

Pro ceteris vero Nouitijs, qui reman-
ent in Religione, consulerem ipsorum
Prelatis, & Magistris, ut aliquando da-
rent eis facultatem mutandi confessa-
rium, ut puriori conscientia ad Sacra-
mentum Eucharistiae accedant. Quod
facillime facere poterunt, si tempore ali-
cuius festi, vel in alijs diebus ad com-
munionem deputatis, consulto ipsi Prae-
latis, & Superiores Domus, seu Magistri
Nouitorum eam ad aliud Monasterium.
Hoc enim maxime conducerat, non so-
lum pro reuerentis occultis, si quod ha-
berent, verum & pro alijs casibus.

Nam si Monialibus ex Concilio Tri-
dentino datur confessarius extraordinarius
ter, aut quater in anno, bonum
etiam esset, ut Nouitij tali facultate gau-
derent: melius enim esset illis hoc con-
cedere, quam quod saepe faciant confes-
siones inualidas, & non integras, pro-
pter timorem, quem habent de suo su-
periore, putant enim, quod tempore pro-
fessionis sit eis suffragium negaturus, &
propterea multoties tacent aliquid gra-
ue peccatum.

ARTICVLVS XIX.

*An Religiosi iuuenes committantur confitari Su-
periori; an vero et ipsi quidem facul-
tate data omnib. A. Clem. VIII.
is sit in vniuersis libertatem ad
facere, multo h.*

R Esp: quod iuuenes debent serua-
re statuta, & Superiori confite-
ri, sic enim declarauit publice Refo-

Georgio Romae Pater Anselmus Menopo-
litanus? postea Illustrissimus Cardina-
lis se habuisse a Papa Clemente VIII. &
hoc ut magis conseruarentur in discipli-
na regulari.

Bene verum est, quod pro ipsis adhi-
bendum esset remedium illud, quod pro
Nouitijs in praecedenti articulo positum
est: scilicet, ut superiores domus aliqua-
do darent iuuenibus modum alteri con-
fiteandi.

2 Si quis modo quærat, quamdiu du-
ret hæc obligatio iuuenium? Resp. quod
de hoc sermonem habui cum R. d. d. d.
dunt Parte Hieronymo à Castro Peretto-
rum, tunc Generali dignissimo (qui inter
paucos annos per duas vices electus fuit
in Procuratore Generale, & per duas
vices etiam in Generalem totius nostræ
Religionis) cum tali ergo Patre de hoc
sermone habui, & respondit, se habuisse
se a prædicto Illustrissimo Card. Meno-
poli de mente Sum. Ponti. quod hoc in-
telligitur, quamdiu ipsi iuuenes sunt in
Nouitiatu, vel dum manent in Semina-
rijs ad proficiendum in disciplina regu-
lari: quo tempore expleto, gaudent &
ipsi facultate, quâ habent ceteri fratres.

ARTICVLVS XX.

*An Religiosi subditi ad libertatem possint mu-
tare confessarium, absque licen-
tia Superiorum?*

R Esp. quod ex nostris constitutio-
nibus talem facultatem non ha-
bent, sed opus est, ut licentiam obtineant:
quoties talem mutationem voluerint
facere. Et recte quidem, nam secundum
ius commune, nullus Sacerdos, neq; sa-
cularis, neq; regularis potest audire con-
fessiones fratrum, nisi à Prelatis ipsorum
fratrum habeant iurisdictionem, sicut
nemo potest audire confessiones fidelium
alicuius Episcopatus, nisi ab Episcopo,
aut à Papa iurisdictionem actualem su-
per ipsos fideles habeat, prout cum mul-
tis absoluit Nauarrim Man. c. 4. nu. 1:
Notandum verò est hic, quod Religiosi
itinerantes non possunt confitari alijs
Religiosis sui ordinis, nisi à suis Prelatis
licentiam habuerint ad audiendas con-
fessiones fratrum: nam licet ante Con-
cilium Tridentinum Sacerdotes regula-

*Regulares
non debent
mutare con-
fessarium
absq; Super-
ioris licen-
tia.*

tes poterant sibi eligere confessorium, quemlibet Sacerdotem simplicem, tam etiam ante Concilium Sacrosancti Regularis minime id poterant, sed caput Religiosum à suis Prelatis approbatum. Et hæc consuetudo in Religionibus bene ordinatis semper viguit, à qua non est recedendum. Vnde Greg. XIII. (vt habetur in Compendio priuileg. Societatis IESV. tit. absolutio. fol. 11.) declarat pro Religiosis eiusdem Societatis non esse, neque fore mentis suæ, aut sedis Apostolicæ, vt personæ Societatis absque preffa Superioris eiusdem Societatis licentia, vtatur facultatibus, quæ in subditis, Bullis Cruciatæ, confessionibus, aut alijs quibusuis Apostolicis indultis, quæ communitatibus, aut priuilegijs personis, aut pijs locis, quomodoque aliter hucusque concessa sunt, aut in posterum concedentur, etiam si in illis expresse indulgeatur, vt omnes Regulares etiam Mendicantes eiusmodi facultatibus vt possint.

Si quando vero vsus aliquorum ex huiusmodi facultatibus personis de dicta Societate à Superioribus eiusdem Societatis concedatur, nulli earum licere, nisi infra numerum eorum, qui ad confessiones personarum eiusdem domus, aut Collegij audiendas deputati sunt, confessorium eligere, nisi ratione iuuenis, aut alia de causa ab eisdem Superioribus alijs confessorijs intra, aut extra societatem confitendi facultas ad id specialiter daretur. Secus facta, irrita, & inania esse decreuit. Id ipsum quoque concessum fuerat ante fratribus Minoribus per Innocentium Octauum, & Iulium Secundum, prout in comp. priuileg. habetur, tit. confessio, & confessores. 5. 6. & 7. Itaque siue Regulares maneat domi, siue extra Monasterium sint, debent semper petere licentiam à suo superiore, vt consistantur, sic de iure.

Nunc autem quia ex Decreto Clem. VIII. deputantur confessorij ad audiendas fratrum confessiones, & superiores non possunt cogere subditos ad sibi confitendum, vnicuique Religioso licet eligere semel vnum de deputatis, & profectum cum illo. Quod si voluerit mutare confessorium, in nostra Religione tutum est, ne fiat absque licentia in alijs vero Religionibus seruanda sunt, vel statuta,

vel profectum dicitur.

1. Notandum vnde est pro fratribus nostræ Religionis, quod quando quis confitetur deputato confessorio, subditis tamen, & vult eum mutare, potest petere licentiam à Guardiano, vt alteri confiteatur, vel poterit confiteri ipsimet Guardiano, si ei libuerit, quia ad Superiorem vniquisque potest ad suum liberum recurrere pro confessione. Si vero sanctus confessorius electus est ipsemet Guardianus, & timer subditus, quod si licentiam ab ipso petat pro mutatione confessorij, Superior capiet vmbra de illo: tunc poterit confiteri alteri deputato, absque eo, quod petat ab eo licentiam: potuit enim tunc interpretari intentionem Superioris maioris: & eo magis id poterit facere, si petit licentiam, & non obtinet: vel difficulter ei conceditur, nam tunc potest mutare confessorium ad suum beneplacitum.

Hæc hanc doctrinam Tolerus in sua *Toleros* summa libro tertio, capit. 13. cuius hæc sunt verba. Tunc poenitens debet petere licentiam alteri confitendi: qua non obtenta, potest cuius idoneo confiteri, iuxta Syluest. verbo. confessor. 1. 5. 6. *Sylu. Adria. Ricc. dilt. in l. 17. Nauar. in cap. placuit. nu. 144. sic Tolerus.*

3. Hæc quoque modo dicta sunt, adeo sunt vera, vt si subditus neutrum poterit facere, scilicet, quod non potest habere facultatem alteri confitendi, & timer, quod petendo licentiam per se, vel per alium, ipse Prelatus veniet incognitionem sui peccati: tunc potest ad celebrandum accedere, etiam si sit excommunicatus, cum debita tamen contritione, necessitate maxima urgente, & ad euitandum magnum scandalum prout, tenet *Victoria. de confess. nu. 146. Sor. dilt. 18. q. 1. art. 4. Ledesma. 2. p. 4. q. 7. ar. 5. vers. sed videtur.* Hi omnes affirmant, etiam causam esse sufficientem ad accedendum ad altare, aut communicandum casibus referuatis, & excommunicatione, si adsit contritio, quando Prelatus non vult concedere suam auctoritatem, & poenitens scit probabiliter, quod si ipsi confiteatur, impediet ipse Prelatus maxima bona spiritalia, & etiam magna bona temporalia, negando illi suffragium ad ipsorum confessionem. Vide quæ

Nota

Sylu. Adria. Ricc. dilt. Nauar.

Victoria. Sorus. Ledesma.

Rodrig.

habet Rodriguez tomo primo qq. regul. 21. ar. 4.

ARTICVLVS XXI.

*An subditi possint impediri a superiori ne non
suis confessionariis vel liberum, et in
summo nihilominus confessionariis;
an tamen das a ob solutio*

Dispositio-
tur hoc dis-
fuitas ad
vram quo
patrem.
Pars affir-
mativa.

R Esp. quod circa hanc difficultatem sunt dicenda plura. Primo ad pro parte affirmatiua, scilicet quod subditus ad liberum possit mutare confessarium, sicut, quis tale Decretum Summi Pontificis factum est in fauorem subditorum, et est factum a legislatore; & secundum iura, quotiescumque quis delegatur a Principe, & comparatur ordinario. La iudice de iudic. & ibi Doctores. cap. pastoralis, de offic. delegati: & talis delegatus est maior ordinario in causa sibi commissa. cap. sane de offi. deleg.

Neque obstat, quod delegati, seu deputati confessarij facti sint a superioribus, non a summo Pontifice, quia superiores ex se id non faciunt, sed ex praecepto eiusdem summi Pontificis; & munus ipsorum superiorum solum est delegare prudentes, & sapientes viros: & in reliquo videtur quod apud tales libera sit facultas, vt audiant confessiones omnium ad se recurrentium: & patet sit liberum ipsis inferioribus mutare confessarium.

Tum quia statutum Religionis non potest restringere facultatem hanc a summo Pontifice datam in fauorem Religiosorum subditorum, & fauores sunt ampliandi, non restringendi, iuxta regulam: Odia sunt restringenda, fauores sunt ampliandi. Vnde nullus inferior potest tollere, aut impedire, seu retardare, sed neque restringere concessionem, indultum, & privilegium per Principem concessum: aliter enim sequeretur maximum absurdum, scilicet, quod inferior haberet potestatem super praelatum superiorem, & posset destruere penitus facta, & concessa per eam, quod est contra tex. in cap. solita. de malonijs & obed. dareturque repugnantia nominis, inferior, quod esse non debet in praeiudicium praelati superioris. Potestatis: alias de facili corruerent iusta,

concessionem, & indulta Pontificum, quae tamen summo opere sunt veneranda, & adimplenda: nec ipsimet Principes solent gratias semel factas reuocare, nisi ob demerita personarum.

Videatur de hac re Nauar. lib. 3. conf. de regular. conf. 5. nu. 4. vbi dicit, quod nullus inferior Papa potest contra ius commune Canonicum statuere. cap. quod super his de maior. & obed. cu eis adnotatis. Sed statutum praedictum, vt scilicet non possit mutari confessarius absque licentia, aliquibus videtur esse contra ius commune, per quod vniciusq; licet accedere ad quemlibet deputatum ad arbitrium suum: & videtur etiam esse contra Decret. Clem. 8. qui dat facultatem regularibus. vt ad libitum possint confiteri: quod verbum licet non ponatur in Decreto; nihilominus, quia Papa non apponit ibi restrictionem aliquam, videtur, quod recte possit elici.

Quod etiam confirmatur per id, quod habet Nauar. ibidem. nu. 8. vbi sic ait. Per quas rationes nunc firmiter credo, quod ante hoc quasi dubitabam, nempe nulla Capitula; quantumcumque Generalia praesati ordinis, nec alium, posse statuere, vt confessio trium vtorum substantialium facta non valeat, si communi iure Canonico (sublato de medio illo statuto) esset valitura: Et a simili dico ego nulla capitula quantumlibet Generalia posse statuere, vt confessio ad libitum poenitentis facta cuilibet de deputatis non valeat, quia ex Decreto Clem. 8. (sublato de medio illo statuto) valet.

Nec obstat id quod dictum est supra in art. 1. sect. 1. nempe posse superiorem arctare inferiorem, quoad personas: na sibi semper de iure communi, hic vero est ius speciale in fauorem poenitentis: Et praeterea superior non potest arctare erga inferiorem id quod ei superior concedit: hic vero Papa est, qui non solum concedit, sed iubet, & praecipit vt subditus gaudeat hac facultate.

Ad hoc addo ea, quae habet idem Nauar. lib. 3. consil. de regul. conf. 49. nu. 7. vbi sic ait: Inferior non potest legem superioris tollere, vel arctare. argum. cap. inferior. dist. 22. &c. cum inferior. de maior. & obed. & ita communiter resoluunt Doctores in cap. si clerici. de iudic. Præterea, facultas hanc non est facta

Nauar.

Nauar.

ad petitionem, & ad instantiam partium, nam de hoc nulla fit mentio in Decreto, solum est: quasi Motus, proprius summi Pontificis ut animarum salutem consulat sic enim ait textus *Sanctissime Dominus noster, quodiam pridem accitit s' p'p' obit, et in ipso conspiciat*. In quibus verbis patet quod ex se motus est ad hoc decretum in eundem. Et infra. *Deprecat, ut in iis malis suis Sanctitas opportuna prouideret deprecat*. Ergo ex his patet, quod Papa Clemens ex se motus est ad faciendum hoc Decretum, unde iuxta in eodem aliter debet obseruari nec a *fratre* aliquo Religionis, neque a Prelatis ipsi debet restringi.

Obiectio.

Ad contra ea, quae distat, possit adduci Priuilegium Sixti III. ut habetur in Comp. priuileg. tit. Generalis. S. 10, qui dat facultatem Generali Fratrum Minorum, ut quando quocumque uiderit Fratres suos, vel aliquem ipsorum abusi gratiis, & facultatibus Apostolicis ab eodem concessis, possint gratias, & facultates huiusmodi suspendere, ac suspensas tenere, donec consulat summum Pontificem, & ab ipso resposum accipiat. Sed nihil obstat tali Priuilegio, nam Decretum Cle. VIII. non est suspensum, sed est in obseruantia, & a ab omnibus Regularibus receptum.

Solutio.

Et praeterea, facultas data Generali loquitur de gratis, & concessionibus a summo Pontifice datis: in casu uero nostro non est sic: nam Decretum Cle. VIII. est praecipuum, ut patet ex littera textus: & non est concessio, sed praecipuum, & prouiso facta ab ipso summo Pontifice pro salute animarum Religiosorum; ergo nihil contra dicta.

Obiectio.

4. Dices, quod saltem obstantes, quae habentur in eodem Compendio ex l. e. de X. ubi supra. S. 24. ubi concessit Generali Fratrum Minorum, ut in suo capitulo Generali, de consensu eiusdem Capituli, vel maioris partis, declarare possit, & valeat, utrum uis alicuius concessionis uis, uocis oraculo, facta ab illi debet: postquam quidem declarationem, tam Fratres, quam Moniales sui obediunt, ac si concessio huiusmodi per Sanctitatem suam suspensa, uel reuocata fuisset, concessio eadem in perpetuum non uincit.

Solutio.

Sed neque hoc obstat, nam in primis

facultas potest qua est scriptura, non est pro concessionibus, sed pro decretis, & praecipis: deinde, non est factum hoc Decretum in a uocis oraculo, ut propterea Superior possit dubitare de veritate ipsius, & de suspendere executionem, & necessitate huius, sed est Decretum authenticum per scripturam, & per promulgationem factum, & ab omnibus Regularibus receptum, ut dictum est. Unde uidetur quod haec prima assertio stet firma, & corroborata.

Quo ad statum uero Religionis, scilicet, ut non mutentur confessarii ad libitum penitentium absque superioris licentia, dicitur in primis, quod non est praecipuum, ut patet. Secunda, ex protestatione, quam eadem nostra Sanctitas faciunt, se non intendere obligare quemquam ad mortale, uideatur, quod non obliget.

Tertio, quod statutum factum non est restrictiue simpliciter, nullam enim scribitur mentionem de restrictione (unde hallucinantur asserentes, Religionem habere facultatem restringendi ius commune) sed dat normam, & modum uiuendi communiter fratribus, ne in Ordine, in quo summus ordo esse debet, aliqua sit confusio.

Pars negativa.

Pro alia uero parte, scilicet, quod superior possit limitare facultatem tam confessariis, quam subditis, facit, Primo, quia tales deputati propterea audirent confessiones, quia delegantur: unde sicut delegans potest talibus tales non delegare, ita pariter potest limitare facultatem quoad personas, ut scilicet hos, & non illos audiant, & sic, & non sic, quemadmodum diximus supra in art. 2. primae sectionis: potest, inquam superior dicere: Volo, ut postquam quis unum elegerit confessarium, non mutet eum absque licentia.

Facit et hoc, quia iudex delegatus nullatenus potest egredi confessionis suae fines, & quicquid ultra, aut secus facit, nulliter facit. cap. cum olim de priuileg. cap. cum dilecta. cum rescriptis. ubi late Felipus, nu. 74. cum seq. Omne enim, quod fit, non solum contra, sed etiam praeter commissionis formam, est ipso iure nullum Lillud. S. sed si ita. & ibi Bar. si quod quisque. Probat late Menia, & Gutierrez. lib. 2. qq. Canoniarum.

carum cap. 7. m. 1. s. i. l. Regia fold-
ti dolos terminos. in vndecimo funda-
mento. 2. p. n. r. vbi habetur, quod nō
solum mandatum est seruandum, sed
etiam qualitas mandati. cap. cum venif-
sera. de eo, qui mittit in possessionem, si ser-
uand. & ibi Bald.

Nec obstat, quod apud Galah Regu-
lares praxis sic se haberet; & nō
quod ad libitum mutantur confessarij
nam hoc fortasse fit ex consensu, & sci-
entia superiorum, qui id vel decernunt
nant, vel scienter tolerant: nos vno lo-
quimur, quid de iure sit seruandum in
ta Decretum Clem. 8. in 1. c. 1. de re iud.

Deinde facit, quia quando verba iu-
gis non sunt clara, debent interpretari
secundum ius commune, donec a legi-
slatore taliter declarentur: At secundum
antiqua iura, non licebat subditis eligere
sibi confessarium ad libitum, sed serua-
re cum licentia superiorum; ergo cum
in Decreto Clem. VIII. circa hoc non
habeatur verba clara, videtur, quod
in illo pacto inferioris potestatis facte, si
scilicet, vt iuratum ad libitum, & econtra
ita, superiores id possunt limitare, quia
ius antiquum eis non tenet, & novum non
impedit.

Præterea, Statuta nostræ præsupponunt,
Fratres omnes tendentes ad perfec-
tionem in seruire spiritus; & quia, vt
viri pii docent, maxima potest. Sæpius
cuius bonæ voluntatis, & hoc quænam maxime
conducit, ut confessarius non mutetur
nam ex frequentatione mutatione confessarij
coniuncta possumt proficere virtutibus: spiritibus
proprie dicitur de eorum Religio, vt
scitatis potestatem vultu ex deputatis
confessarij in elegatione, illum non man-
ent absque superioris licentia.

Ex huius videtur concludi, quod su-
periores Regularium licite possunt li-
mitare am confessarios, quam peniten-
tias, vt dictum est, sicut obiecta respon-
detur subditis, sicut contra la statuta
Religionis neque est contra ius, ne-
que contra Decretum.

Non primum, quia ius antiquum est
in fauorem, & ius nequum non contradi-
ctum ante sit: vt patet: Neque secundum,
nam a Deo fito videtur, quod de hoc
non agatur, sed quod relinquatur dispositio
faciendi Prælatorum: Ergo cum superiores
prohibeant, de subditis absque licentia

confessarios mutent, videtur quod licite
id possint facere, & subditis obedire re-
nentur.

6. Sed quid dicendum, si nihilominus
muent confessarium ad libitum absque
licentia, An absolutio data teneat? Re-
sponso; quod sic videtur licite sit regula
app. In istis, quod actus factus contra
legem prohibentem illius fieri, non va-
let: L. non dubium. C. de legibus; fallit
hoc quando: lex expresse non annullat
actum; & valor actus non respicit fau-
orem eius, cui pœna imponitur, vt resolu-
it Bartolus communiter receptus in
epitome ait nu. 3. ff. de nouo opere nunc.
Et in casu proposito, non annihilatur
actus, sed prohibetur tantum, & valor
confessionis alteri confessario factæ non
pendet ab eo, cui prohibetur: nam abso-
lutio sic data, vt prædictum est, licet pro-
hibeatur a statuto Religionis, nihilomi-
nis non annullatur; ergo tenet, & quia
non potest amplius annullari, quando
semel est data, cum absolutio non pen-
deat a summa conditione; hinc conclu-
damus, quod absolutio data tenet.

7. Sed obijciat aliquis, quod imo lex
annullat, quia cum remouet potestatem,
remouere quoque videtur actum, aie
quid sit, & non possint mutare confes-
sarium; facit ad hoc id quod habetur in
cap. mandamus, verbo, non potuit. 2. q. 9.
de hoc absolutio data videtur quod non
tenet ex quo dicitur ibi de hoc plura.

8. Primum quoque statuta nostra non præ-
cipiunt, neque ad culpam obligant, vt
pœna ex his quæ habentur in fine ipsius
statuti, vbi distictis verbis est decla-
ratio, quod per illa statuta non intendit
obligare fratres ad peccatum aliquid: si
ergo non obligant ad peccatum, non est
de proposita re ambigendi locus.

9. Secundo quod vt dictum est paulo
ante in hoc eod. art. Statutum Religio-
nis non potest restringere facultatem
hanc a summo Pontifice datam in fau-
orem subditorum Religiosorum, cum fa-
uores sint ampliandi, & odia restringen-
da. de regul. iur. in 6. Vnde nullus infe-
rior potest restringere confessionem, in-
dultum, aut privilegium per Principem
alteri concessum: aliter sequeretur ma-
ximum absurdum, scilicet quod inferior
haberet potestatem super Prælatum su-
periorum; & posset destruere penitus
per

Dubium.
Solutio.

penam factam, & concessio quod est contra text. in cap. solite. de maior. & obed. dareturque repugnantia huius nominis (inferior:) quod non debet, in præiudicium præsertim summæ potestatis: alias de facili contruerent iussa, concessiones, & indulta Pontificum: quæ tamén summo opere sunt veneranda, & adimplenda. argum. cap. inferior. dist. 22. & c. cum inferior. de maior. & obed. & ita communiter resoluitur. in cap. ar. si. clericici. de iudic. Videatur de hac re Nauar. conf. 65. n. 1. de regular. & conf. 5. nu. 4. eod. tit.

10 Et multo minus id possunt facere Prælati circa Motum proprium Summi Pontificis, sicuti est hoc Decretum, de quo loquimur: licen enim hoc titulo careat: ex contextu tamen literæ apparet, quod talis sit, cum summus Pontifex Clem. 8. ex se motus fuerit ad illud faciendum, non ad petitionem partis: nulla enim de hoc fit mentio in Decreto: & propterea iuxta tenorem verborum debet integratio obseruari, nec à statuto aliquo, vel Prælati qualibet potest restringi.

11 Tertio, quod nullo modo debet fieri talis restrictio, esset enim diametraliter pugnare contra piissimam mentem ipsius legislatoris, qui vt salutari mairatū prouideat, in Decreto duo facit præcipue, primo, eximit inferiores regulares, ne accedere ad suos Prælatos pro confessione facienda sint adstricti: deinde præcipit, vt Prælati deputent plures confessarios, qui ad se accedentes poenitentes à non reseruatim libere absoluant. Itaque de mente legis esse videtur, vt prælati hoc tantum faciant, scilicet, vt ad libitum confessarios deputent: at quantum ad subditos, dicit (qui eos à non reseruatim absoluant): ergo si ad libitum accedant ad ipsos deputatos, potest sine eis facta à decreto summi Pontificis: ergo absolutio data tenet.

12 Quarto si petenda necessaria esset licentia pro mutatione confessarij, multoties eadem inconuenientia sequeretur, pro quibus tollendis summus Pontifex fecit tale Decretum: sic enim ait in primis verbis: *Sanctissimus Dominus noster, qui in scripturis accuratè perpendit, et in ipsa comperit, quod reformatio facienda non*

saluandi Religiosos poenitentes à peccatis quibusdam grauioribus, nisi superiores admodum prudenter, ac moderate illa usentur, nonnullos infirmiores qui interdum superiori suo conscientia maculas detegere formidans, adducere in officina æternæ damnationis periculum, et spiritualis remedij desperationem. Sic textus à hinc inquam in conuenientia, non solum poterant euenire tunc, quando pro confessione facienda subditi necessario tenebantur ad suos superiores accedere, verum & quando ad petendam ab eis licentiam pro mutatione confessarij cogentur: ex tali enim petitione facile possent suspicari superiores, talem poenitentiam gratam esse aliqua graui culpa, quam ordinarium confessarium vult

laxare. Vnde ne sit talem suspicionem incendant, multoties id non petunt, & quia talem culpam confessario manifestare nolunt, iusta moei causa, eligunt potius confessionem non integram facere. Quod quam graue peccatum sit, nos post alios fuisse probamus: supra in princ. huius 3. sect. in explic. diximus condit. confess.

13 Quinto (Et est valde notandum) quod verba illa statutorum: Et non possint eum mutare absque licentia: ad confessionem, & ad validitatem absolutionis nullo pacto dirigi possunt, de talibus enim nulla prorsus mentio fit in verbis, quæ sub illa negatiua clauduntur, vt patet. Vnde ergo elicitur hæc conclusio: ergo absolutio data non tenet? Perpendantur verba illa, & in formali significato explicentur, & ad actum confessionis & absolutionis nullo pacto pertinere videbit. Quod si aliquatenus operationem habere debent, solum est; inhibere poenitentibus, ne ad faciant: vnde ad summum, qui aliter faciunt (si arguendi sunt) de inobedientia arguentur: & in reliquo quantum ad confessionem, & validitatem absolutionis nulla potentia admittitur, vt falso præsupponitur. Sed qui tales poenitentes sic ad confessarios deputatos accedentes arguere voluat, perpendant primo quid faciant: non enim video, qua poena digni sint, qui ad vnum de deputatis confessarijs accedunt, cum ad id facultatem habeant à summo Pontifice, vt paulo ante diximus.

14 Sexto dicit, quod Praxis Societatis Christiani Orbis sic habet, quod iniqua

libet de confessione facienda, deponatur, & ad confessionem suam non factam, penitentia deinde ad eam accedant, & ad libitum mutant: sic etiam faciunt, & seruant communiter Regulares.

Quin, quod Nazarij in cap. placuit. dist. 6. nu. 28. fateatur, quod quilibet sacerdos eligi sibi quemlibet sacerdotem in confessarium, si non est iure, saltem ex consuetudine. Videatur locus Nazarij. Sorus quoque in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. dicit, quod vniuersi simplices sacerdotes eadem gaudent facultate (qua scilicet Prælati) v. sibi promissus quemcumque eligant confessarium. Pater Sorus in suis addit. ad Comp. priuileg. tit. absolutio ordinariæ quo ad fratres, animaduertit, quod multi summi Pontifices honoræ Religionis concesserunt, vt de materia peccati mortalis possint Fratres confiteri cum quouis Ordinis sacerdote, etiam quod à suis Prælati licentiam non petant.

Quod etiam affirmat Emanuel Rodriguez tomo 1. q. regul. q. 62. art. 4. Cur ergo Regulares subditi non possunt ad deputatos confessarios ad libitum accedere, & beneficium absolutionis ab eis accipere? & vnde dicitur, quod absolutio sic data non tenet?

15 Imo si verba decreti inspiciantur, ad hoc præcipue videtur, quod factum sit tale Decretum, vt scilicet subditi, nõ solum ab obligatione illa ad superiores accedendi pro confessione facienda, verum & à necessitate petendi licentiam pro confessario mutando emittentur, & liberius, & confidentius peccata sua alicui ex deputatis confiterentur: sic n. sonant verba textus: Nonnullos infirmiores, qui interdum superiori suo conscientie maculas detegere formidant: sequitur textus: adducere possit in avertam damnationis periculum, & spiritalis remedij desperationem: Ad quæ inuenientia multo citius possunt devenire non solum qui ad superiores accedunt

pro confessione faciendis, sed etiam qui ad eadem accedunt, pro mutatione confessarij.

Suspectos enim se redderent, grauitos esse aliqua graui culpa, quam vel latere volunt, confessarium ordinarij, propter ipsius grauitatem: vel quia fortasse ad ipsum et ordinarium confessarium spectat. Et propterea superiori suo consentie maculas detegere formidant, non solum in confessione, verum & in petenda licentia pro mutatione confessarij.

Cum ergo ad hoc præcipue factum sit decretum, non relinquitur amplius ambigendi locus, & vnicuique subdito licitum est ad libitum mutare, & eligere confessarium, vnum scilicet ex deputatis, non alium.

16 Septimo, & vltimo dico, quod prædictum dubium cum fuisset propositum in Congregatione illa, quam pro Regularium reformatione S. D. N. Paulus Papa Quintus ordinauit: conclusum, & determinatum fuit, talem absolutionem esse validam, sic resultat mihi R. a domino P. F. Hieronymus à Castro Berothorum eiusdem Ordinis, qui ad talem Congregationem iussu eiusdem sanctissimi fuit & ipse cooperatus.

17 Dices, quod melius esset, & ad spiritualem profectum valde conduceret, non mutare confessarium. Fateor ergo: sed in casu proposito non agimus de maiori profectu in vita spiritali: sed de medicina languenti animæ tradenda, cui in multis indulgere sanctissimus P. B. uis recte indicat: sic habet enim textus: Nonnullos infirmiores, &c.

18 Ex dictis ergo patet firmitas nostræ propositionis, nempe quod subditi Regularis absq. licentia mutant confessarium (dummodo sit vnus ex deputatis) quod licite id facit, & absolutio data tenet. Et hæc quantum ad præsentem difficultatem, & quantum ad primam partem huius tractatus dixisse sufficiant.

SECUNDA PARS

In hac secunda parte agemus de ipsis casibus referuatis in particulari, iuxta ordinem, quo positi sunt in Decreto.

PRIMVS CASVS.

Veneficia, Incantationes, Sortilegia.



De hac materia tractat D. Thom. secunda secundae. q. 95. per totum; & ibi omnes sui Socratici, praecipue Caietan. & Rannes. & Valentia. tom. 3. disput. 6. q. 12. per totum. Gabriel. in 2. sent. distinct. 8: Victoria. in Relect. de Magia. q. 3. Nauaer. in Manual. cap. 11. a nu. 23. & deinceps. Syluester. Tabiena. Angelica. Tolerus. Clauis Regia. lib. 4. c. 4. per totum, Martinus del. Rio. in suis libris. Disquisitionum Magicarum. & alij quam plures. Ve autem de hac re pro nostro instituto aliqua dicamus etiam nos; praemitto.

& foetentes doctrinas proferunt. Neque ab Ariolis. Septuaginta. Veneficijs, qui demonum scilicet nomina inuocant, & aliquando corpus curant, vt animam interficiant. Procopius. hic. Illas omnes superstitiones nemo sequatur. Christianus, cuius sponsum in Deo sita sunt: etsi non illico sentis auxilium, patientia opus est: & si quandoque vanissimarum superstitionum cultores vera praedixerint, non propterea fides ac comoda nanda est; nam sub veritate, Daemones occultum gerunt mendacium: non secus: ac si quis melle perungit poculum, in quo venenum esset propinaturus.

Demonis inuocatio & superstitio est maximum peccatum.

1. Primo quod superstitio, seu Demonis inuocatio est maximum peccatum non sicut virtus latiae, seu verus Religio nis est maxima inter omnes virtutes morales, sicut dicit Diuus Thomas in 2. 2. q. 87. art. 2: ita vitium superstitutionis & falsae Religionis ex genere suo est maximum omnium peccatorum, quae actibus virtutum moralium opponuntur.

At (obijciunt quidam) inuocant Zabaoth; quid tum? Impie hoc faciunt, appellationem non Deo, sed Daemonibus tribuunt, & plerumque Diabolis: impie vsurpant nomina diuina, dum Daemonibus ea imponunt.

Displicet quam maxime Deo. Leuit. 19.

2. Secundo praemitto, quod tale peccatum maximopere displicet Deo, nam illud prohibuit in cap. 19. Leuitici, quando dicit, non declinetis neque ad Magos, neque ab Ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. Septuaginta Interpretes Magos verterunt ventriloquos, id est, Pythones, vel falsos Prophetas, qui de ventre cordis sui fabulas qualdam

Tertio praemitto, quod tale peccatum, cum omnibus Christi fidelibus, in deo utilimum sit: praecipue tamen Religiosis, & Deo dicatis, qui cum quotidie sacra pertractent, & sacris rebus sint consecrati, non debent postea ipsis sacris rebus abuti.

Religiosis praecipue in deo utilissimum est tale peccatum.

4. Quibus praemissis, sciendum, quod sub his tribus speciebus superstitionum, nempe veneficijs, incantationibus, sortilegijs expresse prolatis, & in Decreto positis, comprehenduntur omnes species

In tribus postis speciebus comprehenduntur omnes species superstitionis.

ex identitate, vel inordinatis rationibus, quia sunt eiusdem generis, nam quando agitur de salute animæ, & de euitando peccato, debet fieri extensio, etiam iuris pœnalis. Ias. in Auc̃. quas actiones. nu. 25. de sacrosanctis Ecol. vbi alios citat: & potius dicitur inclusio similibus peccatorum, quam extensio, vā patet ex tit. C. qui inscribitur, de malef. & mat. & ceteris similibus. De quib. omnibus, vepro nostro instituto loquamur, plura hic subijciemus, & à Diuinatione exordiemur.

Diuinatio quid.
 5 Primum est, quid sit Diuinatione. Resp. quod *Diuinatio est usurpatio cognitionis futurorum vniuersum indebito modo, seu indebita usurpatio prænunciationis futurorum euentuum.* sic S. Th. & Caio. vbi supra. Dicitur autem indebita usurpatio ab indebito modo præcognoscendi ea, quia scilicet querit explicitè, vel implicite auxilio Dæmonis ea scire, quæ à solo Deo petenda sunt, vnde ignominiam Deo irrogat, dum aliunde vanis inuentionibus eorum cognitionem procurat, & consequenter grauius peccat.

S. Tho. Caio.
 Nam vt docet Sanctus Thomas secunda secunda q. 95. ar. 1. Futura dupliciter præcognosci possunt, vno modo in suis causis, alio modo in seipsis.

Causa futurum tripliciter se habent.
 Cause autem futurorum tripliciter se habent. Quædam enim necessario produciunt suos effectus: tales autem effectus futuri certo præcognosci possunt ex suis causis, quomodo Astrologi futuram solis, aut lune Eclipsin prænunciant.

Quædam secundo non necessario, nec semper, sed tamen vt plurimum suos effectus produciunt, & raro deficiunt: & tales effectus futuri præcisci possunt, etsi non certo, probabiliter tamen, quo modo Astrologi multa prænunciant de pluuijs, & siccitatibus per considerationem stellarum, & Medici multa præsciunt de sanitate, & morte.

Quædam tertio cause sunt, quæ secundum se consideratæ, ad vtrumlibet se habent, vt potentie rationales, & huiusmodi effectus, aut etiam alij effectus, qui in paucioribus casu accidunt, ex causa naturali per se considerata præcisci non possunt cum non magis ad vnum, quam ad oppositum determinetur causa illa, & ideo licet quandoq; talis effectus sit præsens, verbi gratia, cum homo vidit

Petrum currere, aut ambulare, cognosci possit: tamen cognitio talis effectus in se ipso antequam fiat, est solius Dei, qui solus in sua æternitate vidit ea, quæ futura sunt, sicut præsentia, iuxta illud Isaia quadragesimo prim. *Annunciate nobis quæ ventura sunt, & dicemus, quia Dñi estis.*

Non igitur consistit diuinatione in eo, quod quis prænunciat ea, quæ ex necessitate eueniunt, velut in pluribus, quæ humana ratione præcognosci possunt: neque etiam si quis futura contingentia Deo reuelante cognoscit: tunc enim non ipse diuinat, id est, quod diuinum est, facit, sed magis, quod diuinum est, suscipit. Sed tunc solum diuinare dicitur, quando sibi indebito modo usurpat prænunciationem euentuum futurorum, recurrendo scilicet ad Diabolum varijs vijs, & modis, vt dicemus, nam tunc Diabolus ex perueritate voluntatis suæ, & studio nocendi hominibus, occulte se ingerit ad prænunciandum, & docendum aliqua futura, quæ hominibus sunt ignota, illi tamen nota.

6 Secundum est, quod Dæmones, ex Dæmones perfectione intellectus, & subtilitate ingenij, considerantes ad quid nostra inclinatur affectio, aut quid possit virtus causæ naturalis, plus, minusve coniungunt non coniungunt, quid homines nonnuquam fatentur sunt. Vide D. Thom. 1. p. q. 57. art. qd homi- 3. & 4. D. Bonauent. 2. dist. 7. art. 2. Sylu. nes facturi y. diuinatione. Toles. in Summa lib. 4. cap. sint.

15. Quin quod Sanctus Thomas vbi supra, art. 4. docet, quod Diabolus aliquando cognoscit cogitationem internam, non solum per actum exteriorem, sed et per immutationem vultus. Quod si Medici aliquas affectiones animi per pulsû cognoscere possunt, multo magis Angeli, & Dæmones, quanto subtilius huiusmodi immutationes occultas corporales perpendunt. Vnde S. August. tom. 3. in lib. de Diuinatione Dæmonum. cap. 5. ait, quod aliquando hominum dispositiones, non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam in corpore exprimentur, ex animo rota facilitate perdiscunt.

Aliquando etiam ex doctrina aliena Aliquando prænunciant, puta quæ ex permissione diuina a bono Angelo discunt, aut per scripturas. Permittit namq; Deus, vt aliquando ipsi Dæmonibus aliqua annuncientur.

Isaia 41.

Aliquando ex longa experientia. Aliquando id præstant, quia ex longa experientia, & magna notitia rerum naturalium multa sciunt, ut eclipfes, pestes, pluuias, & huiusmodi, quæ cum ex causis naturalibus certo euentura sunt; nobis autem non videntur euenire, nisi contingentes, ista prænunciantes videntur aliquibus enunciare futura contingentia. Sæpe etiam Dæmon alicuius morbum secretum intuetur, & cognoscit naturale tempus mortis, aut salutis: quod alteri prænuncians videtur futurum contingens prædicere: sæpe etiam ruinas domorum nunciatur, quia occultas causas ruinæ videt.

Aliquando ex dolosa cautela proponunt aliquid facere, & prædicunt. His, ergo alijsque modis, rerum notitiam habentes, & videntes homines deditos vanis huiusmodi rerum inquisitionibus, paulatim se illis insinuant, talia nunciant, sicque diuinatores suos fallunt, & decipiunt, ut S. Thomas, vbi sup. & D. Augustin. lib. 2. de Doctrin. Christiana cap. 23. docet.

Recurfus ad Dæmonem duplex, expressus, & tacitus. 7. Tertium est, quod dupliciter potest fieri recurfus ad Dæmonem inuocando eum, vel expresse, vel tacite. Vide Nau. Valent. Tolet. vbi supra. Expresse fit, quando aperte vocatur, vel inuocatur Dæmon, vel fit aliquid, quod creditur opera ipsius Dæmonis esse perficiendū. Tacite fit, quando aliquis enititur facere aliquid per causas, quæ nec virtute sua naturali, neque ex diuina, aut Ecclesiastica dispositione possunt illud efficere. Vel quando huiusmodi causæ tanquam necessariæ adiunguntur alijs, quæ possunt talem effectum producere. Vel quando quis, licet non inuocet Dæmonem, vritur tamen rebus ab eo institutis, qui cum Dæmone pepigit foedus, itaq; ab instituyente habet originem, & propterea dicitur, tacite inuocare Dæmonem, nisi ignorantia crassa in simplicibus excuset.

Expressæ inuocatiōnis plures species. Expresse inuocatiōnis plures sūt species, de quib. vide authores in principio citatos: sed præcipue sunt tres, nā vel est prestigium, vel est diuinatiō per somnia, vel est necromantia.

Præstigiū quid. 8. Prima species dicitur Præstigiū, cū videlicet Dæmon varijs apparitionibus se obijcit hominum aspectui, quorsu oculos aliquando præstringit: nam ut collig-

gere licet ex Caiet. secunda secunda. q. 99. art. 3. & ex Gabriele in 2. sentent. distinct. 8. q. 1. art. 2.

Caiet. Gubr.

Sæpe Dæmon solet obijcere sensibus vera corpora, vel occulte, & celeriter aliunde importata: vel à se facta, seu constitata per applicationem actiuorum, & passiuorum naturalium. Ad quem modum intelligendum est, fuisse veros serpentes, quos Magi Pharaonis fecerunt Exod. 7. ut sentit D. August. lib. 3. de Trinit. cap. 7. & D. Thom. q. 7. de poenitentia art. 5. ad 8. Et simile quid dicit Diuus Augustinus de volucris, in quas Diomedis focij conuersi dicuntur.

Exo 7. D. Aug. D. Th.

Sæpe solet Dæmon obijcere sensibus non quidem vera corpora, sed quaedam similitudines corporum, quæ corpora vera apparent. Hoc modo putat Diuus August. vbi supra, intelligendum esse, quod de socijs Vlyssis in bestias conuersis perhibetur: & quod de Arcadibus et narratur, quod cum stagnum quoddam traicerent, vertebantur in lupos. Neque enim putandum est, illos in vera corpora animalium fuisse transformatos, sed opera Dæmonum quasi circumuelati fuerunt similitudinibus animalium. Ad eundem modum etiam putat D. August. lib. 2. ad Simplicianum, q. 3. melius & expeditius posse intelligi quod dicitur lib. 1. Reg. 28. animam Samuelis apparuisse Sauli ut non vere, inquit, Spiritum

D. Aug.

Samuelis excitatam à rege sua, credamus. De anima sed aliquod phantasma, & imaginariam illusionem. Diaboli machinationibus factam; suscitata. quam propterea scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines rerum eorum nominibus appellari, quarum imaginēs sunt. De quo videndum est D. Thom. in 2. 2. q. 99. artic. 4. ad secundum. & ibi Caiet. qui etiam dicit, adhuc sub iudice litrem esse, an fuerit anima Samuelis, necne.

1. Reg. 28.

Samuelis

Suscitata

appellat

quoniam

solent

imagines

rerum eorum

nominibus

appellari

quarum

imaginēs

sunt.

D. Th.

Caiet.

Sæpe solet dæmon efficere huiusmodi apparitiones, non obijciendo aliquam similitudinem corporum sensibus: neque vera corpora, sed illud edo sensibus exterioribus: ita ut videatur sibi homo videre exterius, quod nullo modo est. Atque hoc quidem facit, ut docet Caietanus, commouendo spiritus, ad illum modum, quo ex simili commotione phrenetici videntur sibi varias imagines in parietibus videre.

Sæpe solet etiam id efficere per illusionem

honem sensuum interiorum, afficiendo ad eum modum, quo affici solent, quando sensus exteriores ligantur: aut propter nimiam attentionem, ut solet, inquit Caietanus, accidere superbis contemplatiuis, qui in varijs imaginibus decipiuntur a Dæmone: aut per aliquam alterationem corporis, ut per varias vñctiones.

Amicus.

Ad quem modum narrat Abulensis in 13. caput. Gen. q. 354. suo tempore comperit fuisse huiusmodi illusionem in quadam Lamia, quam ait affirmasse, se varias terras peragraturam, si vellet, breuissimo tempore: & cum ei non crederetur, vixisse se, & illico corruisse in terram veluti mortuam, ita ut ad horum ignem non sentiret. Postmodum in se reuersam, mirabilia narrasse, se fecisse, & vidisse. Quam historiam narrat etiam Caietanus vbi supra.

9 Nec per hoc negandum est, quin aliquando Dæmon vere huiusmodi mulierculas transferat de loco ad locum: est enim id experientia à Iudicibus comprobata, præsertim in Germania, ut Nauarr. ex valle maleficarum refert in cap. 11. n. 38. & idem concedit Victor. vbi sup. & Alphonsus de Castro. lib. 1. de iusta hæreticorum punitione.

Nauar.

*Victoria.
Castro.*

*D. Aug. contra
mulier
ulas ma-
gis.*

Sed audiamus, quid de ijs dicat *Diuus Augustinus* vbi supra. *Quadam muliercula, inquit, post sathanam conuersa illusionibus, & phantasmatibus seducta, credens se, & non sentitur, nocturnis horis cum Diana Paganorum Dea, & cum Herodiade, & innumera mulierum multitudine equitare, eorumque illusionibus obtemperare. Ipse namque Sathanas, qui se transfiguratur in Angelum lucis, cum mensam curusq; muliercula coeperit, & hanc sibi per insularum subinuerit, illico diuersarum personarum facies, ante quam captiuam tenet, in somnis deludens, modo læta, modo tristis, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per denique quæque deducit; & cum solus hæc patitur spiritus infidelis, non in anima, sed in corpore omnino opinatur. Idcirco nimis stultus, & habes est, qui hæc omnia, quæ in spiritu sunt, etiam accidere arbitratur in corpore. Hæc Augustinus.*

*Diuinatio
er som-
nia.*

Secunda species est diuinatio per somnia, cum scilicet instructio expectatur à Dæmone per somnia. Et quantum ad hanc speciem, sciendum est, quod som-

nia à multis causis provenire possunt, nam ut docet Caietanus vbi supra, aliquando ab humoribus, aliquando ab ære, circumstante, aliquando à cogitatione præcedenti, aliquando vero ab Angelo bono, vel malo.

Vnde non erit facile cognoscere, à qua causa illud tale somnium proveniat, & propterea neque per somnium licet expectare cognitionem futurorum. Sed ad dignoscendum, quando somnium est ab Angelo bono, seu à Deo, & quando à Dæmone, hæc regula communiter tradi solet, scilicet, si somnium illud impellat ad opus bonum, existimari potest esse à Deo, quamuis tunc, etiam si non alia causa faciendi appareat, non nisi cum humilitate, & timore faciendum est: solet namque aliquando Dæmon se transfigurare in Angelum lucis, ut facilius homines illaqueare, & decipere possit. Si vero somnium illud impellat ad aliquod opus malum, aut indiscretum: indicium est, esse à Dæmone. Præterea, si post somnium animus postea promptior, & alacrior redditur ad bonum; existimari potest probabiliter, esse à Deo, si vero è contra animus maneat confusus, turbatus, & minus aptus ad opus spirituale, & bonum; signum est provenire à Dæmone, semper tamen opus est prudentia, & discretionem spirituum, ut cognoscatur, an ab Angelo bono, vel malo procedat, petendumque à Deo lumen est, ut bonum à malo discernere, & diiudicare possit.

*Somnia
quædo à be-
no Angelo,
& quando
à dæmone
veniunt.*

Quantum ergo ad hoc, dicendum, quod si quis utatur somnijs ad præcognoscenda futura, secundum quod somnia procedunt à reuelatione diuina, vel ex causa naturali, seu corporali, intrinseca, siue extrinseca, quantum virtus illa extendere se potest, non erit illicita diuinatio; si autem causetur ex reuelatione Dæmonum, cum quibus pacta habentur expressa, quia ad hoc inuocantur; vel tacita, quia scilicet somnia extenduntur ad ea, ad quæ se extendere non possunt, ut sunt, habere certitudinem de contingentibus, & alijs, quæ subterfugium etiam corpora cælestia, erit plane diuinatio illicita, & superstitiosa, ut Sanctus Thomas vbi supra, & communiter alij tradunt.

11 Tertia species diuinationis dicitur

Necromantia.

Necromantia, cum videlicet, adhibito sanguine, & certis carminibus, mortui videntur resurgere; & loqui, & docere futura. Nam quamuis Dæmon nullam animam possit reuocare ad mundum, hunc, fingit tamen esse mortuum, assumendo corpus, ac si anima illius esset. Sunt tamen qui affirmant, Dæmonem id facere ex permissione diuina, sicut de Samuele accidit, quamuis è contrario nõ desint, qui asserant, Deum id fecisse, non autem Dæmonem, neque Pythonissam: quod discutere, & determinare non est præsentis loci: vide Caiet. vbi supra.

S. Thom. Abulensis.

Ad huiusmodi autem cadauera suscitanda sanguis adijcitur, vt notant & Th. vbi supra, & Alexander de Aleff. p. 2. q. 164. memb. 2. Dæmones namque amatores sanguinis esse perhibentur. ideoque quoties Necromantia fit, cruor aquæ misceri solet, vt facilius Dæmones prouocentur. Et hæc de inuocatione expressa.

12 Est etiam & inuocatio tacita, quando scilicet quis non inuocat Dæmonem, sed vitur illis verbis, seu rebus, quibus primus institutor, id est ille, qui pepigit foedus cum Dæmone vsus est; ad quorum præsentiam postea Dæmon facit mira: & simplices putant, quod illa verba, vel huiusmodi res effectum faciant: & nihilominus Diabolus est, qui ad præsentiam illarum rerum ea facit, ex pacto, vt dictum est, inito cum Dæmone à primo instituyente.

De breuib. & scripturis vis magorum.

Ad hoc genus reducentur illa breuia, quæ ab aliquib. Magis datur, contra varios morbos, quæ absque peccato portari nõ possunt: nam qui certam spem constituit in deferendis aliquot nominibus scriptis, firmiter credens, propterea fore, vt nunquam in bello vulneraretur, feriretur, vel repentina morte raperetur: aut quod neq; aqua, neq; igne periret: vel quod erga Principes omnia sint illi prospere cesura: talis vtique peccat mortaliter, quia huiusmodi nomina, neque naturali virtute, neque ordinatione diuina, vel Ecclesiastica, vllam vim habent ad tales effectus producendos: & consequenter vana est eorum obseruatio.

Vnde merito talia breuia sunt reprobata, & peccant mortaliter, qui ea confingunt, vel qui illis vtuntur, vel qui vt alij eisdem vtantur, iuxta D. Anton. 2.

p. tit. 12. cap. 1. §. 13. nisi adeo ignorantes fuerint, vt ignorantia eos excuset, vt supra dictum est.

Notandum est autem cum Nauarro vbi supra, etia talia breuia, seu nomina, quod vt licite portentur, quatuor debet concurrere. Primum, quod sint nomina cognita, & intellecta, & sancta, veluti ex Euangelio, ex scriptura sacra & aliquo viro sancto desumpta. Secundum, quod in eis nullus alius character, aut signum, præter Christi Crucem, aut aliud sacrum contineatur. Tertium, quod in eis nihil sit falsi, aut vani, aut ad inuocationem Dæmonum pertinens. Quartum, quod nullam constituat spem in modo scribendi, vel ligandi, neque in eo, quod in membrana, vt vocant, virgine, aut cum sol oritur, vel quando legitur Euangelium, conscribatur.

13 Quartum est, an liceat studere Astrologiæ Iudiciariæ, vel ad Astrologos recurrere pro cognitione rerum futurarum contingentium? Resp. quod non, tum quia talis ars, seu scientia est falsa: tum quia est periculosa: tum quia est damnosa. Primo, est falsa, quia non nititur solido fundamento, cum per influxum stellarum velit præcognoscere euentus hominum, qui pendent ex libero arbitrio, & quicumque talem artem exercent, seducunt homines. Audiamus, quid de hac re ad propositum dicat D. Augustinus in oratione illa notabili, quam habuit in reconciliatione cuiusdam Mathematici cum Ecclesia, & est talis (post enarrationem sexagesimi psalmi cum Mathematicus ille veniam publice peteret, & coram sisteretur) *Iste Christiano, & fidei pacisens redit, & territus potestate Domini conuertitur ad misericordiam Domini: seductus enim ab inimico, cum esset fidelis, Mathematicus suis seductus seducens, deceptus decipiens, illi sit, fessellis multa mendacia locutus est contra Deum, qui dedit hominibus potestatem faciendi quod bonum est, & non faciendi, quod malum est. Iste dicebat, quod adulterium non faciebat voluntas propria, sed Venus: & homicidium non faciebat voluntas propria, sed Mars: & iniuriã non faciebat Deus, sed Iuppiter, & alia multa sacrilegia non pauca. Quam multis eum putatis Christianis nummos abutuisse? Quam multi ab illo emerunt mendacium? quibus dicebamus, filij hominum usquequo graui*

Nota ex Nauarro de breuib.

Astrologia an liceat studere, necne.

Astrologia iudiciaria est scientia falsa.

D. August.

unde, ut quidam dicitur, vanitas, & quiritia mendacium? Modo, sicut de illo credendum est, horruis mendacium, & multorum hominum incertum: se aliquando à Diabolo sensis illatum, conuertitur ad Deum penitens, sic Aug.

Astrologia 14. Secundo, talis scientia est periculosa, quia vt plurimum Dæmon se immiscet, vt egomet audiui ab vno horum, qui talem artem profitebatur: confessus enim est, & non negauit, quod qui in illa vult proficere, necesse est, vt Diabolum Magistrum habeat: sed etiam quod ille talis mihi non fuisset confessus veritatem, D. Augustinus id faceret in cap. 7. lib. 5. de ciuitate Dei in his verbis. *Non immerito creditur, cū Astrologi mirabilia multa vera respondent, & occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est has falsas, & noxias opiniones de Astralibus factis inferre humanis mentibus, atque firmare: non h. roscopi nos aci, & inspecti aliqua arte, qua nulla est. sic D. August.* Et hinc euacuatur obiectio illa, quam solent facere sectatores artis, scilicet, quod sæpe vera dicunt? Quibus respondemus, quod vel non dicunt verum simpliciter, vel si aliquando veritatem dicunt, id nou est ex vi artis, sed ex auxilio Dæmonis: nam veritas harum prædictionum sæpe prouenit ex pacto, & societate, quam init Astrologus cum Dæmone, vel ex occulto eius afflatu, quo etiam nescientes homines ad diuinandum instigantur: & aliquando Dæmon suggerit homini, quod ab eo diuinetur, vel palam se eius oculis aspectabilem, & conspicuum offerens, eumque futura humanis verbis prædocens, vel formatis in aere vocibus prægnificantibus futura citra vllam corporis speciem, & figuram: vel immissa scriptura aliqua, quæ futurarum rerum prædictiones continet: vel dormienti per somnia, aut vigilanti afficiendo, & commouendo phantasmam, fingendoque phantasmata idonee ad repræsentandū id quod repræsentant phantasmata. Solet etiam Dæmon prænuuntiare homini futura, quæ ipsemet postea facturus est, solet ob incomparabilem sui motus celeritatem, quæ in longinquis regionibus geruntur, ea ad homines, qui longissime absunt, deferre.

Potest item demon ex clandestinis consilijs, verbis, scriptis, ex signis, quæ in

corpore, tam exterius, quam interius apparent, occultas hominum cogitationes, & deliberationes, tam præsentēs, quam futuras, solertissime coniecturando, congritas habere. Idemque conicit ex præparatione causarum, aliarumque rerum, quæ ad gerendum aliquid debent concurrere. Denique ob incredibilem subtilitatem, & solertiam mentis, ob tantam tot millium annorum experientiam, calidissimus, atque sagacissimus est ad præsentendum, & prænosendum futura: & propterea mirum videri non debet, si multoties suos affectas vera doceat.

Sed multoties etiam falli succedunt, quod prouenire potest, vel quia nimis asseueratè affirmat, quæ ex libero arbitrio pendet, quod cum sit admodum variabile, & mutabile, & ad vtrumlibet flexibile, & plane liberum, nonnunquã extraordinaria quadam ratione operatur. Vel quia nos ipsi sæpe diuinitus incitati, & Dei gratia adiuti, contra facimus, quam antea facere cogitabamus, & quam nostro ingenio, nostroque arbitratu facturi eramus. Vel quia quod Dæmon agere constituerat, & prædixerat, prohibente, & impediēte Deo, non possit exequi. Vel quia aliquando Deus multa agit præter communem ordinem naturæ, & præter generalem suam, & ordinariam prouidentiam: atque propterea crebro, tam Astrologus, quam Dæmon ipse in errorem inducitur.

15. Tertio, & vltimo, talis scientia est *Astrologia* damnosa, tum quia ligat animam cum Dæmone, tum vero, quia seuerissime punitur. Primo, talis scientia ligat animam cum Dæmone, quo nihil peius miseræ animæ accidere potest: nam licet ex tali amicitia multa vera prædicant Astrologi; quid boni potest eis euenire, si animam perdant? Audiant isti D. Augustinum, qui in 2. libro de Doctr. Christ. cap. 22. & 23. sic ait. *Hinc fit, vt occulto quoddam iudicio diuino cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi, & decipiendi pro meritis voluptatum suarum, illudentibus eos, atque decipientibus prauaricatoribus Angelis, quibus ista pars mundi infima, secundum pulcherrimum ordinem rerum, diuina prouidentia lege subiecta est*

Quibus illusionibus, & deceptionibus euenit, vt istis superstitiosis, & perniciosis diuinationum generibus, multa præterita, &

Sancti dicuntur: nec aliter occidit, quam dicunt; multaque obfervatoribus secundum obfervationes suas amant, quibus implicati, curiofiores fiunt, & feife magis, magisque infernas multiplicibus loquacis pernitiofiffimo erroris. Hoc genus fornicationis anima falubriter divina fcriptura non tacuit, dicens, Sed etiam, fi dixeritis vobis, & ita enumeris, ne credatis eis. & infra. Omnes igitur artes huiusmodi, vel negat oris, vel nociva fuperfitionis, ex quadam perfidra fciencia hominum, & dæmonum, quafi pãta infidelis, & dolofe amicitia conftituta, perniciofunt reputanda, & fugienda Chriftiano, fic Auguft. 16. Poftremo, damnofa eft talis fcientia, quia feueriffime puniuntur, unde in cap. non obferuetis. 16. quæft. 7. dicitur. Qui has, fcilicet, obferuantias, & quafcunque diuinationes obferuat, aut attendit, aut contentis obferuantibus, & qui talibus credunt, ad domum eorum euntes, aut fuis domibus introducunt, & interrogant; fciant, fe fidem Chriftianam, & baptifmum præuaricaffe, & tanquam paganum, & apoftatantem, idem, retrocedentem, & Dei inimicum, iram Dei grauitèr in æternum incurriffè. Et D. Auguft. relaxus in cap. admoneat. 6. quæft. 1. dicit, quod Clerici has incantationes exercentes, fune degradandi, laicique anathematizandi. Et de incantatoribus dicitur textus in cap. infames. 6. q. 1. quod ipfi funt infames: fic de diuinatoribus propter deueftationem criminis, diuinatores in accusatione non admittuntur. c. quisquis. 2. q. 7. & fi clerici funt incorrigibiles, funt deponendi. c. fi Epifcopus. 6. q. 1. Magiam quoque non folum qui feftantur, fed qui credunt talibus, perpetuè damnationis interitum incurrunter. cap. qui fane. 16. quæft. 1. Addo, quod huiusmodi malefici per quam plurimos Summos Pontifices funt excommunicati, vt eft extrauag. To. 2. que incipit. fuper illius fpecula. SIXT. IV. in confl. edita anno 1473. que incipit Dilacte filii. Innocentius VIII. Summis. annis 1484. Alexander VI. Receptum, & denique eft conftitutio Sixti V. Romæ publicata die nona Ianuarij 1586. que incipit. Codi, & terra creator Deus, in qua fic habetur.

Astrologi puniuntur.

cos, & alios quofcunque difta. Reducenda ad theologiam artem, præterquam circa agriculturam, navigationem, & rem medicam in pofterum exorcismos, aut facientes iudicia, & naturas hominum, quibus de futura contingentibus, fuccelfibus, fortuitifque cafibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus, aliquid euenturum affirmare audent, etiam fi id non certo affirmare afferant, aut præfentent, quam contra alios utriufque fatens, qui fupradictas damnasas, vanas, fallaces, & pernitiofas diuinandi artes, fuis fcientiæ exorcismos; præfentent & docent, aut difcunt: quia huiusmodi illicitas diuinationes, fortilegia, fuperfitiones, veneficines, incantationes, ac præmiſſa deteftanda fœdera & delicta, vt præfertur, faciunt, aut in eia fe quomodo libet incromiffit, curioſq; gradus, & conditionis exiftant, tam Epifcopi, & Prælati fuperiores, ac alij locorum ordinarij, quæ Inquiſitores hereticæ prauitatis, ubiq; gentium deputati, etiam fi in plerifque ex his cafibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentiſſime inquirant, & procedant, ac, in eis feruenter canonicis penis, & alijs eorum arbitrio animaduertant. Prohibentes omnes, & fingulos libros, opera, & prohibent tractatus huiusmodi Iudiciaria Astrologia, Geomantia, Hydromantia, Pyromantia, Onomantia, Chyromantia, Necromantia, Artis Magica, aut in quibus Sortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, exorcifmos incantationes, ac fuperfitiones concinuntur, ac vt fupra, in memorato Indico interdicitur, ſub confuris, & penis in eo contentis, à quibufcunque Chrifti fidelibus legi, aut quomodo libet recitari; ſed illos Epifcopi, & Ordinarij locorum, vel Inquiſitores prædictis præfentari, & confignari debent: Et nihilominus, eadem auctoritate ſtatimimus, & mandamus, vt contra ſciantèr legentes, aut retinentes libros, & ſcripta huiusmodi, ſeu in quibus talia conuincuntur, fimiliter ijdem Inquiſitores libere, & licite procedant, ac procedere, & penis condignis puniri, & carceri poffint. Non obſtante hoc. Ex qua Conſtitutione patet, quod non ſolum talia exercentes, verum & qui libros, ſeu ſcripta de huiusmodi materia tractantes tenere præſumunt, in penas prædictas incurrunt.

Libri etiam

17. Quintum eſt, quoniam comprehen-

dantur in hoc caſu & ad hoc dicimus, duntaxat in quod comprehenduntur.

Sixti V. Hæc perpetua vtilium Conſtitutio, conſtitutio Apoftolica auctoritate ſtatimimus, & mandauimus. Af. 1586, vt tam contra Astrologos, Mathematicos

Primo malefici, qui per adhibitionem maſo Naturæ naturalium, quas alicui dant ad loſas.

habendum, vesedendam, ve sunt venenatae herbae, radices, & cetera talia, quorum occultas virtutes, & proprietates Dæmones nouerunt, ad finem, vt maleficiatus impudico amore aliquem amet, vel odio habeat.

Striga.

Secundo comprehenduntur etiam illi, qui suis maleficijs nocere solent in persona, vt faciunt *striga*, occidendo pueros, aut infirmitates, & dolores causando, faciendo aliquas imagines cereas, vt dum imaginum illarum partes, vel membra pungunt, tunc personæ statim pariantur in illa parte, qua punitur in imagine. Vnde non est sciendum, illud nocuumētum imaginis peruenire ad personam, sed Dæmon operatur circa personam, dum maleficus circa imaginem operatur, & hoc occulto, sed nunquam iniusto, Dei iudicio permitte.

Tertio sunt innodati etiam illi, qui ex Astorum motu, vt Astrologi, ea, quæ pendunt ex libero arbitrio volunt prædicere. Vel qui ex lineamentis in manu, aut spatula apparentibus, & dolores futura prænunciare, qui Chyromantici appellantur. Benè verum est quod, vt ea, quæ in prædictis continent, inducant casum reseruatam in Religiosis, necesse est, vt sint peccata mortalia, ex dictis per Caetanum in summa, verbo. Diuinatio. & verbo, Incantatio, & per Nau. vbi supra.

Dubium.

18 Dubitatur vero hic. An liceat cum vno maleficio, aut incantatione dissolvere aliud maleficio, aut precari aliquem, vt dissoluat, quamuis ille esset ad id agendum paratus.

Responsio.

Resp. quo Angelica in verbo superstitionis. §. 13. tener partem affirmatiuam.

Angelica.

Syluestri

verior sententia.

Contra quem merito insurgit Syluester verbo, maleficio q. 8. quem sequitur Nauar. vbi supra. & Moderni omnes, nempe quod non licet, & peccat mortaliter, qui id facit, vel procurat, quia nunquam est licitum ad peccandum inducere alium, quamuis ille ad id sit paratus.

Dubium.

19 Dubitatur etiam. An liceat obseruare res futuras ex aubus, ex quadrupedibus, ex sideribus, & huiusmodi? Resp. cum distinctione: nam vel obseruatio, & inquisitio sit pro futuris contingentibus, & à libera hominis voluntate pendentibus, & hoc non licet, vt dictum est supra: vel talis obseruatio, & inquisitio sit pro effectibus naturalibus cognoscendis,

tum pro navigatione, tum pro agricultura, tum etiam pro arte medica: & tunc licet. Subiungam hie ea, quæ habet D. Thomas in 4. sent. & in Opusc. 19. cap. 1. D. Thom. circa auium volatus, nempe si pluuia, vel grandines futuras ex quarundam auium volatu, vel cantu quis pronunciet, vanum non erit: nam ex impressione celestium eorum vitæ necessarias consequuntur: vnde futuras pluuias, aut ventos cito cognoscunt, & annunciant, & propterea non est prohibitum, neque vanum: sed ex illis velle mysteria fidei, aut ea, quæ ex libero pendunt arbitrio, vt pote, quæ euenire, & non euenire possunt, pronunciare per voces auium, aut brutorum quadrupedum, vel per obuiationem eorum, vel serpentum, est omnino vanum, superstitiosum, atque illicitum: & hoc vocatur Augurium.

Sed vt circa prædicta, & similia quis prudenter agat, constitimus hanc regulam ex D. Tho. desumptam in 2. 2. q. 96. art. 2. ad 3. & contr. gent. lib. 1. cap. 105. si talis res assumatur, quæ possit naturaliter effectum, quem desideramus, producere, aut causare, erit absque dubio licita. Si vero non possit, reliquum erit, vt sit illicita, quia non adhibetur, vt causa, sed potius tanquam signum passionum, quæ si non ipsi, qui seruant, saltem ij, qui seruandas tradiderunt, cum Dæmonibus iniere.

20 Circa sortilegia vero, omnia illa sortilegia sapiunt hæresim, quæ cum aliquo dicto, aut facto hæreticali excentur: vt si quis in sortilegio amatorio Deum abnegaret, & Ecclesiæ sacramenta, aut sacramentalia admisceret; sic Patet à Castro. lib. 1. cap. 15. de iusta hæretic. punitione. Imo etiam includitur illa diuinatio, quæ fit cum candelis, vel aqua benedicta ad sciendum futura, vel aliqua occultæ, vel vbi verba sacra admiscuntur. Sic qui rebus sacris, & Ecclesiasticis aliquam incantationem, aut maleficio facit, aut si cui procurat, veluti aqua baptismali, oleo sancto, ara consecrata, verbis consecrationis, vel aliquid horum secum ob malum finem gestat; Et hæc dicta sunt de hoc primo casu.

Regula ex D. Thom.

Sortilegia

SECUNDVS CASVS.

Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit, ut extra sepsa Monasterij, seu conuentus suas egressio.

DE hac materia tractat D. Th. 2. 2. q. 12. art. 1. & ibi omnes eius sectatores, Caiet. Bannes. Salon. Arrag. & reliqui. Valentia tom. 3. disp. 1. quæst. 12. puncto 1. Turr. cremata lib. 4. Summæ. par. 2. cap. 13. Cano. lib 12. de locis cap. 9. ad 2. Castro lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 7. Rodriquez tom. 1. qq. regul. Manuale Prælatorum tom. 2. q. 15. art. 1. si manc. de Catholica institutione tit. 7. num. 5. Syluest. v. apostasia q. 1. Tab. verbo. apostata num. 2. Nauar. in Man. cap. 11. num. 25. & in Consilij tit. de apostat. per rotum Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. de reformatione. Azor. par. 1. inlit. mor. t. 12. c. 16. & alij.

1 Circa hunc casum, notandum est valde id quod dicit Hostiensis in sua summa, nempe quod Apostasia est temerarius recessus à statu fidei, obedientiæ, vel Religionis. Et propterea, secundum Glos. in cap. 1. de apostat. triplex est apostasia, scilicet, à fide, ab obedientia, & à Religione. Cuius rationem assignat D. Th. in 2. 2. quæst. 12. art. 1. dicens, quod Apostasia importat retrocessionem quãdam à Deo, quæ quidem diuersimode fit, secundum diuersos modos, quibus homo Deo coniungitur. Primo namque coniungitur homo Deo per fidem: secundo per debitam, & subiectam voluntatem ad obediendum præceptis eius: tertio per aliqua specialia ad supererogationem, pertinentia, sicut per Religionem, clericatum, vel sacrum Ordinem; sic S. Th. Nos ergo eius vestigiis in hærentes, dicimus, quod

Hostiensis Apostasia quid.

Apostasia triplex. D. Thom.

Apostata à fide quis.

Turrecrem.

Castro.

2 Apostata à Fide est ille, qui postquam recepit fidem, eam dimittit, & fit hæreticus: vnde simpliciter vocari potest hæreticus: nam licet aliqui opinentur, quod Apostata simpliciter, & propriè non sit hæreticus, vt vult Turrecremata lib. 4. Summæ part. 2. cap. 13. & Canus lib. 12. de locis cap. 9. ad 2. nihilominus Alphonsus de Castro lib. 1. de iusta hæretic. punit. cap. 7. docet, quod Apostasia non sit

species distincta ab hæresi, quam opinio nem sequitur Bannes 2. 2. quæst. 12. art. Bannes. 1. dub. 1. & Valentia tom. 3. disp. 1. quæst. Valentia. 12. puncto 1. Quod si qua differentia est, illa tantum est accidentalis penes magis, & minus; sic Caietanus 2. 2. quæst. 10. Caiet. art. 5. & quæst. 11. art. 1. Syluest. verbo Syluest. apostasia in principio, & quæst. 1. vbi refert Innocentium, & Alexandrum in hanc sententiam: & hæc est ratio, quare in iure non extat aliquis titulus contra Apostatas à fide, quia illi comprehenduntur sub nomine hæreticorum: & propterea Apostate à fide incurrunt omnes pœnas debitas hæreticis in iure; & ideo quantum ad excommunicationem, reconciliationem, & tolerantiam ab Ecclesia, idem prorsus iudicium fieri debet de illis, atque de hæreticis.

3 Dubitatur vero hic, An talis apostata exterior tantum, non interior, incurrat in excommunicationem iuris? Verbi gratia si quis metu compulsus exteriori solum actu sacrificaret idolis, in animo retinens veram fidem: Ad hoc respondet Caietanus vbi supra, & in quæst. 94. art. 1. quod talis incurrat in excommunicationem, quia actus ille exterior Apostasie est per se illicitus, & imperaus à voluntate, cum cadat super materiam indebitam; ergo excommunicatio lata simpliciter in Apostatam, illum etiam actum comprehendit.

Dubium.

Respons. Caietanus.

Nihilominus contraria sententia est communior, & verior, quam tuetur Nauarrus in Man. cap. 11. num. 25. Syluest. vero Apostasia num. 4. Tabiena verbo. Hæreticus num. 2. & verbo. Apostasia num. 3.

Verior sententia. Nauar. Syluest. Tabiena.

Ratio est, quia vt recte Nauarrus argumentatur, Apostata mere exterior nõ vere committit peccatum apostasie, cum non simpliciter recedat à fide, sicut nec is vere admittit peccatum hæresis, qui verbo tenus dicit aliquid contrarium fidei; ergo talis non est censendus in foro conscientie incurrere excommunicationem latam in Apostatas, sicut nec hæreticus exterior. Dixi (in foro conscientie) quia in foro exteriori aliud est dicendum, nempe, quod tanquam excommunicatus debet vitari, & si ad Ecclesie gremium reuertitur, tanquam excommunicatus debet absolui à censura.

4 Apostata ab Obedientia, loquens ab obedientia quis.

de Religiosis, est quando quis non vult dimittere Religionem simpliciter, quam professus est, sed fit rebellis alicui superiori, nolens ei obedire: Nam licet subditus in multis non teneatur superiori obedire, vt late tradit D. Thom. vbi supra. quest. centes. quart. art. 5. & ibi Caietanus, quale est preceptum contrarium iussionibus superioris iubentis, scilicet Dei, Papæ, Ecclesiæ, aut alterius. cap. si dominus, qui resistit. vndecim. quest. 3.

Quale est illud, ad quod iubentis potestas non se extendit, vt sunt actus omnino interiores, quibus non est opus preceptis exterioribus impellentis. Qualis est reuelatio peccati omnino occulti cap. et rubescant. trigestim. secund. distinct. & iteratio confessionis legitime, vt dictum est supra pluries. Quales sunt asperitates Religionis, ad quas nec expressæ, nec tacite Regula extenditur. cap. gesta. septuages. quart. distinct. nisi in poenam contumaciæ, vel alterius delicti imponantur. cap. dilectus 2. cap. quoniam de simon.

Nihilominus semper subditus tenetur obedire suo superiori: & in nostra Regula cap. 10. habetur. *Fratres vero, qui sunt subditi, recordentur, quod propter Deum abnegauerint proprias voluntates: Vnde, firmiter eis precipio, ut obediant suis Ministris in omnibus, que promiserunt Domino observare, & non sunt contraria anima, & Regula nostra.* Quæ verba fusc & optime explicat noster Politius in sua expositione super Regulam.

5 Dubitatur hic, An se rebellans ab obedientia commissarij Generalis sit dicendus Apostata ab obedientia, & tanquam talis debeat puniri. Resp. quod sic, quia in Prouincia, vbi exercet suam iurisdictionem est superior. Ponam hic ea, quæ refert Miranda in suo Manuali Prælatorum tom. 2. quest. 15. art. 1. de commissarijs Generalibus, quando à Generalibus mittuntur, nempe quod Gregorius

Rebellans se à Commiss. Generali, an sit apostata.

Miranda

Gregorius XIII. contra rebelles. Quoniam, sub dato Romæ die 8. Aprilis lances se à 1575. expresse prohibet, ne commissarijs Generalibus quispiam audeat resistere. Vbi per excommunicationem ipso facto incurrendam Sedi Apostolicæ reservatam, & sub poena prauationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, vel alia quæcunque dicti

ordinis officia exercenda, ac Vocis tam actiue, quam passiuæ eo ipso incurrendis pœnis, præcipitur, ne quis Prouincialis, aut Guardianus, vel cuiuscunque alterius gradus Religiosus, aut Religiosa ordinis Minorum ab ipso Ministro Generali missis ad visitandas Prouincias, Commissarijs resistere, nec eis se opponere, aut contradicere, seu rebellem exhibere ipsis, quacumque de causa, aut questito colore non recipiendo audeat, nec debeat. Hæc ibi.

5 Quin quod neque sub prætextu studendi licitum est vnuquam inferioribus à suis superioribus se rebellare, alioquin in grauissimas pœnas incurrunt. Vnde Pius II. præcipit Generalibus quatuor Ordinum Mendicantium, quatenus omnes, & singulos eorum Ordinum professores, qui spiritu rebellionis assumpto, Prælati suis obtemperare, eorumque salutare, correctiones, & disciplinam effugere, aut despiciere præsumperint: & vt impune hoc faciant, Rectorum, seu Gubernatorum, & Conservatorum studiorum præsidia, & patrocinia implorauerint, prætendentes se exemptos à ipsorum Ordinis iurisdictione, & potestate, ac correctione, cuiuscunque gradus, vel conditionis exillant, nisi (canonica monitione præmissa) ab huiusmodi resistuerint, & debitam à prædictis Generalibus, pro commissis pœnitentiam humiliter susceperint, ac mandatis eorundem Generalium efficaciter obtemperare studuerint: auctoritate Apostolica denuncient, & ab alijs vbi, & quando, & quoties expedierit, denunciari faciant, prædictos fratres excommunicatos esse, & ab omnibus Magisterij, Bacchalarjatus, Lectoratus, Biblystus officijs, alijsque dignitatibus, & honoribus dictorum Ordinum exutos fore: & in super, si eorum contumacia, proteritas, vel rebellio id exegerit, carceribus ad pœnitentiam peragendam intrudi faciant: donec ad cor reuersi salutaribus monitis, & mandatis se subiecerint, & à prædicta excommunicationis sententia absolutionis beneficium meruerint obtinere. Vide Comp. Priuileg. verb. studentes Fratres S. 4.

6 Apostata à Religione est ille Religiosus, qui exit à Religione. Sed quia exitus à Religione multipliciter potest esse

Compos.

Prinul.

Apostata à

Religione

quis.

Exitus a Religione multiplex. nire, scilicet, vel transfundendo ad aliam Religionem: Vel ut subueniatur parentibus in necessitate constitutis. Vel ut recurrat ad superiorem. Vel ut vageretur, & hoc tam cum habitu, quam sine habitu: de singulis dicendum est, ut sciamus, quando talis Religiosus egrediens a sua Religione sit vere Apostata, & excommunicatus, & quando non.

Transitio ad aliam religionem non est apostata. Primo igitur potest evenire, ut Religiosus egredietur a sua Religione, & ad aliam transeat: & tunc simpliciter dico, quod talis non potest dici neque Apostata, neque excommunicatus: quia ille religiosus est Apostata, qui cum sit professus, deserit Religionem, quam professus est, sine transitu ad aliam, cum animo non redendi ad suam. De qua te vide D. Thom. & Caiet. ubi supra, & Nauarr. in 5. lib. cons. de Apostat. cons. 1. ubi ait: Apostata a Religione dicitur religiosus expresse, vel tacite professus, qui deserit Religionem, quam professus est, sine transitu ad aliam, cum animo non reuertendi ad suam. & infra.

Cur consequens est, nullum Religiosum, qui transit ad arctiorem, petita, licet non obtenta, licentia superioris, esse Apostatam, quia eius transitio non est criminosa, siue mortifera, per cap. licet de Regular. Consequitur item eadem ratione, nullum translatum ad aliam religionem, vel aliam locum, mediante dispensatione legitima esse Apostatam, ut extrinsecus. viam ambitiosam. de regul. sub finem probat. Nec consequenter quis est translatus ad Episcopatum, iuxta clem. 5. de elect. & c. stat. decif. 8. q. 1. & cap. eum olim 1. de priuil. & c. si quis iam translatus. 2. r. q. 2. Nec institutum perpetuo in aliqua Ecclesia, qui desinit esse claustralis, iuxta glossam singul. & memor. in clem. 1. §. ad hoc de stat. monach. Hucusque Nauarrus.

Dubium. Circa quam materiam occurrunt aliquae dubia.

An licet Regularis Religiosus ex vna religione ad aliam transfugas de? Respond. quod iure communi canonico licet, ut colligitur ex cap. statumus gior ad a. & cap. mandamus. 19. q. 13. & cap. licet liam. cap. significatum. cap. non est vobis, & cap. sane de regularib. dummodo studio iustioris, melioris, & sanctioris vite transiret: ut aperte definitur in cap. licet.

ubi supra, & docet S. Thom. ubi supra. q. 5. Th. m. 198 art. 8.

9. Secundum dubium est, an hic transitus vere concedatur ex eo, quod Religio per gradum, ad quam sit gradus, sit perfectior, & sanctior, & fructuosior, vel sanctior: an solum, quia sit arctior, seu iustior, & durior? **Responsio.** Diu. Th. loco citato tenet primum, & ipse D. Thom. sum sequuntur Paludan. 3. distinct. 38 Palud. q. 3. art. 1. Antonin. 3. par. tit. 6. cap. 4. ad Antonin. finem. Syluest. verbo. Religio. 4. q. 1. Syluest. Tab. Relig. q. 23. & alij.

At Ioannes Andreas in c. sane de regul. lar. tenet secundum, & ipsum sequuntur omnes Canonistae, & idem habet Angelica, verbo Religiosus, nu. 35. Rosella. Religio. 4. num. 1. & in prad. cap. licet, elare habetur decisio huius dubij, dicitur enim sic. De arctiori vita, & sanctiori, ad quam licet transire a laxiori, & si in vna Religione sit sola contemplatio cum arctissimo viuendi modo, possibili tamen, sine proficiendi modo, non admittemus transitum ad religionem, ad quam viget contemplatio, actio, & etiam contemplationis officium cum laxiori vite instituto, quod tamen Theologi admittentes. Vide Ioann. Andream prae dicti si.

Vnde cum iure magis congruere videtur, transitum huiusmodi concedi, quia arctius, & durius Religionis institutum suscipitur, quam quia perfectius, & fructuosius: ut constat ex cap. licet. ubi supra. Conc. Tripra. & in cap. virgines, 20. q. 4. dicitur ex bur. Concilio Triburense, Virgines sacrae, si pro lucro animae suae propter strictiorem vitam ad aliud Monasterium pergere disposuerint, ibidemque commanere decreuerint, Synodus concedit. Hac in i. Igitur ad strictiorem, & arctiorem religionem de iure potest quis transire. 10 Tertium dubium est, An ad laxiorem liceat transire.

Ad quod respondeo, quod sic, duplici Respon. ex capite: tum si in priori religione, alioquin strictiori, Regula, aut Constitutio non seruantur: sic Innocent. & Pa. est transnormitan. in cap. licet. de regul. & in alia tus n' equa Religione, alioquin laxiori, Regula, & de. Statuta seruantur: tum etiam si causa legitima interuenierit, nempe quod Religiosus sit semper infirmus, aut incommoda valetudine: si odiosa habeatur à ceteris fratribus, aut indignus, & male tractetur. Quibus causis, & alijs iustis, & debitis

quibuslibet Romani Pontifex solus potest facultatem uti secundi concedere secundum glos. Itaque non dicitur Apostata, non solum ille Religiosus, qui à laxiori ad strictiorem transit Religionem, cum id de iure ei concedatur: sed neque ille, qui à strictiori ad laxiorem accedit cuius ratio est, quia non deserit Religionem in genere, sed in specie. Vide Innocent. communiter receptam in cap. intelleximus, in fine. de stat. & qualit. ordin. Abb. in cap. fin. nu. 4. de apostat. & in cap. sane nu. 6. de regul. Caiet. 2. 2. q. 21. art. 1.

Innoc.

Abb.

Caiet.

Dubium.

An Capuc.

Minores Sancti Francisci Capuccinorum

transire ad

Cartusianos?

Respon.

Cartusian.

nos.

Quartum dubium est, An nos fratres Minores Sancti Francisci Capuccinorum licite iure possimus transire ad Cartusianos? & è contrario Cartusiani ad nos? Respon. deo, quod de hac questione Nauarrus conf. 68. de regularib. citat Sylvestrum, Religio. 4. quaest. 6. qui testatur, in Academia Parisiensi Theologorum, & Canonici Iuris Doctorum sententia decretum, licere Cartusiano transire ad Dominicanos plene, & perfecte suam Regulam, & Constitutiones obseruare.

Quod si ita est, licebit etiam Cartusiano ad nos Capuccinos transire, cum nostrum institutum sit Cartusianorum: Regula durius, & arctius. Vnde Nauarrus tradit, iura conscientia liberum esse transitum ex alterutro predictorum Ordinum: dummodo fiat studio, & amore vitæ melioris, & perfectionis, & citra omnem offensionem, ac litem inter illos.

Respon.

Ad dubium ergo propositum, sic dico, quod iure communi, permittitur transitus ex Mendicantibus ad Cartusianos, vt constat per extrauag. viam ambrosiana. de regularib. inter communes. De transi-

An Cartu-
sianus licite
transiret
ad nos Ca-
puccinos.
Syluest.
Nauarr.
D. Bona.

tu vero Cartusianorum ad nos, licet iure nihil sit expressum, nihilominus ex dictis per Sylvestrum, & Nauarrum, & ex iis, quæ habet Diu. Bonauentura in Opusculo. de determinationibus quaestionum super nostram Regulam, c. 11. & 13. licet transire, cum asserat Seraphicus Doctor, quod ex quolibet Ordine possunt Religiosi transire ad Ordinem S. P. N. Francisci, & ex Ordine nostro Religiosi non possunt ad alium ordinem migrare. Sed pro hoc faciendo, consulenda est semper sancta Sedes Apostolica. Et hæc de primo modo exeundi à Religione.

Secundo potest exire Religiosus à Religione, vt subueniat suis parentibus in necessitate constitutis, & tunc statim se offert dubium, An licite id possit facere. De qua re vide quæ fusè habet Pater Polinius super Regulam cap. 2. à nu. 46. vsq. ad nu. 56. Diu. Thom. 2. 2. q. 101. art. 4. & quod lib. 3. art. 16. cum Alexand. de Alenf. 3. part. q. 33. in 4. tenent partem negatiuam, cum post professionem habeatur, quasi mortuum mundo, & viuat Deo. Syluester tamen verbo, Religio. 6. Syluest. §. 9. distinguit, nam aut pater, aut mater erant in necessitate antequam filius ingrederetur Religionem, aut non: Primo casu concluditur, quod filius tenetur exire extra claustrum ad subueniendum, cum limitatione tamen, nempe si filius existens in claustro, non possit eis subuenire: quam opinionem sequitur Nauarr. in Man. cap. 14. num. 14. Ratio est, quia tunc erat obligatus patri, nec poterat alteri se obligare voto cum tanto præiudicio patris. In secundo vero casu, minime tenetur, cum sit Deo astrictus per votum. sic communiter.

An religio-
sus possit
exire vt
subueniat
parentibus
Polinius.
D. Thom.
Alenfis.

Nauarrus vero in consilijs de apostat. conf. 1. ait, quod Religiosus, non solum potest exire à claustro ad subueniendum parentibus in necessitate constitutis ante suam professionem: verum, & quando ad talem necessitatem peruenerit post eius professionem. Imo, quod ad id sufficit auctoritas sui Generalis, aut Prouincialis: & multo magis si habet facultatē à sanctissimo Domino. Qui ergo sic exit à religione pro subuentione suorum parentum, nullo pacto potest dici Apostata.

Tertio potest exire Religiosus à suo Monasterio, vt eat ad superiorem ob iurium grauamen, & tunc oportet videre, An id faciens sit Apostata, vel excommunicatus. Ad quod respondeo cum cōmuni, quod non, per ea quæ habet Bald. in cap. ad nostram de appellatio. De qua re fusè infra agemus in explicatione tertij casus ibi, Dubiatur secundo.

An Reli-
giosus possit
exire. &
peragere ad
superiorem
ob iurium
grauamen.
Respon.

Sed hoc intelligitur in foro conscientie, nam in foro exteriori, & Ecclesie, quæ non iudicat de occultis aliter est dicendum. Vnde Religiosi recedentes à suis Monasterijs sine suorum Prælatorum licentia, in foro exteriori sunt excommunicati, & tales debent reputari, vt

constat ex multis Pontificibus, quorum aliqui concesserunt superioribus Religionis, vt possint tales excommunicare, & de facto per nostra statuta excommunicati declarantur, & vt tales absoluantur ab excommunicatione, vt Innocent. VIII. & alij, quos paulo infra referam: & vt tales denunciarentur omnes apostatantes à nostra religione, & in eorum receptione ab excommunicatione absoluantur.

Aliqui vero alij Summi Pontifices ipsimet expresse tales excommunicant, sic Paulus IV., & Pius IV., qui speciales Constitutiones ediderunt, quibus excommunicari iubent, & excommunicati ipso facto esse declarantur omnes; & singuli Religiosi cuiuscumque Ordinis, & conditionis existant, qui post solennem professionem factâ, sine suorum Prælatorum licentia, quouis prætextu, & causa, temerario ausu extra suorum Monasteriorum claustra diuagantur.

Religiosus 14 Quarto potest exire Religiosus à *Monasterio* modo potest euenire, vel cum habitu, modo potest euenire, vel sine eo, & quocumque modo id faciendi, siue fiat, est apostata, & incidit in casum reorum habitum seruatum. Sed est magna differentia inter, siue sine exitum, & alteram modum: nam eo, est apostata, quando recedit à Religione habitum distata, & missio, incidit etiam in excommunicationem latæ sententiæ. capia. secund. ne casum reorum habitum seruatum. res.

Exiens habitu dimissum Quando verb habitum renouit, esto quod a nimum non reuertenti habuerit, neque transeundi ad aliam Religionem, licet peccet mortaliter, & incidat in casum referuarum: non tamen est excommunicatus. Sic de iure. Et licet Caiet. in 2. 2. quest. 12. art. 1. & Syl. verbo apostasia. §. 9. & Azor. p. par. lib. 12. cap. 17. dicant, quod etiam qui habitum retinet, dummodo vagetur, est excommunicatus, nihilominus contraria sententia est verior de iure: nam re vera nulla extat in iure excommunicatio aduersus Apostatas à Religione, nisi illa, quæ habetur in cap. vt periculosa.

Sed in illa rariunt excommunicantur, qui temere dimittunt habitum suæ Religionis: ergo cum prædicti Religiosi non dimittant habitum, non incurriunt hanc excommunicationis penam de in-

te: Sunt tamen isti infames in iure, nec possunt esse testes, nec accusatores. sic tenet Bann. in 2. 2. quest. 12. art. 1. sic Stephanus Quarata in suo Compendio Bullarum verbo apostasia sic Valentia 3. par. disput. 1. quest. 12. Nauarr. in Compendio de regul. num. 61. cuius hæc sunt verba. Per solum exitum temerarium, & sine ipsa causâ non incurritur iure communi excommunicatio, modo non relinquatur habitus: nullo enim iure id cauetur. Bene verum est, quod ex priuilegijs hæbet Religiosi, vt apostata, etiam quod deferant habitum, sunt excommunicati, & est videre in Comp. Priuil. ver. apost. ab ordine, per totum: singulariter tamen Bonifacius VIII. concedit Prælatis ordinis Minorum, vt apostatas, & insolentes dicti ordinis, nisi salubrib. monitis Prælatorum Religionis acquiescant, excommunicare, capere, ligare, & carceri tradere (si videbitur expedire) possint, & valeant, & Innocentius VIII. statuit, quod quicumque frater Minor regularis obseruantie, absque licentia Generalis, vel Prouincialis sui, præsumpserit recedere ab eorum obedientia, seu apostata, ipso facto excommunicationis sententia ligatus sit.

Idem est concessum Societati IESV à Pio V. & Gregorio XIII. Vide Comp. Prinileg. vbi supra.

16 Dubitatus aurem, esto, quod de iure non sit excommunicatus ille Religiosus, qui cum habitu vagatur, sed bene ille, qui sine habitu, An idem dicendum sit de eo, qui irâ desert habitum occultatum, seu cooperunt, nullo modo cognoscatur pro Religioso talis Ordinis? Et ad hoc respondeo affirmatiue cum Valentia cum Bannes & Caiet. vbi si p. nâ ad effectum incurrendi hanc excommunicationem, idem est dimittere habitum proprium, & illum ita occultare, superinduendo alium, vt nequeat quis cognosci tanquam Religiosus talis Ordinis.

Nam vt opinie inquit Caietas us, qui eo modo tegit habitum, quamuis non dimittit eum materialiter, dimittit tamen eum formaliter, id est, in ordine ad notitiam hominum: quem modum dimissionis voluit in primis Pontifex prohibere sub illa excommunicatione, vt patet ex sine, quem sibi proposuit, scilicet, vt periculosa vagandi occasio Religiosis si b.

Apostata sunt infames in iure
Ramn.
Steph.
Valencia.
Nauar.

Apostata etiam quod defraat habitum, sicut excommunicati ex priuilegio.
Comp. priuileg. nil.

Dubium.

Resp.
Apostata defraat habitum occultatum, est excommunicatus.
Valencia.
Ramn.
Caiet.

Gloss. **exhabetur.** Ita etiam sentit *Gloss.* in c. de vita, & honest. Cleric. quoniam contrarium sentit Panormitan. in capit. Deus qui, extra. de vita, & honest. Cleric. cor. Sed sine firma ratione. Hæc Gregorius de Valentia.

Dubium. 17 Dubitatur præterea, An Religiosus manens in Religione, & dimittens habitum, vel ut se lauet, vel propter calorem, incidat in excommunicationem? Respondeo, quod Angelica ubi supra, negat, eo quod putat hanc iuris poenam non contrahi, nisi Religiosus habitum extra cenobium dimittat; nam in præcitato cap. ut periculosa, dicitur: Qui in scholis, vel alibi, vel quouis alio loco dimittit: satis esset, inquit Angelus, si diceretur: Qui alicubi, vel quouis alio loco dimittat. Et quoniam in eodem cap. eam causam redditur, ut periculosa euagandi occasio Religiosis præcidatur.

Syluester tamen, Rosella, & Nauartus cap. 27. num. 31. sentiunt, eum etiam esse excommunicatum. Sed distinctio hæc opus est; nam talis habitus dimissio, vel si ad modicum tempus: vel ad multum: si primo modo, ut scilicet quis se lauet, vel ob calorem, & a secularibus non videatur: sic est vera prima opinio: si vero talis dimissio, est pro tempore notabili ad iudicium boni viri: tunc dico, quod est vera secunda opinio.

Unde sciendum, quod, ut recte adnotat Caietanus in Summa verbo, excommunicationis cap. 61. explicans capitulum illud, ut periculosa dicit, quod tres conditiones debent concurrere ad hoc, ut talis excommunicatio incurratur. Prima, ut vere quis censeatur dimittere habitum propriæ Religionis, vel in perpetuum, vel ad tempus: ita scilicet, ut versetur in alio habitu, sic, ut ex habitu non cognoscatur esse Religiosus talis ordinis. Secunda, ut temere dimittat, id est, absque causa rationabili, quia si iusta causa accedat, in excommunicationem non incidit, veluti exempli gratia, vestem lauandi, aut mungendi, vel causa morbi: vel ut ait *Glossa* ab alijs recepta, metu mortis, vel periculi, aut mali, alioqui grauioris, captiuitatis, scilicet, seruitutis, carceris, ignominia, dedecoris, ut si Religiosus per loca Turcarum, Saracenorum, Hæreticorum, vel aliorum Christiani, aut Religiosi nominis hostium,

transierit. Tertia, ut talis sit dimissio, quæ attentis circumstantiis, si præpta ad periculose vagandum: hoc enim voluit impedire Summus Pontifex per illi textu. 19. Dubitatur tertio. An liceat apostatis celebrare, prædicare, docere, vel confessiones audire? Respondeo, quod non; nam quantum ad celebrationem Missarum, non possunt, alioquin incurrunt in Irregularitatem; & ratio est, quia iam sunt excommunicati, ut paulo ante dictum est: & celebrans in excommunicatione sit irregularis, ut est in confessio apud omnes.

De reliquis vero actionibus, prædicare, docere, aut confessiones audire, extant quamplurima priuilegia, quæ in prohibent: Innocentius IV. districte prohibuit, ne egressi ab Ordine Minorum proprio suo mortu, aut expulsi pro suis culpis, & demeritis, præsumant prædicare, aut docere, vel confessiones audire, nisi de licentia Pape, aut Prælatorum nostrorum ad alium Ordinem transierint. Et voluit, quod si forte contra huiusmodi prohibitionem aliqui transauerint, possint Generales, & Prouinciales Ordinis in illos excommunicationis sententiam promulgare. Idem concessit Clemens IV. vide Comp. priuileg. tit. Apo. statz ab ordine S. 2. & 11.

20. Dubitatur quarto, an Religio habeatur expellendi liquet Religiosum ab ordine? Respondeo, quod Cardinalis in c. m. in agro. S. quia xero, de stat. monach. sentit, ob nullum crimen posse iure communi à Monasterio Monachum ejici, etiam si contumax sit, & obedire recusat, & corrigi, ac emendari non luerit. Id ille colligit ex cap. impudicas. 27. q. 1. & c. de religiose de regular. quæ iura derogare videtur auctoritatem Regulis Religiosorum concordantibus facultatem denegandi Religiosum: Sed Religiosus communi est sententia receptum, illud, quod S. Bonaventura in Opus. de deter. bilis & ino minationibus ignominiarum circa Regula S. P. N. Franciscæ cap. 24. Humbertus rest expellit in expositione Regule S. August. cap. 99. à Relig. Turrecrem. in expos. Regule S. Benedi. S. Bonau. cti tract. 88. tradidit, scilicet, posse Hüberrus. expellere, qui obediendo, & corrigi non luerit, ut expresse docuerunt Angel. in Syluest. verbo Abbas, q. 18. Syluest. religio. 6. q. Tabiena. 17. Tab. cod. q. 45. Armilla religio. n. 28. Armilla

Dubium.

Respon.

Apostatis non licet celebrare, alioquin incurrunt in Irregularitatem: sed neq; prædicare, aut confessiones audire.

Compend. priuileg.

Dubium.

Respon.

in c. m. in agro. S. quia xero, de stat. monach. sentit, ob nullum crimen posse iure communi à Monasterio Monachum ejici, etiam si contumax sit, & obedire recusat, & corrigi, ac emendari non luerit. Id ille colligit ex cap. impudicas. 27. q. 1. & c. de religiose de regular. quæ iura derogare videtur auctoritatem Regulis Religiosorum concordantibus facultatem denegandi Religiosum: Sed Religiosus communi est sententia receptum, illud, quod S. Bonaventura in Opus. de deter. bilis & ino minationibus ignominiarum circa Regula S. P. N. Franciscæ cap. 24. Humbertus rest expellit in expositione Regule S. August. cap. 99. à Relig. Turrecrem. in expos. Regule S. Benedi. S. Bonau. cti tract. 88. tradidit, scilicet, posse Hüberrus. expellere, qui obediendo, & corrigi non luerit, ut expresse docuerunt Angel. in Syluest. verbo Abbas, q. 18. Syluest. religio. 6. q. Tabiena. 17. Tab. cod. q. 45. Armilla religio. n. 28. Armilla

Sancti Thomae in obsequio pernoti; qui in quodlib. 12. q. ult. ait: Quoniam secundum Apostolum malum est auferendum, ne totam massam corrumpat; ideo Monachus si corrigi, & emendari noluerit, cum contumax est, merito expellitur. Quae opinio & cum iure ipso, & cum Regulis Religionum congruit: denique ratione ipsa, nam in c. fin. de regul. tanquam certum ponitur id iure fieri posse, & solum ibi statuitur, ut fugiatur & eiectioni educantur. Et Regula S. Benedicti apertè concedit cap. 29. Monachum semel, & iterum fugientem à Monasterio posse recipi, si de peccato dolens, reuertatur: at si tertio recesserit, eum non amplius admittendum. Imo etiam manifeste praescribit, Monachum, qui saepe aduersionis, sese non emendauerit, ferro abscissionis esse eiciendum, ne sua cuius morbida rotum gregem contaminet.

Deinde subiungit haec verba, Frater, qui proprio vitio egredatur, non projicitur à Monasterio, & reliqua. Regula quoque S. Augustini facultatem, & ius tribuit Monachum eiciendi. Et ipsa est ubique in more positum, ut Religiosi ob certa crimina per sententiam à Monasterio expellamur. Decernit enim praedicta Regula, si quis emendatoriam subire vindictam recusauerit, de vestra societate proijciatur, non enim hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat. Pro nostra quoque Religione Minoritana extat Priuilegium Alex. 6. qui dat facultatem Generali de parte, & Prouincialibus cum consensu definitorum, & maioris partis capituli Prouincialis, Fratres dicti Ordinis, quos incorrigibiles repererint, habitum expoliare valeant, & ab Ordine eicere. Vide Comp. priuileg. verbo. eicere. S. 4.

21. Tria autem sunt necessaria, ut quis iuste eiecti possit à Religione, & habitu priueatur. Primum tam electio fiat propter crimina, pro quibus de se communi essent ad mortem damnandi; perpetuo carceri mancipandi; vel in perpetuum, vel ad tempus ad irremens relegandi, vel condemnandi: vel in alijs delictis grauissimis inobedientiae, & contumaciae: non autem pro quocunq; peccato mortali. Secundum ut fiat à capite generali, vel ab ipso Generali cum voto decisivo Dis-

cretorum. Tertium ut electio fiat, seu uis seruandis, id est, causa cognita, & per sententiam definitiuam; ita docet Nauar. cons. 50. de regul. Grassius cons. 5. de regular. num. 19. Archidiaconus in c. peruenit in fin. 27. quæst. 1. Obijciat quis declarationem quandam Illustrissimorum Cardinalium super Conc. Trid. quæ circumfertur in hæc verba: In posterum nemo Regularium eiciatur à Monasterio, etiam si sit incorrigibilis: sed peccantes, à superioribus ignominia, & carcere castigentur, & acrius etiam, si ipsius visum fuerit pro modo delictorum puniantur.

Sed per hanc declarationem non reuocantur priuilegia supradicta: unde stat in suo robore: & declaratio procedit contra Regulares, qui non procedunt supradictis priuilegijs. Vide etiam de hac re doctrinam Bonauen. in qq. super Regulam Fratrum Minorum q. 14. quam refert etiam Collector Priuilegiorum Ordinis Minorum in eius Compendio, sub tit. eicere, post. S. 4. quem omnino vide.

Sed placet hic ponere de verbo ad verbum epistolam quandam pulcherrimam D. Bern. de hac materia discretis quæ in ordine est. 120.

EPISTOLA D. BERNARDI.

22. Super fratre turbato, turbante fratre, Epistola
& contemnente magistrum, breue tibi, sed ^{antea.}
fidele damus consilium. Diaboli studium est D. Bernar.
circuire in domo Dei, & querere qua diuores:
tua à contra uigilantia, in quantum potes,
nunquam locum dare diabolo. Quantum igitur
ille acrius insidit, quo à grege informato
separat oculum, quatenus ad licentias rapiat,
quo non fuerit, qui eripiat; tanto enixius tibi,
quantum in te est, resistendum est, ne de manu tua possis eam eruere, ne quando
dicat inimicus, prauulsi aduersus eum. Ita
que aggredere fratrem ordini officio charitatis,
videlicet, honestatis, salutaribus monitis,
secretis inuicem inuicibus; publicis exhortationibus,
dilectionis & uerborum, & uerborum
correctionibus, quod officinatus esse solet, tuis
ad Deum pro e. fratrumq; piis orationibus.
Quod si iam hæc omnia fecisti, nec proficisci,
ad Apostoli consilium confugiendum est, ab
centis, Absorte malitiae & obis. Aferatur
ego malus, ne malo peiores. Neq; enim
potest arbor mala, nisi fructus malos facere.
Aferatur malum dicit, sed non quomodo ipse
uult,

vult, ut videlicet, ad quatuordecim quatuordecim, cum male factis confessionibus, contra Congregationem, contra purissimum dominum subreccionem, sui iuris esse, sua permittatur in mare lega. Sed abscondantur et vana morbida à grage, ut puerum venobriam dicitur, qui iam ardeat, se pro certo nonno dicitur labori tanquam calvariam, et publicanum. Et me signas esse contra christianam, si cuius electione scandalum mundanum recompensaveris pace, quippe qui factis suis malicia fratrum cobardiam auctorem turbare facile poterat animis atem. Consideretur et illa Salomonis sententia. Quem Deus negligit, nemopote est corrigere. Ecl. 7. Et illa saluadoris, Omnis plantatio, quam non plantavit pater meus, eradicaabitur. Et illa B. Iohannis Evangelista de schismatiz. A nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Et rursus apud Apostolum. Infidelis, si descendit, discedat. Alioquin non est retrinquenda virga peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manuum suarum. Melius est enim ut pereat unus, quam ut omnis. Hæc mellifluus Bernardus.

Dubium.

23 Quinto, & ultimo dubitatur. Ad quam teneantur sic expulsi, & si nihil aliā Religionē ingrediatur, An teneantur sint sele Episcopo offerre, vs in eius sit cura, & potestate, cuius mandatis, & iussis parere vi voti cogantur? Respondeo quod Nauar. in com. 2. de regul. n. 35. ait, id ab eo fieri oportere, cum tribus sit votis Religionis obstrictus: ac proinde debet esse in Episcopi potestate, vt ei tamquam Præposito, & superiori, in omnibus obediat. Verum id Nauar. non roborat firmo fundamento, nā professus solemnī more Religionē, se se voto obstringit, quo promittit, se perpetuo obediturum superiori illi, ac eius successōribus, non alijs. Si igitur per iustam sententiam extra Monasterium emittatur, vi & ratione voti non cogitur aliter obedire: quare satis est si Episcopo in statutorum Clericorum obtemperet.

Respond.

Præterea, eiusmodi Religiosus electus non cogitur, vt etiam Nauar. fatetur, vi voti ad aliam Religionem transire, quia id non vovit: ergo nec compellitur vi voti Episcopo se offerre, vt in eius cura, & potestate speciali sit, tanquam Religiosus. Accedit, quod id vsu, & more nunquam seruatur. Postremo, eiusmodi Religiosus electus, quauis abque

Religione sua, quia est Religione per iustam sententiam depulsus; est tamen vere, & proprie Religiosus: sicut Episcopus sua Ecclesia spoliatus, vere & proprie est Episcopus. Ita Religiosus, quia est tribus votis obstrictus, debet eo animo esse, vt superiorum iussis obtemperet, quandoqueque est in superiorum cura, & potestate constitutus, sicut Episcopus quando etis in suo Episcopatu.

Ex dictis concludimus, quod casus reseruatus intelligitur de vero Apostata, seruatus de eo scilicet, qui expresse veltate professus deserit Religionem, quam professus est, sine transitu ad aliam, & cum eo animo non redendi ad statum. Et licet summus Pontifex dicat, siue habitū dimisso, siue retento, hoc inquam dicit, vt declaret, tam vno quam alio modo egressione à Monasterio per apostasiam, esse casum reseruatum. Dicit in super summus Pontifex. Quando eo peruenerit, vt extra septa Monasterij, seu conuentus fiat egressio, Hoc, inquam intelligitur, non de eo, qui per aliquot passus, sine licentia Prælati egreditur monasterium, statim reuersurus, quia non videtur egressus ille mortifer, & exiguus in omni materia excusari à mortalī, vt toties dictum est. Sed intelligitur de eo, qui extra septa Monasterij egreditur notabiliter, ad iudicium boni viri & cum animo apostatandi. Et hæc de Apostasia à Religione. De Apostasia vero à Clericatu, & ab ordine nihil hic scribimus, poterit, qui voluerit, videre Ban. Valen. & Azorium.

Casus reseruatus de eo scilicet, qui expresse veltate professus deserit Religionem, quam professus est, sine transitu ad aliam, & cum eo animo non redendi ad statum. Et licet summus Pontifex dicat, siue habitū dimisso, siue retento, hoc inquam dicit, vt declaret, tam vno quam alio modo egressione à Monasterio per apostasiam, esse casum reseruatum. Dicit in super summus Pontifex. Quando eo peruenerit, vt extra septa Monasterij, seu conuentus fiat egressio, Hoc, inquam intelligitur, non de eo, qui per aliquot passus, sine licentia Prælati egreditur monasterium, statim reuersurus, quia non videtur egressus ille mortifer, & exiguus in omni materia excusari à mortalī, vt toties dictum est. Sed intelligitur de eo, qui extra septa Monasterij egreditur notabiliter, ad iudicium boni viri & cum animo apostatandi. Et hæc de Apostasia à Religione. De Apostasia vero à Clericatu, & ab ordine nihil hic scribimus, poterit, qui voluerit, videre Ban. Valen. & Azorium.

Nocturna Monasterio seu conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

Antequam veniam ad explicationem casus, & ad decisionem dubiorum circa illum occurrentium, præmittam plura. Primo, quod Religiosus debet curare, vt semper maneat in Monasterio, seu conuentu, & mansisse debet illius, quod dicit Ecclesiasticus in c. 6. Audi fili (ait sapienter) & accipe consilium intellectus, in pede pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collam tuam, subieco humerum tuum, & portam illam, & ne accidit vinctum eius, & infirmus sit in te enim inimicus requiem in ea, & conuersus eris sibi in oblationem: & omnia tibi compedes illius, in processum feruanda.

Banner. Valentia. Azor.

in stam gloria. Deo totum vita est in illa, & vincula illius alligaturis salutis. Itaque licet aliquibus videatur, quod Monasterium sit carcer; sciant nihilominus, quod carcer sapientia est: & licet in eo sint vincula, vota scilicet; statuta, obseruantia regulares & huiusmodi; alligatur tamen homo in salutem aeternam, & torques illius aureus est; alligatur enim homo, vt Deo adhaereat; vt a oia tunc mundi non seruiat, vt vas sit in hpiorem, non in contumeliam. Et quo magis ad hoc vacat: eo magis est in honorem apud omnes. Est enim Religiosus. (ait Petrus Damianus in Apologetico de contemptu saculi cap. 1.) veluti pictura, natiuamquam si preceat affluat, inhianter, & cum auiditate prospicitur: si iuxta sit, contemptibilis indiqur, sic Religiosus quisque, carnalibus, absens quidem timori, praesens autem videtur despectui esse.

Monasterium carcer est custodia Religiosi, ne in eum irrumpanter ferz, demones: Vnde in cantica dicitur. Hortus conclusus, fons signatus. Et quando Religiosi manent in Monasterio, & obseruantia vacant, fit verum id quod sequitur in Cantico, scilicet, Emissiones sua paradisi, quia tuerz tale Monasterium imaginem habet Paradisi, & ideo omnia quae a tali loco exeunt, veluti e Paradiso exire existimantur: spirant enim sanctitatem, puritatem, vitam Angelicam.

Hinc recte D. Basilius vocat Religiosum Paradisum, ait enim, sicut duplex est infernus, alter sub terra, alter super terram, cor scilicet peccatoris; ita duplex est Paradisus, alter in coelo, alter in corde perfecti. Religio vero paradisi Dei in terra est, vbi cor perficitur, sicut enim Paradisus est locus dalarum; ita Religio est locus voluptatis caelestis, ibi deliciae Dei cum filijs hominum, in Religione, animae sunt Dei sponsae, cum quibus delectatur sponsus.

Positus est ergo Religiosus in Monasterio, sed ad quid? Ad illud scilicet ad quod Adam. Certe, de Adam dicitur.

Gen. 2. Posuit illum in Paradiso, ut operaretur, & custodiret illum. Quae verba D.

D. August. Aug. 8. de Genesi ad litteram, & D. Thom. D. Thom. mas dupliciter exponit, primo, vt Deus Religiosus operaretur in homine: cumque custodi-

ret, cuius operatio ab homine cessat, in Monasterio obtenebratur, vt aer a sole reseruo panictus: secundus sensus est, & magis ad sur ut operam, vt scilicet ipse homo operaretur & curtur, & custodiret paradysum, pacta scilicet custodiendo, & noua acquirendo, vt lum. scilicet opere suo illum locum illustreret.

2. Quod, quando Religiosus in Conuentu manens perficitur, tunc vere de eo potest dici illud Cant. 3. Quae est ista, quae Cant. 3. ascendit per desertum, sicut virgula sumi, ex aromatibus myrrha, & sturis, & uniuersis palmaris, & gummis. Per desertum quippe monasterij Religiosus in caelum ascendit, suspirijs, gemitibus, cordis desiderijs, vehementibus: quemadmodum virgula sumi cum thure, & alijs odoratis aromatibus ex incenduntur, solet ascendere.

In conuentu quando commoratur Religiosus, & veluti Iacob supplantat viam in Monasterio est suppingentem: habet enim consolationes sicut Iacob diuinas per manus Angelorum, qui per supplantat scalam ascendunt, & descendunt ad ipsum ex parte Dei consolandum. Vnde tunc de Monasterio potest dicere Religiosus cum Iacob. Vere locus iste sanctus est, & ego nesciebam: non est hic aliud, nisi domus Dei, & Porta caeli.

Et licet in Conuentu reperiantur spinas, quia ibi sunt quam plurimae aulteritates; Deus tamen commoratur inter tales spinas: sicut Moyses vidit Deum in medio rubi. Inter quas spinas Religiosus est velut lilium de quo potest dici illud Cant. primo. sicut lilium inter spinas, Cant. 1. sic amica mea inter filias.

Secundo praemitto, quod quemadmodum Religioso in Monasterio conuentu commoranti; ita per contra exeunti, quam plurimae damna ei eueniunt, quam plurimae extra Monasterium frequenter reperiantur & vagetur. Nam vt habetur in na eueniunt. capi placuit 16. quest. 1. Monachus sine Noe a simili Monasterio, rest sicut piscis sine aqua. Iudasmes Est veluti illi, qui extra arcam Noe fuerunt, omnes enim submersi fuerunt, & extra Mosolummodo illi, qui cum Noe in arca nasterium fuerunt, salui facti sunt: Vnde talibus morantibus conuenit id quod dicit D. Petrus, Nisi manseritis in nauis, omnes simul peribitis. Talis Religiosus qui vagatur extra Monasterium est veluti Esau, qui cum exiit domum, vagaretur, primogenituram

amiste. Est veluti Dina qua è domo egressa vt videtur mulieres regionis illius, violata fuit. Atque vitinam tales non experiantur in anima, id quod Dina experta fuit in corpore.

Talis denique extra Monasterium est veluti ouis extra ouile, vnde subiaceret periculis, & incurfibus luporum, & demonu, qui semper circumcunt, quærentes, quem deuorent.

D. Bern. Hinc D. Bernardinus in epist. 9. hortans quendam ad solitudinem, & quietè in Monasterio; ait, *Fuge silentiũ, & ab omni strepitu secularium, perpetua quiete cogit celestia medicari.* Et in serm. de Sancto Andrea, ait. *Marito comparantur stagnis monasteria, ubi quodammodo incarcerationi pisces euagandi non habeant libertatem.* Et in serm. 40. in cant. *sede solitarij, vt turtur: nihil tibi, & turbis: nihil cum multitudine ceterorum: etiam ipsum obliuiscere populam, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.* Quin, quod Sereca ait in epist. 2. ad Lucillum, *Bonam spem de te concipio, quod non discurras.* Et in epist. 71. *vt animum possis continere, corporis tibi fugam siste.* Et in epist. 107. *Nihil a quo predest, quam quiescere, & minimum sum alijs locis, qui secum plurimum.*

Clausura Tertio præmitto, quod clausura in Religio-Religionibus habuit bene originè a Monachis antiquis, sed clarius, & firmitus inducta fuit postea à fundatoribus Religionum: & roborata deinde à Nicæna synodo, de qua Eugenius in cap. placuit. & à Calcedonen. de qua Alex. 2. in cap. iuxta. ead. causa, & quæst. Et à Concilio Tarraconen. relato in cap. monachi. 16. q. 1.

Clausura Clausura ergo Religiosorum requirit, ne vllus regularis cuiuscunque Ordinis, exeat monasterium, vel septa, & limites ad id designatos, sine superioris licentia: neque cum illa, nisi in tanta necessitate, vel utilitate ad id suadente, vt efficaciter probatur in d. cap. placuit, & in d. cap. monachi. Ponam hic verba Concilij Aquigrani relata à Trullo lib. 2. cap. 1. Et sunt hæc. *Necessè est, vt clausura in quibus clero sibi commissi canonicè viuendum est, firmè undique circumdant munitionibus, vt nulli omnino intrandi, aut exeundi, nisi per portam pateat aditus: sine etiam interiori dormitoria, refectoria, cellaria, et cætera habitatorum vrbis fructuum in. vniuersitatibus vniuersum mo-*

cessaria. Et infra. *Eligatur necessè est à Prelato ex congregatione sibi commissa frater probabilis vita, cuius officij sit portam canonicorum summa obedientia, & humilitate: competenti tempore claudere, & referre, vt nulli per eam, nisi per licentiam aditus pateat intrandi, aut exeundi: cui etiam obsequij mandu est, ne quibus cordi est, plus otio vacare, quam diuinis obsequijs incumbere, foras euagandi locum præbeat, & eorum vagarum, quod nefas est, particeps fiat.*

Debet pratorum aduenientes quosque cum charitate suscipere, & Priori aduentum eorum, causamque nunciare.

His præmissis, dico, quod, tria simul Pro hoc concurrere debent, ad hoc vt Religiosus tria incidat in hunc casum. primum, vt egressus sit nocturna: secundum, vt sit fortuita: tertium, vt fiat extra Monasterium.

Quoad primum, egressio debet esse Egressio nocturna: semper est mala, & perniciofa quælibet quælibet egressio Religiosi à suo conu. Monasterio, quando ex mera obedientia, vel cautè mala: facta rationabili non est facta, quia impossibile est (vt ait Philosophus) quin visis est quando non tangamur, vnde qui tetigerit piæm, est nocturnus ait sapiens, inquinabitur ab ea: & multo- na.

Ille Religiosus, qui intra septa Monasterij laudabiliter viuat; extra illud vagans, reuertitur quasi semireligiosus. Semper igitur danosa est egressio è Monasterio, quando debitis modis non fit; sed damnosissima est, quando egressio nocturna tempore fiat; nam tunc & in peccatum, & in casum reseruatam incidit. Imo tanti refert talis egressio tali tempore facta, vt etiam non habeat animum apostatandi: incidat nihilominus in hunc casum, per solam egressionem nocturnam. sic sonant verba textus Decreti, à quibus non est recedendum.

Si quis vero egrederetur in crepusculo Exiens in diei, vel noctis, non incidit in hunc crepusculo casum, quia tales partes pertinent ad diei, an indiem, non ad noctem, non enim dicitur *cadat innox, nisi appareant tenebræ.* Et quan- hunc casu do dubium vertitur in foro exteriori, an scilicet facta sit egressio in nocte, vel in vespere, aut diluculo, interpretandum est in meliorem partem. vt sit facta de die, vt sic poena mitigetur. l. si proles. & l. interpretatione. ff. de poenis, & in regul. juris in 6. in poenis.

Quoad secundum, egressus debet esse fortuita: nam qui egrederetur de nocte,

sed non occulsa, non incidet in hunc casum: & dicitur non occulsa, quando talis egressio potest probari per duos, vel tres Religiosos. Vide Sotum de rat. reg. memb. 2. Et præterea, dummodo tales non sint focij, nam si plures fuerint, qui egredierentur: nihil refert quo ad hunc casum, quod apud eos non fuerit occulsa egressio. Quæcunque ergo furtiva, hoc est occulsa, & nocturna egressio à Monasterio, siue fiat habitu dimisso, siue cetero, siue fiat vt se celet superiori, quia tunc diceretur fugitiuus, siue causa lasciuiz, iterum eadem nocte reuersurus, siue ex leui causa, associandi aliquæ fugitiuum, seu ad malum siuem exitum: est talis reclusus.

7 Quoad tertium, egressio debet fieri extra Monasterium, seu Conuentum, id est, extra septa Monasterij, quomodo-cunque illa sunt recepta. Hoc dico, quia communiciter ab alijs Religiosis receptum est, vt clausura Religiosorum sit totum illud spatium, quod claudunt muri Domus, seu Conuentus, non sepes horroꝝ, & videtur quod litera textus eis faueat. Et potest confirmari per ea, quæ habet Nic. 3. in cap. exiit de verb. signi. in 6. vbi declarans, quæ loca Monasterij Monialium per Regulam nostram prohibita sint fratribus, ne scilicet ad ea accedant: sic ait: Et nomine Monasterij voluimus claustrum, domos, & officinas interiores intelligi. Pro eo quod ad alia loca, vbi etiam homines seculares conueniunt, possunt fratres illi, causa prædicationis, vel elemosina petenda, accedere.

Apud aliquos vero Religiosos, maxime apud nos Capuecinos receptum est, vt clausura se extendat per totum horreum claustrum: vnde sepes horreorum apud nos faciunt clausuram. Vbi ergo muri Conuentus tantum recepti sunt pro clausura, extra tales muros egrediens furtiuè de nocte, incidit in hunc casum. Vbi vero sepes horreorum faciunt clausuram, non sufficit egressio à muris Conuentus, sed necesse est, vt egressio fiat etiam extra sepes, alioquin si quis exiret muros Conuentus de nocte, & quando esset in horreo, non let amplius egredi foras: existimo quod non incidet in hunc casum.

8 Dubitatur hic primo, An incidat in casum ille Religiosus, qui ob nimiam fauorem superioris in eum fugit? Resp.

quod non, per ea quæ habet Abbas in e. ad nostram de appellat. vbi dicit, quod Abbate nimis fauente in Monachos, licitum est illis fugere de Monasterio, & nec per hoc dicuntur Apostatæ: & allegat bonum textum in l. 2. dominorum ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Vbi etiam Baldus dicit, quod correctio debet esse moderata, alias ad superiorem recurrere potest. Et quando Abbas odio haberet Monachum, & illum grauaret, posset Monachus ad sui defensionem assumere arma, vt notanter dixit Cardin. in clem. 1. §. præfata de stat. Monach. Vide Nauar. de hoc in lib. 2. consil. de ap. pel. cons. 4. n. 3.

9 Dubitatur secundo, An Religiosus fugiens a Monasterio ob supradictam causam, & vadens ad maiorem superiorem, licite id faciat? Resp. quod sic, iuxta sententiam Baldi in cap. ad nostram de appell. vbi ait, quod regularis est Monasterio exiens ex metu, ob aliquid peccatum, quod forsitan commisit, seu quia nimium se sentit grauatum à Prælato, etiam sine ipsius licentia, non est dicendus Apostata, præsertim si exiit, vt adiret superiorem, quo eum à tali grauamine liberaret. Quod probat argumento deducto ex l. contra pupillum §. is, qui ad maius adiutorium ff. de re iudic. & cap. cum parati cum ibi adnot. de appell.

Quam sententiam tenet etiam Nauar. in cap. non dicatis, de regul. num. 61. cuius rationem dat, quia sentiens se grauatum, ac propterea, adiens superiorem, non quidem apostatate, sed potius appellare videtur argu. cap. cum dilecti. 2. de appellat.

10 Neque huic resolutioni (inquit Nauar. in Conc. Trid. sess. 25. cap. declaratur de regular. quatenus præcipit, vt nullus Religiosus à suo Conuentu discedat, etiã causa aduendi superiorem, sine sui Prælati licentia in scriptis obtemta: quia non est credendum, tantam concilium derogare voluisse tam iustæ resolutioni, tam graui ratione nitenti, per l. si quando Cod. de in offic. testam. Vel, inquit, intelligenda sunt verba Concilij de illo, qui superiorem adit, non ex aliqua graui, sed leui, aut leuissima causa. Probat hoc Nauar. quia secusndum ius, non est peccatus consensus, siue licentia ab eo, ob cuius grauamen tollendum ad superio-

Sotus.

Nic. 3.

Strictior clausura apud Capuecinos.

Dubium.

Resp.

Religiosus fugiens ob nimiam fauorem superioris non est apostataq. Abbas. Bald.

Dubium.

Resp. Religiosus sic fugiens, & ad superiorem se sentit grauatum à Prælato, etiam sine ipsius licentia, non est dicendus Apostata. Bald.

Conc. Trid. declaratur de Nauar.

sem recurrere, iuxta gloss. in ca. tum pa-
storis secund. quest. 7. argum. de
ducto ex cap. ea parte, de accusat. licet
regulariter loquendo, à Iudice sit peten-
da venia, secundum Archidiaconum in
distinct. capit. pastoris.

Aliud tamen est petere à Iudice, aliud
vero à parte, iuxta l. 1. & 2. Cod. de in ius
vocandis. Et post multa alia concludit,
dicendo, esse certum, quod ad ire supe-
riorem ob iustum grauamen illarum, nõ
est illicitum, quia vim habet appellatio-
nis apud Religiosos: à quorum superio-
ribus posse appellari verbo, atque facto,
irrefragabiliter probant capit. ad nostrã
capit. irreprehensibilis. capit. de priori.
de appellat.

Quod, licet aliqui negent: ipse tamen
constantissime tenet, Religiosum posse
appellare etiam à correctione regulari,
quando modus exceditur.

11 Ceterum, maxime vrgent verba Cõ-
cilij, quæ sunt, *Ne liceat Regularibus à
suis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad
superiores suos accedendi, nisi ab eisdem mis-
si, aut vocati fuerint. Qui vero sine præ-
dicto mandato in scriptis obsecro, reuertus
fuerit, ab ordinariis locorum, tanquam de-
factor sui instituti puniatur.* sic Conciliũ.
Et Sixtus V. constitutionem quandam
edidit, quæ incipit, *cũ de omnibus Ecclesiã-
sticis ordinibus anno 1587.* vbi præcipit, vt
Regulares de vna Prouincia ad aliã sui
ordinis transeuntes, superiorum licen-
tias deferant, alioquin hospitio recipi ne-
queant, & possint ab ordinarijs locorũ,
vt suspecti desertores sui instituti, capi,
& in carcerem mitti.

*Limitatur
Nauarr. sen-
tentia.*

Vnde meo iudicio, prædicta Nauarr.
sententia, non videtur locum habere, ni-
si quando certo, & euidenter constaret,
Religiosum à suo superiore contra fas,
& ius omne vexari, nec aliud remedium
habere, nisi à Monasterio recedendo, suũ
maiorẽ superiorem adierit vt seipsum
possit apud illum tueri; quatenus ius na-
turale concedit, & non aliter. Proderit
tunc valde habere, & deferre secum li-
teras testimoniales totius, vel saltem sa-
nioris partis conuentus, nam sic ego vidi
aliquando practicari, & admissus fuit
reuerfus.

Dubium.

12 Interrogabis, an præfata constitutio
Sixti V. debeat inuolabiliter obseruari,
scilicet, vt nullo pacto recipiantur hos-

pitio apostata, & illi qui locum non de-
sunt obedientiam, & licentiam à suo
Superiore.

Ad quod dico, quod de hoc memini
me aliquando scripsisse ad Reuerendum
admodum Patrem Anselmum Monopo-
licanum, quando erat Procurator Gene-
ralis in curia, & responsum dedisse, quod
poterant recipi hospitio, si factam cog-
nitionem pro Religiosis, nam mens, & in-
tentio Summi Pontificis in sua constitru-
tione est vt obuiet faciorosis, qui ali-
quando habitum religiosorum suscipie-
bant, vt sic magis secure possent transire
de vno loco ad alium: & cum prædicti
apostata, seu fugitiui non sint tales, & à
Religiosis illius Monasterij, ad quod ac-
cedunt, vt tales cognoscantur, quia iam
cessat ratio legis, ideo possunt recipi hos-
pitio, absq; eo, quod incurrantur poenæ
in dicta Constitutione assignata.

13 Dubitatur tertio. An fugitiui debe-
ant requiri, vt reuertantur ad Religio-
nem; & idem quaeritur de eiectis? Resp.
quod Gregor. IX. in cap. ne Religiosi de Resp.
regul. dicit: *Ne Religiosi viri cogendi occa-
sionem habentes, saltem propria derelictis
incurrant, & sanguinem eorum de manibus Pra-
latorum requiratur. Statuimus, vt Praesiden-
tes Capitulis celebrandis secundum statuta
Concilij Generalis, seu Parvã Abbates, seu
Priores, fugitivos suos, & eiectos de ordine
suo requirant sollicitè amantissimè. & infra.
Si vero huiusmodi fugitivos, vel eiectos ino-
bedientes inuenerint, eos excommunicant &
tamdiu faciant ab Ecclesiã Pralatis ex-
communicatis in publicè nunciari, donec ad
mandatum ipsorum humiliter reuertantur.*
Hæc ibi.

Ad difficultatem igitur propositã res-
pondendum est cum distinctione, nam
vel loquimur de fugitiuis, vel de eiectis:
de fugitiuis dicimus, quod debent requiri,
prout dicitur textus. De eiectis vero,
distinguere oportet, nam vel ipsi volunt
reuertri, vel non: si vo-
lunt reuertri, recipiendi sunt, maxime si signa emendatio-
nis ostendunt: si vero nolunt reuertri, nõ
sunt requirendi. Sic Nauarr. in Comm.
2. de regular. num. 36. Si dicas, quod
Pontifex in prædicto cap. ne religiosi
generatim loquitur, & statuit, vt fu-
gitiui, & eiecti perquirantur, & red-
cantur.

*Autoris
sententia de
fugitiuis &
quirendis.*

Respondet Nauarr. prædictum cap.

intelligi de eiectionis iniuste, hoc est, iuris ordine prætermisso, & neglecto. Alij respondent, prædictum statutum, cum sit iuris humani, vsu, & consuetudine abrogatum fuisse: neque enim Religionum Præfecti religiosos eiectiones quotannis perquirunt, neque requirunt, neque repetunt: & idem faciunt de fugitiis. Et præterea, multi ob certa quedam vitia, & delicta sententia iudicium ad id destinatum eijciuntur in perpetuum, nec amplius reducuntur. Et nos fratres minores habemus ad hoc priuilegium, ab Alexand. VI. concessum, vt Generalis de parte, & Prouincialis cum maiori parte capituli possint incorrigibiles expellere ab ordine: vnde si postea tales non requirantur, superiores sunt securi in conscientia.

Dubium.

14 Dubitatur quarto, An fugitiui, & Apostatæ dum sic vagantur, possint promoueri ad ordines? & si ordinati fuerint, possint id munus exercere? Resp. quod non, quia in ca. consultatio. de apost. habetur, quod Monachus aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quamuis suo fuerit reconciliatus Abbatu, & receperit poenitentiam, absq; dispensatione Rom. Pont. ministrare non poterit in Ordine sic suscepto. Ratio est, quia in capit. vt periculosa. excommunicatio irrogatur Religiosis sue Religionis habitum temere dimittentibus, ac proinde etiam apostatis: vnde fit, vt tales Religiosi ordinem Ecclesiasticum, etiam minorem aliquem suscipientes, suspensionem, irregularitatemq; contrahant, vt Abbas in cap. eo annotauit.

Obiectio.

Si dicas, quod in prædicto cap. consultationi, dicitur tantum, vt tales sic ordinati, non possint exercere ordinem susceptum absque licentia Romani Pontificis, non tamen illos esse irregulares, & suspensos? Respondeo, quod tale Decretum factum fuit ante sextum Decretalium, & ideo huic vltimo standum est. Et præterea Concilium Tridentinum statuit in sess. 23. ne regularis absque sui superioris licentia ad ordines promoueri possit.

Laicus Mi-
noritans
egressus,
in alia Re-
ligione pro-

15 Quod adeo verum est, vt si quis Renouatus religiosus laicus ex Minoritana familia egredietur à Religione, & aliam ingressus ad ordines promoueat: si postea reuertitur ad suam Religionem prius-

nam, debet recipi in eo statu, in quo ante egressum erat: sic Leo Papa statuit, habet enim, vt quando aliquis frater laicus ad clericatum ascenderit, extra obedientiam Prælatorum ordinis, etiamsi vsq; ad sacerdotium promotus sit, postquam reuersus fuerit, omni honore clericali priuetur: nec permittatur canonicum persoluere officium, sed laicorum officium persoluens, ad merum statum suum laicalem reducatur. Vide Comp. priuileg. verbo. laici fratres §. 4. Et hæc quantum ad ea, quæ faciunt pro declaratione huius tertij casus de egressione à clausura.

Modo subiungam dubia illa, quæ occurrere solent circa ingressum ad clausuram Monasteriorum, & licet non faciant ad prædictum casum reseruatam: rogatus tamen à quamplurimis vt de illi materia aliquid dicerem: propterea de ea nonnulla ponam, maxime, quia quæ dicta sunt de clausura, magnopere conducunt ad decisionem sequentium dubiorum.

16 Primo ergo queritur, An liceat mulieribus ingredi monasteria Religiosorum? Respondeo, quod non, quia id prohibent Summi Pontifices, Pius V. & Gregorius XIII. Pius V. in suo Motu proprio, qui incipit Regularium perferendi Motu. dicit.

Motu proprio, & ex certa scientia, omnes, & singulas facultates, ac licentias ingrediendi Monasteria, ac Domus Chartusien-sium, & aliorum quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, mulieribus cuiuscunque status, & conditionis, & quacunque dignitate præditis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, cum quibuscunque etiam derogatoriis derogatorijs, &c. ab Apostolica Sede, quomodocunque concessas &c. Strictè prohibentes mulieribus quidem prædictas facultates, & licentias pretendentibus, sub excommunicationis lata sententia, postquam harum literarum noticiam habuerint, à qua non possint absolui, præterquam in mortis articulo, ne dictas Domus, & Monasteria ingredi audeant.

Pro Religiosis vero, qui mulieres ad Monasteria introducunt, siue admittunt sequitur idem Motus proprius.

Ipsis vero Monasteriorum, & Conuentuum Abbasibus, Præpositis, Prioribus, & alijs

Præsentibus, quocunque nomine vocentur, seu Mendicantibus, sub privatione officiorum, qua in presentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia, & superstitionis à Divinis, ipso facto, sine alia declaratione, incurrendis poenis, ne eas intrudere, admittere præsumant. Non obstant.

Das. Roma vigesimo tertio Octobris, anno Domini 1566. Pontificatus nostri anno 1.

Quod etiam confirmat Gregor. XIII. in suo Motu proprio, qui incipit: *Vbi gratia, & in alia*. Vbi primo confirmat ea, que habet Pius V. Deinde extendit ea omnia ad sanctimonialia: & ultimo addit, non solum Monasteria, & domus, verum & loca Religiosorum, ait enim sic.

Abbatibus vero, nec non Abbatibus, & alijs monasteriorum utriusque sexus superioribus distinguè præcipimus, sub eadem excommunicationis poena, ac privationis dignitatum, beneficiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in Monasteria, Domus, & loca sua, quocunque prætextu huiusmodi licentiarum, & facultatum, ingredi faciant, vel permittant: quin etiam sub eisdem poenis ipso facto, incurrendis prohibemus, atque interdicitur omnibus, & quibuscunque personis Ecclesiasticis, & secularibus, ac etiam ordinum quorumcumque, etiam Mendicantium Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel à superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessarijs tantum ex decreto Concilij Tridentini, ne Monasteria ipsa Monialium pro libitu, sed necessitatibus urgentibus dumtaxat ingredi; Nove Moniales sub eisdem poenis, aliter admittere præsumant. Non obstant.

Datum Roma Idibus Julij. Anno Domini 1575.

17 Quæritur secundo, quid intelligatur nomine Monasteriorum, Domorum, & locorum? Respondeo, quod Congregatio Illustrissimorum Cardinalium super Concilium in congregatione facta anno 1584. declaravit, Monasteria seu loca nostra, quæ sunt in fieri, vel dum fabricantur, in quibus adhuc Conuentus ad ibi morandum non fuerit introductus, sed solum ibi aliqui habitantes Fratres, pro fabricæ potius servitio, quàm aliter, in eis, clausuram villam esse talem, ut si mulieres intrarent in poenas propterea in supradicto Motu proprio contentas incurreretur. Idemque dicitur, ait,

de domibus, seu Infirmarijs in civitate positis, cum nec Ecclesiam, nec Conuentum habeant.

18 Quæritur tertio. Num liceat introducere mulieres in hortum? Respon-

deo, quod non: tum quia apud nos iam receptum est, ut clausura se extendat, etiam per hortum clausum, ita quod sæpes, seu muri hororum faciunt clausuram: tum etiam, quia id dicit Gregorius XIII. sic enim habet; Monasteria. Domus, & loca sua. Unde licet communiter, nomine Monasteriorum, non veniant horti, iuxta declarationem quandam factam ab Innocentio IV. super illud nostra Regula; *Fratres non inveniunt in Monasteria Monialium*: intelligi enim ait per Monasterij nomen, solum Dormitoria, claustra, & officinas interiores, sicut etiam declaravit Nicolaus III. in cap. exijt de verb. sign. in 6.

Nihilominus ex verbis Motus proprii Gregor. XIII. nulli dubium est, illos comprehendendi, nam addit (& loca sua.) Horti quidem Monasterij coniuncti sunt loca ipsorum, & ita prædicatur.

19 Quæritur quarto, An liceat eas intrudere in sacram? Ad hoc respondeo, quod vel sacram est separata ab Ecclesia, vel est coniuncta. Si est separata, ita ut ad illam, non aliter, quam per ianuam Monasterij, vel per claustrum possit iri, tunc clarum esset, mulieres nullo modo illuc ingredi posse. Ratio est, quia per supradicta, prohibitus est ingressus ad claustrum, ad Dormitorium, & officinas interiores.

Si vero sacram taliter esset Ecclesie coniuncta, quod nisi paries esset divideret, ac directè per Ecclesiam, absque eo quod per septa Monasterij oporteret ingredi, ibi perueniretur: tunc dicunt aliqui, quod non incurritur in poenas huius Motus proprii, & praxis aliquorum Religiosorum habet, quod in sacramtis ingrediuntur mulieres & ibi consistuntur peccata. Praxis vero aliquorum aliorum Religiosorum habet, ut nullo modo illuc ingrediantur mulieres. Quin quod nostri Patres, zelo ducti petierunt ut ab Illustriss. Cardin. super Concil. fieret declaratio, quod sacram nostrorum locorum, comprehenderetur nomine claustræ: quod & factum est. Hoc autem debet intelligi de sacramtis formata, de

An liceat introducere mulieres in hortum.

An liceat intrudere mulieres in sacram.

Monasteriorum, Domorum, & locorum, nomine quid veniat.

illa scilicet, quæ clauē clauditur, non de choro post, vel reuē altare, in quo aliquando est armarium, vbi parantur Sacerdotes pro Missis celebrandis: nam quia est chorus, ideo est pars Ecclesiæ, ad quā possunt ingredi mulieres absque censura: & quia est locus apertus, omni suspicione caret: eo vel maxime, quia ad talem chorum accessus sine continuatē peccandæ Ecclesiæ. Et ad summum, qui mulieres ad talem locum introduceret, poenitentiæ salutari à Religione ipsa puniendus est, non autem debet sententiarī, & puniri iuxta poenas à prædictis Summis Pontificibus taxatas.

*An liceat
introducere
in dormito-
rium mu-
liorem me-
dicam.*

20 Quæritur quinto. An liceat introducere mulierem medicam in dormitorium pro curatione alicuius Religiosi infirmæ. Resp. quando infirmus talis non potest aliter curari nisi ope, & arte illius: nec infirmus posset in Ecclesiā, vel alibi extra venire, quod tunc licet, mulierem medicam, cum honestis personis associatam, cum licentiā Prouincialis, vel Guardiani in infirmariam, vbi frater infirmus manet, introducere: tum quia defensio vitæ, & salutis propriæ est de iure naturæ: tum quia necessitas nõ habet legem: tum quia comprobatur à simili: nam si Moniales possunt egredi extra Monasterium propter aliquam periculosam infirmitatem, vt declarauit Bonifacius VIII. & Pius V. etiam in quodam motu proprio, eas egregiè permittit ex causa ignis, infirmitatis, lepræ, pestilentiæ.

Quod ampliando Nauar. in cap. statutum, 19. quæst. 3. num. 48. ait, esse pariter intelligendum in omnibus alijs similibus infirmitatibus, sicut non contagiosis, adducens quoddam Breue Greg. XIII. vbi in alijs infirmitatibus licentiam concessit.

Tum etiam quia Motus proprius dicit (introducere, admittere, & præsumant) in casu vero proposito nulla est præsumptio, sed tantum necessitas.

Idem etiam dicendum videtur si quis Religiosus absconderet pro aliquo bono sine aliquam mulierem, vt pnta dum fugit persequentes, quæ tam ad vitam, vel ad honorem insidiantur. Nam poenæ assignatæ in Decretis Summorum Pontificum prædictorum, imponuntur contra eos, qui temerario ausu, & præsumptione introducunt. Hinc in inquiren-

dis huiusmodi rebus Prælati cauti esse debent, ne inquirent eos, qui bono sine aliquid ex prædictis fecerint.

21 Quæritur sexto, An causa processio-
nis liceat introducere mulieres ad clau-
strum, Monasterij. Respondeo, quod
Pius V. in quadam sua declaratione, quæ
refert Rodriquez in explicat. Bullæ cru-
ciatæ fol. 511. declarauit, quod causa
Processionis, Vigiliæ, Missæ, Tumulatio-
nis defunctorum, vel alterius cuiusuis
officij, poterunt ipsæ mulieres intrare in
claustra Religiosorum, quædo ipsa opera
pia celebrantur. Et quod quando in
aliqua Ecclesiā Fratrum Minorum præ-
dicaretur, & præ multitudine non pos-
sent aliter mulieres intrare, nisi per clau-
strum, vel alium locum fratrum: tunc eis
licere, dummodo directè ad Ecclesiā
pergant.

22 Sed quid, si Prælati regularis præ-
ciperet, vt fieret aliqua processio extra-
ordinaria, vt illius occasione possint mu-
lieres ad dicta loca intrare? an incurrat
in poenas? Resp. quod Rodriq. vbi sup. Resp.
disputat ad vtramq; partem, & deniq; Rodriq.
concludit, quod talis superior, non ex-
cusatur de peccato & de poenis taxatis,
quia Summus Pontifex in sua declara-
tione præten dit, tantum scrupulos re-
mouere, & illud tantum concedere, quod
recta ratio in aliquo casu dicitur, & non
dato relaxationis incenriuos, libertates,
vel abusus, sicut in aliõ casu probat Cor-
duba in suo Quæstionario in quæst. 37.
proposit. 3. Nihilominus, quia lex non
distinguit, de processione ordinaria, vel
extraordinaria, nec nos debemus distin-
guere: vnde videtur dicendum, quod ta-
lis non incurrat poenas in decretis præ-
dictis taxatas: sed bene mereatur puniri,
& grauior à Religione.

23 Idem videtur dicendum in tempore
consecrationis Ecclesiæ, scilicet, quod die, quando
tunc mulieres possunt ire ad omnia illa consecrata
loca, ad quæ vadit Episcopus cum pro-
cessione: dum tamen erant simul cum
processione: non autem si peractum sit
officium: quia si amplius non sit pro-
cessio, non licet mulieribus ingredi clau-
strum.

Vnde illæ mulieres, quæ tunc in-
gredierentur in dormitorium, incurrerent in censuram: cum per talem locum non fiat processio: tutius tamen

est in primis casibus contentis in quinto; & sexto quaeritis obtinere licentiam a sacra congreg. Cardinalium.

Religiosi in predictis penas incurrentes qui.
24. Quaeritur septimo, quinam Religiosi incurrant in penas taxatas; Ad q̄ respō. q̄ omnes illi, qui *introducere, admittentes praesens mulieres*. sic sonant verba legis. Per quae non solum incurrunt illi, qui mulieres aliquas in Monasterium introduxerint, vel intrare permiserint; verū etiam illi, qui postquā mulieres ingressae sunt, cum eis loquuntur, ac affociantur deambulando: prout sic Doctores tenent exponendo verbum illud (admittere) dicunt. n. verbum illud magis esse generale quam illud aliud (introducere) & comprehendere, tum in introducere, tum & recipere, tum etiam associare. Potest bene oriri dubium circa Praelatos illos, qui tales mulieres sic admitti, & introduci iuberent; cum lex poenalis iubens aliquod contrafacientes, non comprehendat mandantes, & consentientes.

At tamen aliter est dicendum, nempe quod ipsi Praelati mandantes, etiam comprehendantur; maxime ex verbis positis à Gress. 13. qui dicit, *Ingressi faciant, vel permittant, sic tener Nauarr. in Man. cap. 27. num. 150. ex com. 67.* Alioquin ipsi Praelati Regularium possent alicui laico mandare, vt mulieres introducant, qui nec in suspensionem à diuinis, nec in priuationem, inhabilitationem officiorum Ordinis incurreret: quod esset contra mentem legis.

Itaque omnes Regulares, siue superiores sint; siue subdistinguiturque introducunt, vel introduci faciunt, admittunt, & recipiunt, vel admitti, & recipi faciunt mulieres in Monasteria Regularium; incurrunt primo in excommunicationem Papae reseruatam, nisi in mortis articulo.

Deinde in suspensionem à diuinis, & in priuationem officiorum, & dignitatum Ordinis, quas habent, & inhabilitatem ad illa in posterum obtinenda.

Officia autem Ordinis quibus priuantur & ad quae inhabilitantur, sunt Generalatus, Provincialatus, & eorum Commissariatus, Guardianatus, & Vicariatus, vel loci Praesidentatus: non tamen Discretatus, nec Diffinitoratus ex Pio V. Veniunt tamen priuati ex Gregor. XIII. qui contra tales excommunicationem

lae sententiae, & suspensionem à diuinis ponit, per quae nemo potest eligere, neque eligi vnde nec dilectus, nec diffinitor esse potest.

25. Hic notandum, quod Suarez in *Quin. Summ. tomo de Censuris*, in disput. 22. lect. *Doctrina*. 6. sub num. 11. 12. & 13. tenet quod non peccant Praelati Religionum contra leges praedictas, nec illarum poenas, aut censuras incurrunt, permittendo foeminas ingredi sua Monasteria quocumque ritu, aut modo; sed tantum si eas permittant praetextu dictarum facultatum, vt in iisdem Constitutionibus expr. esse habetur. Et idem videretur dicendum de fratribus subditis. Cuius rationem assignat, quia nec in communi iure Pontificio, neque in alijs Pontificum Decretis inuenitur generalis lex, quae hoc prohibeat sub mortali.

Quae doctrina vera est, secundum se *Impugnata* considerata; Nihilominus praxis est in *non ex pra-* contrarium, nam saepe factus est recursus ad sedem Apostolicam pro illis mulieribus, quae ingressae sunt Monasteria Religiosorum, & multoties declaratum est non solum illas, verum & Religiosos, qui eas introduxerunt, in excommunicationem Papalem incisisse; & necesse fuit obtinere absolutionem ab excommunicatione, etiam pro fratribus. Et sic communiter tenetur, nempe quod non solum praetextu facultatum, & licentiarum mulieres non possunt ingredi Monasteria visorum, quia praedictae Constitutiones illas reuocant; verum etiam neque alio praetextu alioquin incurrunt censura.

26. Dubitatur octauo. An qui occulte *Dubium*, committit tale delictum, debeat statim deponere officium, quod habet? Resp. *Respon-* cum distinctione: nam vel loquimur in *Occulte do-* foro conscientiae, vel in foro contentio- *linguens,* so. In foro conscientiae, delinquens quis, non tenetur statim incurrere; etiam si in foro contentio- *in foro con-* sio non possit probari: quia verba legis *reverso sta-* sonant, vt delinquens incurrat, statim *sim se pro-* ipso facto, absque vlla declaratione; ex- *palare.* palare non est expectanda declaratio iudicis ad hoc: Quam conclusionem tenet Corduba contra Castum, & Nauarrum, & videtur eam approbasse Concil. Trid. in *sels. 2. cap. 6. de reformat.* quando ibi dat facultatem Episcopis dispensandi in omnibus Irregularitatibus, & suspen-

tionibus à delicto occulto prouenientibus.

Ex quo inferitur, quod Religiosus admittens mulierem aliquam in Monasterio, incidit in poenas harum Constitutionum ipso facto, absque aliqua alia declaratione.

27 Scio, quod Doctores contrariæ sententiæ dicunt, non prius quos suspensionem incurrere, quam à Iudice fuerit declaratum; sed nos respondemus, id esse verum quando in Decreto solum dicitur (incidant in suspensionem, vel sint suspensi ipso facto) At quando ultra additur (sine alia declaratione) vt hic; tunc non est opus Iudicis declaratione. Et hæc responsio confirmatur ex his, quæ late tradit Corduba in suo Quæstionario quæst. 3. allegando Caietanum, & Coaruuiam, vide ibi. Et ita etiam hanc censuram fore intelligendam Pius V. viua vocis oraculo pluribus Regularibus declarauit, & eodem modo seruari Gregorium XIII. præcepisse summo Pœnitentiario, reliquisque Officialibus sacri Officij Pœnitentiariæ, restatus auctor Catechesis Neapolitanæ. Et hoc intelligitur in foro conscientie: quia in foro contentioso occulte delinquens non tenetur se prodere, vnde nec statim debet officium suum relinquere cum iactura suæ famæ, & honoris, vt tenent Cord. Nauar. Sor. Cast. & alij. Sed debent secretò procurare sibi dispensationem, vel rehabilitationem sine mora, medijs quibuscumque possibilibus vti.

Extenditur Idem quoque videtur dicendum de pena illa priuationis vocis actiue, & alibi ab episcopis raxata à Congregatione Illustrissimorum Cardinalium contra Regulares alloquentes cum Monialibus, scilicet, quod si delictum est secretum, non tenetur quis se prodere, sed debet procurare rehabilitationem secretò modo. Circa quam prohibitionem, ab aliquibus dubitatur, Americam obliget ad peccatum mortale. Ad quod dico, quod in rigore primi textus prædictæ prohibitionis, disputatur. Iubijum ad vtramque partem, & probabiliter sententia erat negatiua; nunciatum facta est declaratio ab eadem Congregatione, prout referunt nostra statuta, scilicet, quod præter poenas postas, etiam peccatum mortale; vnde non relinquatur dis-

putationi locus.

29 Verba Decreti sic se habent. Sacra Congreg. die 1. Iulij 1606. censuit, & declarauit &c.

Attentis narratis, ac dubio præfato mature discussis, ac examinatis, censuit, ac declarauit, Regulares accedentes ad Monasteria Monialium contra formam Decreti, quo huiusmodi accessus per Sacram Congregationem prohibetur, ultra poenas priuationis officiorum, ac vocis actiue, & passiuæ, incurrere etiam poenam peccati mortalis, &c. ita &c.

30 Bene verum est, quod non incurritur peccatum, neque poena prædicta propter aliquod verbum causa vrbauitatis dictum, dummodo limites non transcendantur, in quo boni viri iudicio standum est: quia paruitas rei in quacunque materia excusat à mortali. Nec etiam incurritur, si quis religiosus declaret aliquem casum conscio alicui moniali, cū talis alloquutio speciem habeat sermonis, & exhortationis. Neque etiam incurrat ille, qui per interpositam personam loquitur, cum odia sint restringenda.

Nota.

Q U A R T V S C A S V S.

Proprietas contra votum Paupertatis, qua sit peccatum mortale.

CAuendum est omnino ab hoc peccato, & Religiosi toto conamine debent à se illud expellere, cum statim ipsorum directe repugnet: adeo licet Papa possit dispensare cum Monacho iusta de causa, vt contrahat matrimonium, prope hæc communis opinio Ricard. in 4. cho. ut con-38. art. 9. q. 1. ad 4. 7. & 6. De Bonauent. irabat mat. rure ibid. art. 2. q. 1. Scot. ibid. q. 1. Hest. trimoniâ. rici, quod 5. q. 2. Palud. q. 4. 252. 2. concl. Ricard. 11. Dur. quæst. 2. Maior. q. 14. Antonin. D. Bonan. par. 2. tit. 11. cap. 2. S. 9. Caiet. 202. q. 88. Scot. art. 11. Angel. yor. in quæst. 7. Rosel. Pa. Henric. pa. num. 4. estque communis omnium Paludan. Canonistarum Glof. Innocent. Panorm. Durand. Ioan. And. in cap. cum ad monasterium Maior. S. fin. de stat. Monach. prout factum est Antonin. de Nicola de stat. Monach. prout factum apud S. Caiet. Nicolaum, & cum Anna de quo legitur Angelica. in vita B. Laurentij Iustiniani: & factum fuit auctoritate Alexandri III. id est Innocent. factum est inter Cazinum primum Po. Io. And. Ioniz. Regem Monachum Juniacensem ord. S. Benedicti profertur, & Dia-

conum auctoritate Clem. II. vel Benedicti IX. Idem cum Constantia Rogerij Regis Sicilia filia Monacha, quae auctoritate Caesaris III. Henrico VI. nupsit, cum igitur summus Pontifex habeat talem auctoritatem, & vt talem dispensationem faciat, & de facto aliquando factum est; Nihilominus non potest dispensare cum Religioso ad habendum proprium cum ad Monasterium vbi supra, prout habet Nau. lib. 3. Concilior. de statu Monach. conf. 13. num. 10. Quod reperens in comment. 2. de regul. sub num. 16. ait. Non quidem, eo quod putarem, Papam id facere non posse, si aliqua in id iusta causa occurreret: sed quia nulla talis occurrere posse videatur, ea consideratione, quod cuiuslibet, & quantalibet necessitati, & vilitati, cui posset prouideri per concessionem facultatis habedi proprii primi generis, potest prouideri per concessionem facultatis secundi generis, id est, administrationem, quae sine sublatione voti competere potest, vt de facto comperit Pontificibus Maximis de Religionibus probatis assumptis in administranda Monarchia seculari, quam habent tanquam Reges Romae, & totius status Ecclesiastici sine vilo dominio vero vilius rei pecuniariae. sic Nauar.

Papa potest dispensare cum Monacho, vt sit proprietarius infra de causa. Nauar.

D. August. D. Aug. in cap. 2. Regule, refatum à Gratiano in cap. Nondicatis 11. q. r. cuius haec sunt verba. Non dicaris aliquid proprium, sed sine vobis omnia communis. Et infra: Quicumq; autem in sanctum progressus fuerit malum, vt occulte litteras ab aliquo, vel quodlibet manus accipiat, si hoc vltro conficiatur, parcatur illi, & oratur pro illo. Si autem deprehenditur, atque conuincitur, secundum arbitrium presbyteri, vel Praepositi, grauius emendetur, & infra. Cum huius nostrae Congregationis fratres non solum facultatibus, sed volentibus proprijs in ipsa ordinationis susceptione renunciantur, & si per promissam obedientiam penitus alienam possedati, & imperijs in Christo, & pro Christo subdiderint: certum est nihil eos habere possidere, dare, vel accipere sine superioris licentia debere. Quod si propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit, primo quidem Priori instruetur, & sic suscipiatur, si ipse mandauerit. De quo tamen nihil fiat, nisi quod

Priori placuerit. Haec illo. 5 Deinde dico, quod Regularis habens, Regularis vel habere volens proprium peccat mortaliter; Tum quia frangit solenne votum paupertatis, quod est mortale. cap. est mortaliuouentibus 17. q. 2. Tum quia nisi renouentibus illud ante mortem non debet in sacro loco sepeliri. cap. Monachi de statu Monachi. Sed in sterquilimo: imo & si sepultus fuerit in sacro, extrahendus est, si absque magno scandalo id fieri potest. cap. super quodam de stat. Monach. & cap. cum ad monasterium eod. tit. Cuius rei exemplum narrat D. Gregorius in 4. lib. Dialogorum. Tum etiam per illa verba Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. de regular. si quis aliquid proprium tenere deprehensus, aut conuictus fuerit, in biennio actiua, & passiuia voce priuatus sit, atque etiam iuxta Regulæ suæ, & Ordinis Constitutiones puniatur.

Haec autem proprietates, quae Religiosis omnibus interdicitur, intelligenda est non solum de proprietate rei pecuniariae, hoc est, pecuniae numeratae, verum, & de quacunque re, quae pretio estimabilis est: adeoque quod omnino verus Religiosus per votum paupertatis solenne incapax est domini, & iuris cuiuscunque rei pecuniae numeratae, & non numeratae, paruae, & magna, & ita non potest habere dominium etiam vestis, etiam breuiarij, vt gloss. super praedictum cap. nondicatis, vbi quae recepta dicit & consequenter nec vsum fructum, neque vsu, prout est ius quoddam lege humana inductum, quia sunt res pecuniae aestimabiles, & pecuniariae est: imo neque possessionem eius, prout est ius in fructu rei. Vide Nauar. in Comm. 2. de regul.

D. Greg. C. c. Trid.

4 Tertio dico, quod proprietarij similes sunt vxori Loth, quae à flammis Sodomae sine hoc super manum Angeli versus montem edue. militum, vt saluaretur, quia respexit retro, vt eius proprietatis derelictae videret incendium, conuersa fuit in statuam salis. Sic euenit illis, qui à mundi flammis per misericordiam Dei liberati, vt in monte Religionis saluentur, quia respiciunt retro, amando scilicet, & possidendo quam iniustissime res derelictas, lapides duri erudunt in seruitio Dei, frigidi in charitate, & graues, cadendo de peccato in peccatum quouique ad infernum perueniant.

Similes sunt Hebraeis illis, qui manna colligunt, & non colligunt.

colligebant, & pro sequenti die abscondebant; quod quia contra Dei præceptum erat, inueniebant eam verumibus scatentem. Sic proprietarij, qui res deserti huius mundi pro tempore futuro colligunt, licet eas veluti manna gustent; euadunt nihilominus pro eis tot vermes, qui rodant, & stimulent eorum conscientias, donec ad Inferna descendant, vbi vermem illum reperient, de quo scriptum est, Vermis eorum non moritur.

Tertia similitudo. Similes sunt Regi Saul, qui contra diuinum mandatum de spolijs inimici tulit, vt Deo sacrificaret, & propterea regnum amisit, traditus fuit Dæmoni, qui eum læuissime tormentabat, & finaliter proprijs manibus se intermit: sic proprietarij sub specie melius Deo inferuendi de spolijs inimici mundi sumunt; sed quia contra emissum paupertatis votum id faciunt, aufertur ab eis regnum Dei, & in prædam vitiorum traduntur, quæ veluti, tot Dæmones eos cruciant, & denique ab ipsismet vitijs deducantur in Infernum, & tunc cognoscent, licet inaniter, & sero, quod proprijs manibus semetipfos interemerunt.

Quarta similitudo. Similes sunt Machabeis illis, qui ab inimicis interfecti, dum ad sepulturam ducerentur, inuenta fuerunt sub eorum vestimentis idola, propter quod à suis met socijs derelicti fuerunt, arbitranti- bus merito id eis euenisse, quia res prohibitas creauerunt.

Sic iusto Dei iudicio omnibus proprietarijs euenit: nam quia res prohibitas à suis Prælatiis abscondunt; propterea vitam spiritualem in hoc mundo amittunt, & in alio in mortem æternam incurrunt.

Quinta similitudo. Similes sunt Iudæ traditori, qui propter hoc peccatum in tantam cæcitatem deuenit, vt Christum vendiderit: & propter quod amissa Apostolatus gratia, & dignitate, suum corpus cum bursa, & denarijs in ligno suspensus remansit, & anima in Infernum miserabiliter descēdit: Sic proprietarij amittunt dignitatē illam maximam, esse scilicet coronatos inter omnes illos cæli Reges, de quibus in Euangelio Dominus dicit Matth. 5.

Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum: & corpus, quod tantopere dilexerunt, postquam à vermicibus fuerit corrosus, simul cum anima post*

diem Iudicij in Inferno cruciabitur in sempiternum.

Similes sunt Anania, & Sapphira, qui propterea quod partem denariorum absconderunt, in communem omnium utilitatem eam darent, ad quod propter emissum paupertatis votum tenebantur; iusto Dei iudicio mortui in terram ceciderunt.

Sexta similitudo.

Vt ex hoc saltem proprietarij pertimescant, qui à vita communi, quam professi sunt, & à voto paupertatis ab eis emissio recedere volunt. Quæ omnia hic congestimus, vt tale vitium à religiosi mentibus relegamus.

Vt autem circa hunc proprietatis casum ordinatim procedamus, tria sunt videnda per ordinem. Primum, quid sit proprietas, & quis sit, & dici debeat proprietarius. Secundum, An qualibet proprietas sit peccatum mortale. Tertium, quanta debeat esse proprietas, vt sit peccatum mortale.

5 Quoad primum, proprietarius est ille Monachus, qui tenet aliquid occulte vel contra voluntatem sui superioris. sic habet Ioan. Andr. communiter receptus in cap. cum ad monaster. de statu monach. & probat Nauarrus lib. 3. consil. de regul. consil. 75. num. 49. Itaque iuxta præfatum Doctorem hæc duo concurrere debent simul, scilicet, vt Religiosus teneat aliquid occulte, & contra voluntatem sui superioris, ad hoc vt sit proprietarius: nam si alterum deficit, simpliciter non dicitur proprietarius, vt puta, si occulte tenetur, sed cum voluntate superioris: vel si palam teneat res, vt non solum superior, verum & alij. Fratres eas videant, dum superior tolerat, non est dicendus proprietarius: si vero contradicat superior, debet puniri, non tanquam proprietarius, sed tanquam inobediens.

Proprietarius quis.

Io. Andr.

Nauar.

6 Pro cuius maiori cognitione sciendū, quod retinere aliquid notabile cum animo illud occultandi Prælati, cuiuscūq; generis sit illud est peccatum mortale: ita diffinitur in iure, & tradit post alios. Turrecremata in cap. non dicatis art. 5. & Nauar. ibi.

Retentio alicuius rei quando est peccatum mortale.

Turrecremata.

Sed est notandum, quod duplici ratione potest Religiosus rem aliquam suo occultare Prælati, Primo, ne illa spoliatur, secundo, ne forte reprehendatur,

Nota.

quia sine eius consensu eam suscepit: & qui rem occultat Prælato, quia iure, & merito sibi eam auferendam à Prælato existimat, peccat contra vsum, & est proprietarius, ac proinde peccat mortaliter. Si vero ea intentione occultet, quia existimat, non quidem se re illa spoliandum, sed solum reprehendendum, quia in consilio Prælato eam possidet; tunc eum ad peccatum mortale minime condemnarem, si in præparatione animi esset præparatus, eam Prælato tradere, & minime retinere, si intelligeret eum minime sibi id concessurum. Imo si quis recipit, vel acquirit aliquid notabile sine superioris licentia, peccat mortaliter, sic. Nauar. in capit. non dicatis num. 16. cap. cum ad monasterium de stat. Monach. num. 25. Et probatur in Iure Can. vbi supra, sic. *Si quippiam fuerit Religioso speciale destinatum, non præsumat illud accipere.* & Concil. Trid. sess. 25. de regular. cap. 3. postquam decreuit, vt nulli Regulari liceat aliquid vt proprium possidere, addit, *sed statim ea superiori tradantur, conuenientique incorporantur.* Quod intelligitur de re notabili, & magnæ quantitatis, seu valoris: nam si rem mediocri valoris suscipit ab extraneis, aut tradit alteri fratri, aut commutat cum alio: per huiusmodi actiones non præiudicatur in aliquo Monasterium, & compertum habeat, si a Prælato facultatem postulasset ad eas actiones, sibi minime denegandam fuisse, non peccat mortaliter.

Retinere. 7 Quod vt procedat, triplici moderatè aliqui, nõ rone debet moderari; Prima est, quod est peccatũ subditus promptum, & expositum hamortiale sibi et animum non occultandi, sed potius vna cõcur- resignandi in manus Prælati talia bona accepta, retenta, permutata, & quoties Prælatus exegerit. Secunda, quod per Prælatum, aut Constitutiones talis Religionis non sit in virtute obedientiæ, aut eum simili rigore interdicta talis receptio, retentio, seu permutatio. Tertia, quod exploratum, & compertum habeat subditus consentire Prælatum, saltè interpretatiue in eam rē ita vt si ab ipso peteretur licentia, eã expresse daret, quãuis modus claudelinae faciēdi sibi displiceat.

Proprium. 8 Proprium est omne illud, inquit Cardinalis de Furtecremata in cap. non dicatis q. 1. num. 8. quod non est resignatũ in manu Prælati, & non administratur

in communem vtilitatem Monasterij, nec est reseruatũ sub communi custodia. Hinc inferur.

9 Primo, quod qui tenet res, vel actũ re- *Primũ co-*
signatas in manu Prælati, vel saltem in *collatiũ.*
præparatione animi, vt dictũ est paulo ante, quod propter hoc non est censendus proprietarius.

10 Secundo inferur, quod si superior *Secundũ*
concesserit Monachõ vsum, seu deten- *corollariũ.*
tionem alicuius rei, quod potest hanc licentiam semper & ad libitum reuocare: adeo quod si ipse Religiosus negaret reddere superiori semel concessum, vel non esset animo paratus ad resignandum ipsi superiori quociescunq; voluerit, esset in peccato mortali, & esset casus reseruatũ. Ratio est, quia in capit. cum ad Monasterium S. tales de statu Monach. dicitur, quod Religioso committatur aliqua obedientia possidenda tanquam in sua sibi vitã locetur: sed cum oportuerit amoueri sine contradictione qualibet, reuocetur.

Per quod dictũ determinat ibi Pa- *Panorm.*
normit. communiter receptus, quod Ab-
bas; & Conuentus non possunt facere
statutum, per quod ligatur successor: &
quod Abbas non ligatur suo statuto, li-
cet cum Conuentu id fecerit, quò minus
possit contrauenire: Nam Monachi non
possunt illi resistere, cum debeant obe-
dire, & eorum velle dependeat à volun-
tate Abbatis. cap. religiosus de elect.
in 6. adeo quod tenet Ioann. Andr. in ca-
non est obligatorum de regul. iuris in 6.
quod etiam si Abbas iurauerit seruare
statutum; nihilominus reuocatio tenet,
licet incidit in perurium. Per quod Pa- *Panorm.*
normit. vbi supra tenet, quod si Abbas
concedat priori obedientiam, vt ad vitã
teneat quendam Prioratum, seu admini-
strationem sibi concessam: potest nihilo-
minus eam reuocare; quia non potest si-
bi Abbas imponere legem, nec venire
contra dispensationem iuris, quia labe-
factaretur vis vni obedientiæ, quod est
vnum de substantialibus Regulæ.

11 Verum est tamen (vt hoc etiam sub-
gamus) quod licet huiusmodi reuocatio
facta, de rigore iuris valeret: non tamen
debet fieri sine iusta causa, talem con-
cessionem reuocanti, prout dicit Nauarr. *Nauarr.*
in cap. non dicatis, numero 42. & num.
48. Et propterea non possunt Prælati

Regulares amovere Prælatum Conuentualem à Prælationibus, quas ipsi assignauerint, si causa ad talem amotionem faciendam legitimam non interuenierit. Et ita fit in Religionibus bene ordinatis, vt Prouinciales, licet possint suspendere Guardianos iusta de causa id postulare: non possunt tamen eos omnino à Guardianatu priuare, nisi causa priuationis ad Diffinitorium deferatur, & consilio Patrum Diffinitorij legitima, & iusta censeatur. Sed hoc est extra nostram materiam, & occasionaliter de eo locutus sumus: nunc proseguamus iter inceptum.

3. Coroll.

12 Tertio inferatur, quod si Regularis dono aliqua acciperet, vel à conseruatorio bonorum caperet habitus, vestes, calceos, & similia sine licetia superioris, licet faceret contra votum, & Regulam: non tamen esset proprietarius, si ea detineret, tanquam dependens à voluntate Prælati in loco patenti. Vide pro hoc, quæ habent Doctores in capit. cum ad Monasterium, de statu Monach. vbi huius materiæ sedes iacet; quibus adde rextum in capit. exijt de verb. sign. in 6. & Clem. exiui de Paradiso. Diu.

D. Thom.
Antonin.
Cœc. Trid.
Syluest.
Nauarr.

Thom. 2. 2. q. 186. art. 3. & ibi sequaces. Antonin. 3. par. tit. 16. cap. 1. §. 11. Conc. Trident. sess. 25. de regular. cap. 1. & 2. Sylu. verbo Religio 6. num. 7. Nauarr. in capit. 1. non dicatis num. 17. & in Cõsiliis de statu Monach. conf. 3. vel de regular. consil. 75. Polieius in opposit. nostræ Regulæ cap. 6. Et ibi omnes alij expositores.

Polieius,

An qualibet proprietas sit peccati mort.

13 Quoad secundum, An quælibet proprietatis sit peccatum mortale: & circa hoc animaduertendum est, quod apud multos Patres diu viguit sententia, vt etiam de vno acu Frater fieret proprietarius, si illum teneret occulte, & contra voluntatem superioris, vel expressam, vel interpretatiuam: & moti sunt ad hoc asserendum propter verba Regulæ S. P. nostri Francisci in 6. capit. vbi sic ait: Fratres nihil sibi approprient. Hinc dicebant opinantes, qui dicit nihil, omne excludit. Nec valeat, aiebant, illa Regula in hoc, Parum pro nihilo reputabatur sicuti si quis vouisset dicere vnam Coronam de B. Virgine, & dimitteret dicere vnum Aue Maria, votum propter hoc non frangeret, nisi etiam de illa re minima votum fecisset, scilicet de non relin-

quendo nec vnum Aue Maria: nam tunc teneretur etiam ad illam ratione voti. Sicutiam est in casu nostro (aiebant illi) nam cum nos ex Regula habeamus; *Fra tres sibi nihil appropriant*: fit, vt quælibet res, etiam minima, veluti de acu, possit frater esse proprietarius. Et confirmatur per ea, quæ habet Nauarr. in consil. de singular. conf. 70. num. 10. vbi recitat esse quosdam Monachos Cartusianos, qui aiunt sufficere quamlibet rem minimam, modo ea mente accipiant, vel retineatur, vt velit eam sibi appropriare: ita quod occultans vnum denarium, vel vnum obulum, vel volens habere illum clam, nolente superiore, peccat mortaliter, & num. 13. ibidem ait: Sexto, vt graniter statutum eiusdem ordinis positum in 2. parte statutorum antiquorum cap. 31. disponens, quod Monachi defuncti in proprietate duodecim denariorum, & infra, non sepeliantur in cœmeterio, aut sepulti exhumentur. Ex quo palam colligitur, eum, qui admittit proprietatem summæ minoris summæ duodecim denariorum, debere carere sepultura Ecclesiastica: qua tamen non debet carere quis ob peccatum veniale. Præterea S. Thom. 2. 2. quæst. 66. artic. 6. ad 3. expresse videtur dicere, quod furans aliquod minimum, mente nocendi Domino eius, peccat mortaliter.

Præterea, omnis proprietatis, siue voluntas appropriandi in vniuersum, est verita Monachis. capit. cum ad Monast. & voluntas appropriandi vnum denarium est proprietatis, & voluntas appropriandi, ergo est etiam illa verita, & consequenter videtur mortifera.

14 His tamen non obstantibus, oppositum est dicendum, scilicet, quod appropriatio vnus denarij, vel plurium, non facientium quantitatem notabilem, non facit Monachum Cartusianum peccati mortiferi reum. sic Nauarr. vbi supra. Et à simili est dicendum in nostra Religione, scilicet, quod appropriatio vnus acus, vel similis rei non facient Minori tam peccati mortiferi reum: & ratio firma est, quia licet omnis transgressio precepti obligantis sub pœna peccati mortiferi, sit regulariter mortifera: fallit tamen quoties vnum de tribus concurrat, sc. rei paruitas, subreptio, vel defectus iudicij ad id sufficiens, sic Nauarr. in

Nauarr.

Verarofusio.

Tria excusant à peccato mort.

Nauarr.

Man. c. II. num. 4. At in proposito nostro, in transgressione præcepti Regulæ, de nihil sibi appropriando, per huiusmodi appropriationem occurrit paruitas rei, ut palam est: ergo illa non est mortifera.

Confirmatio. Deinde præceptum Regulæ, de nil sibi appropriando, non est fortior, quam lex Dei de nihil furando: imo nec adeo fortis, quia hæc est lex naturalis & diuina, sine vilo facto humano mediante obligans: illa vero est humana, aut certe diuina, mediante facto humano (scilicet voto) obligans: transgressio autem legis, de non furando, excusatur à culpa mortali propter rei exiguitatem, ut vult S. Thom. prima secundæ, quæst. 88. artic. 5. Præterea contraria opinio, inquit Nauarrus ibidem, nimis videtur accedere ad hæresim Lutheranorum, asserentium, omnia peccata esse mortalia, & nulla venialia. Et quidem arbitror actum fore de omnibus nobis, si per exiguitatem, & paucitatem non excusamur à culpa mortifera.

S. Thom.

Ad rationes autem prioris sententiæ respondeatur.

Ad primum de statutis Patrum Carthusianorum, Nauarrus ubi supra, putat, literam statutorum incuria librariorum viciatam esse, & habere, infra, pro vltra, & est optima responsio.

Ad illud D. Thomæ respondet Gratianus, esse intelligendum de illo, qui furatur minimum, non solum simpliciter animo nocendi Domino illius, sed notabiliter.

Ad aliud vero sequens conceditur, omnem voluntatem appropriandi esse Monacho peccatum, sed negatur, omne tale peccatum esse mortiferum.

Præceptum omne Regulæ S. P. Fructu non sit votum. Præterea negatur, omne præceptum Regulæ nosstræ esse votum, nam exceptis præceptis de castitate, obedientia, & paupertate, quæ sunt formaliter vota, reliqua vero præcepta non sunt computanda inter vota solemnia, sed solum sunt præcepta nobis tradita ad instar præcepti ieiunij Quadragesimalis, Christianis per Ecclesiam impositi.

Nam si omnia præcepta Regulæ nostræ sunt vota, quæro, suntne simplicia, an solemnia? Simplicitas autem minime, nullum enim tale amittimus in professione. Si autem sunt solemnia, iterum

rogo, comprehendantur talia præcepta sub voto abdicationis, proprietatis, aut continentie? Nequaquam: nullus enim hætenus in eam incidit amentia, ut mandatum ieiunandi, non equitandi, preces canonicas persoluendi, & alia huiusmodi generis, quæ Minoribus Fratribus præcipiuntur, affirmare audeat, esse materiam paupertatis, aut continentie, ut sub his votis contineantur.

Dices: vniuersa præcepta contineri sub voto solemnium obedientie: sed neque hoc: nam nihil in hac re tam certum est apud sapientes Catholicos, quam neminem esse reum voti solemnium obedientie, nisi ea solum quis prætermittat, quæ virtute obedientie, aut sub excommunicatione lata sententiæ sibi à Prelato, aut verbo tenus, aut scripto præcipiuntur. Si igitur præcepta sub nullo trium votorum solemnium continentur, perspicuum est, non esse vota. Videatur Rodrig. in tom. 1. qq. regular. q. 26. art. 4. 16. Sed esto sint vota, nihil tamen contra ea, quæ determinata sunt: nam votum est lex quædam, quæ ab hominis voluntate dimanat, quam quisque sibi ponit: ergo non aliter obligare debet, quam si eadem lex ab Ecclesia, vel à Deo ipso imponeretur: homo enim sibi leges præfigens, intendit se obligare instar legis, & non alias: eo, inquam, modo, quo lex diuina, vel Ecclesiastica obligaret, si id præciperet. At in legis diuine transgressione paruitas rei excusatur à mortali: ergo.

Hinc sequitur, quod omnis voti violatio peccatum est, sed non semper mortiferum, quia ob exiguitatem desinit esse peccatum mortiferum, sicut furum, & qualibet alia mortiferum, transgressio præcepti minima.

Concluditur ergo, quod non omnis proprietatis sit peccatum mortale: vnde licet S. Bernardus ponat quam plures casus proprietatis: non propter hoc sequitur, quod omnes illi sint mortiferi. 17 Quoad tertium, quanta scilicet debeat esse proprietatis, ut ob eam Religiosus peccet mortaliter, & incurrat in casum reservatum? Circa hoc multæ sunt opinioniones Doctorum, nam quia id non est determinatum in iure, vnusquisque loquitur probabiliter: D. Anton. 3. p. tit. 26. cap. 1. §. 11. tenet, etiam paruum quantum, quam non est paruum sub-

Voti quid.

Voti omnis violatio non mortiferum, quia ob exiguitatem desinit esse peccatum mortiferum, sicut furum, & qualibet alia mortiferum, transgressio præcepti minima.

S. Bernardus ponat quam plures casus proprietatis: non propter hoc sequitur, quod omnes illi sint mortiferi.

Quanta debeat esse proprietatis, ut ob eam Religiosus peccet mortaliter, & incurrat in casum reservatum? Circa hoc multæ sunt opinioniones Doctorum, nam quia id non est determinatum in iure, vnusquisque loquitur probabiliter: D. Anton. 3. p. tit. 26. cap. 1. §. 11. tenet, etiam paruum quantum, quam non est paruum sub-

Worson.

ditus assignare in manibus Prælati ad requisitionem ipsius, esse peccatum mortale, recipere, vel retinere. Et Gerfon. alphabeto 24. litera S. dub. 3. affirmat, quod etiam castellum, aut silum, aut acum, sine licentia generali, vel speciali, dare, vel accipere, peccat mortaliter.

Parua quæ Verum, ut dictum est supra, hoc nimis rias excu- rigiditate videtur, nam parua quantitas fat à morte in quocunque genere excusat à mortali: in omni ge- quod idem dixit Nauarr. in Comment. nare. de furt. & rap. in repet. c. fh. 14. quæst. 6. Nauar. num. 11.

Nec approbo id, quod habet Mendocia in quodlib. quæst. 8. de pauper. relig. pag. 571. nempe quod non videtur sibi peccare mortaliter ille Religiosus, qui quantitatè, seu valore duorum argenterum recipit, aut expendit, & consumit, inconsulto Prælato: imò etiam palam dicente Prælato, ne eos expendat: & ratio ipsius est, quia quantumvis Prælati neget licentiam, & palam dicat, ne id fiat; adhuc subditus in re tam parua quantitatis censetur operari cum licentia rationabiliter præsumpta: nam licet prælatus eam neget, non tamen rationabiliter, sed potius irrationabiliter negat. Longe enim irrationabiliter videtur, & durum, quod Prælatus velit habere Religiosum tanquam seruum, vel mancipium, cum aliter omnino res se habeat. Certè, si maritus nullo modo permittèret, imò omnino prohiberet uxori facere eleemosynam, etiam parvam; non peccaret illa, contrafaciendo in parua quantitate: quia cum maritus rationabiliter debeat talem licentiam uxori concedere, si eam negat, irrationabiliter negat: ac proinde nihil curandum est, de eius negatione, & notatione, quæ est communis Theologorum sententia, cum de eleemosyna disputant.

Hoc, inquam, non approbo, tum quia Prælati licentiam rogante ad prædicta, non est credendum id irrationabiliter negare, cum pro Prælato si semper iudicandum: & si subdito huiusmodi iudicium in his committeretur, obedientia simul cum paupertate corrueret: tum quia argumētum de uxore respectu mariti non urget contra nos, cum vxor paupertatem non uouerit: & licet sit serua potestatis viri, non tamen est vt serua, & ancilla, sed data vt focia, cum oportue-

rit hominibus non esse solum, sed fecerit Deus adiutorium simile sibi. Nec in hoc facimus seruum, sed facimus eum subditum, sectatorem sanctissimæ, & altissimæ paupertatis. Sed prosequamur placita doctorum Nauar. vbi supra, multa Nauar. dicit, & variat, nam in Manual. cap. 17. num. 3. dicit, quod pro quantitate peccati mortalis sufficit dimidium Iulij, seu Caroleni. In consilijs vero tenet, appropriationem vsque ad Iulium, siue Regale, non esse peccatum mortale, sed si excedit. Noster Pater Sorbus in ad Sorbus. dit. ad comp. priuileg. dicit, quod valor duorum Iuliorum. Rodrigue in sum. Rodrig. ma tom. 1. cap. 150. num. 6. ait, quod inter homines communes, quatuor, aut quinque argentei sunt sufficientes, vt efficiant peccatum mortale, & inter pauperes vnus, aut duo argentei.

At placet id quod habet Pater Graf. Grassius. sius hic, requiri scilicet, tantam quantitatem, quantum sufficeret, vt aliquod furtum hinc esset mortale: hoc autem stat arbitrio boni viri.

18. Placet etiam hic animaduertere cum eodem P. Grassio, quod talis proprietas non solum in pecunia, sed in rebus alijs, dominus cum nomine pecunie, non solum numerata pecunia veniat, sed omnes res, tam mobiles, quam immobiles: alia re committi potest. ideo hic includitur proprietas non solum pecunie numerate, sed etiam cuiuscunque rei mobilis, vel immobilis.

19. Dubitatur ergo Primo. An Religiosus faciat contra uotum paupertatis, & per consequens sit proprietarius, si ab externo nummos accipit, & libros emit, quos apud se retinet in cella, loquimur autem de Religioso, qui nulla Regula, Constitutioneue prohibetur, pecuniam per se, vel alium recipere? Resp. si in scio superiore id faciat, videndum esse, an his pecuniis, & libris utatur absque superioris uoluntate expressa, vel tacita, an secus. Si primum, contra paupertatem delinquit, quoniam vsum sibi vendicat, & retinet: Si secundum, non peccat. Si secunda, an si libros ex pecunijs sibi datis emerit Religiosus in scio superiore, eosque tanquam modo vsum gratia peccet seruetineat? sed palam in re libros ceteros quos superioris obcessu, & uoluntate habet in cella expostos, censetur, vsum eorum habere cura viliu superioris

Def.

rioris contentum, expraquam, vel, cæcitate Respond. eum nequaquam esse condemnandum tanquam paupertatis violatorem, quamdiu eos tenet in cubiculo palam expositos, omnibusque obiectos: nam quicquid hoc modo Religiosus habet, superiorum suorum voluntati, potestatiq; subiicitur: quod si eos omnino superioribus celet violatæ paupertatis reus habetur.

Proprietarij casum. Ex dictis concludimus, quod ad hoc ut Religiosus sit proprietarius, & incidat in casum, necesse est, ut possideat rem alicuius momenti, saltem dimidij aurei, siue sint denarij, siue aliz res. Deinde, ut occulte eam retineat, absque licentia superioris: & ultimo quod non habeat animum paratum ad resignandam in manibus Prælati, si eam requirat.

Proprietarij pena in vita. Quod si quis proprietariorum poenam scire desiderat, dicam, quod tam in vitam, quam in mortem puniuntur in iure, nam Innocentius III. statuit, ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat: & quod si proprietatem aliquam furtimprehensus habere, regulari monitione præmissa, de Monasterio expellatur, nec recipiatur ulterius, nisi poeniteat secundum Monasticam disciplinam.

Proprietarij pena in morte. Quod si proprietates apud quemquam inuenta fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra Monasterium, in sterquilinio, subterretur, secundum quod Beatus Gregorius narrat in Dialogis se fecisse. Habetur hoc in cap. cum ad Monasterium, de statu Monachorum. Vide in comp. priuil. tit. paupertas S. 1. In constitutionibus quoque Religioſorum aliz assignantur poenitentiz in vita ipsi proprietarijs, quæ quia diuersæ, & variz sunt, prout etiam variz & diuersæ sunt Religiones, propterea ad eas lectorem remitto.

QVINTVS CASVS.

Iuramentum falsum in iudicio regulari, & legitimo.

Materia hæc necessariissima est, non solum pro intelligentia huius casus, verum & pro Iudicijs, quæ sût multoties apud Regulares, de quæ fuisse tractant Alex. de Alef. p. 3. q. 40. vbi de Iudicijs. D. Th. & Caiet. 2. 2. quæst. 69.

& 76. Dominicus Soto de instr. & iur. lib. 1. & de rat. reg. vel deteg. seer. Nauarr. in rubr. de Iudicijs, & in Manuali cap. 2. 5. num. 12. Bannes, Salon. Arragon. 2. 2. quæst. 62. D. Antonin. part. 2. tit. 1. cap. 19. Syl. & Ang. verb. Iudicium & verb. Iudex Valent. 1. 3. disp. 5. qu. 11. Medina Instr. confess. cap. 14. Tolet. libr. 5. summæ cap. 56. Arelinus in sua Practica criminali pro Religiosis, & alij quæ plures.

Circa quam materiam, antequam veniam ad declarationem huius casus, præmitto.

1. Quod in Religionibus Iudices sunt *Iudices Rationales* etiam Patres, & propterea debent attendere diligenter, ut quod fieri possit, nihil de supplicijs cogitent, Monachorum vitia radicitus euellant, eorumque pie medeantur vulneribus:

Hinc D. Benedictus in sua Regula in cap. 3. scripsit, quod meminisse debeo superiores, quo nomine sint insigniti, Patres, videlicet atque idcirco curent rem ipsam agere præstare. Et noster Seraphicus Pater S. Franciscus in decimo capitulo sua Regula, ait *Frater, qui sunt Ministri, & serui aliorum Fratrum, visentes, & non videntes, Fratres suos, & humiliter, & charitative se corrigant.*

Nam ut correctio proficit, humiliter, & charitative fieri debet: Quod si aliquando pastor rigido agere debet, tamen tamen humilitatis, & compassionis affectum nec in ipso rigore desistere debet, si corrigendis cupit proficere: & usque ad eum humilis debet esse correctio, vt saltem contumelia careat: si firmas enim animas sæpe ad irreuerentiam, & desperationem contumelia mouet: Adeo charitatiua, vt odio, vel indignatione nihil agat. Nec solum in Regula: verum, & alias sæpe in suis epistolis non ouit sanctus Pater noster Ministros sua Religionis, vt tanquam Patres curarent reducere ouem perditam ad ouile. Facit ad hoc id quod docet D. Gregorius in suo Pastoralis, dum ait, Actio congruat rōmini, nomenque actioni, ne sit nec inane, & crimen immane: hoc est sublimis, & vita declinatis.

2. Sciat ergo Iudex Regularis, quod duobus modis potest procedere, vt Iudex, suos subditos, vel vt Pater, vel vt Iudex, quando vt Pater agit, tunc, vt docet Iacobus normitanus, in cap. 1. preber. filiis, de Panorm. appellat.

appellar. & in cap. cum coninet, de foro comp. potest, iudicij forma omiffa; rem, vt sibi liber gerere, nihil scilicet de supplicijs cogitando, sed alia via Religiosorum vitia euellendo. Quando vero agit vt Iudex; tunc secundum allegata, & probata debet procedere, aut seruato Iuris ordine, aut summarie: de quibus omnibus infra.

Diuisio huius materiae. Pro intelligentia autem casus, & discordantium, necesse est considerare, quid sit Iudicium regulare, & quid sit Iudicium legitimum.

Iudicium regulare quid. Iudicium regulare, quantum ad praesens artinet, est illud quod fit apud personas Regulares, non enim hic est sermo de Iudicio, quod fit apud seculares. Et praeterea dicitur Iudicium Regulare, quia de rebus regularibus, & Ecclesiasticis sola persona Regularis, & Ecclesiastica respectiue possunt cognoscere: Vnde communiter Doctores asserunt, peccare Iudices seculares, & contra iustitiam facere, iudicando de rebus spiritualibus, & de personis Ecclesiasticis, vt pura clericis, & Religiosis, taleque iudicium nullum est, cum Clericis, & Regularibus omnino sint exempti tam in civilibus, quam in criminalibus a iudicio seculari vt late docet Soranus lib. 3. quaest. 4. artic. 2. Salon. 2. 2. q. 67. art. vi & colligitur ex dist. 15. per totum & ex Decretal. de Immunitate Ecclesiarum, & cap. seculares de foro comp. in 6. & ex Concilio Constantiensi sess. 8. errore 12. 13. & ex Concil. Trident. sess. 17. de reform. cap. 20. vbi renouantur sacri Canones, & Concilia omnia Generalia, & Apostolicae sanctiones in fauorem personarum Ecclesiasticarum, & libertatis Ecclesiasticae: & ex iure civili: in Auct. vt Clerici proprios iudices conueniant.

Soranus Salon.

Ch. Conf.

Ch. Trid.

Exemplum notabile. Pro qua re facit notabile illud exemplum Constantini magni, cuius tenor, vt refert Rufinus lib. 10. Histor. Eccles. cap. 2. missi Episcopi in Concilio Niceno Constantino Imperatori scripta, & libellos conuictes crimina aliorum Episcoporum tradidissent, vt ab ipso iudicarentur, & punirentur; piissimus Imperator omnibus acceptis, publice in praesentia totius Concilij, omnes illos libellos etiam, nec lectos, igni tradidit, dicens: *Deus constituit vos sacerdotes, & potestatem dedit de vobis quaeque iudicandi.*

Et idem nos d' vobis velle iudicamus? vos non potestis ab hominibus, scilicet laicis, iudicari non potestis.

Iudex ergo secularis nullo modo potest personas Ecclesiasticas iudicare, & in lo modo potest Bullam Coenae Domini incurrit, si vel personas clericos iudicet, vel eos ad forum suum ecclesiasticum trahat.

4. Iudicium vero legitimum est, quando Iudex est competens, & iuris ordine legitime interrogatus.

Dico primo, quod Iudex debet esse competens, id est, vt supra reum, aliquid, sed veram, iurisdictionem habeat, & adeo est necessaria talis potestas super reum, vt sine ea, sententia data nulla sit & in valida: quia imo, in eo ipso quod Iudex absque auctoritate iudicat, peccat mortaliter, talisque sententia, tanquam a non iudice lata, nulla & inualida est: vt expresse docet S. Thom. 2. 2. q. 60. art. 2. Caiet. & Bannes, Salon, & Arragon. ibidem.

Vt autem Iudex legitime iudicare possit, necesse est vt habeat iurisdictionem vel ordinariam, vel delegatam. Ordinaria potestas est illa, quae alicui ex dignitate, vel ex officio competit: & ita, quicumque habet dignitatem, vel officium, cui vel ex iure, vel ex Praescriptione, vel ex vsu conuenit iurisdictione, dicitur Iudex ordinarius. Delegata potestas est ea, quae competit alicui ex commissione, seu delegatione alicuius Iudicis superioris, siue conueniat generaliter ad omnes causas, & lites, siue conueniat specialiter ad aliquam causam, & litem, ad aliqua certa loca, aut ad certas personas, vt constat ex S. Thoma vbi supra q. 67. art. 1.

Insuper, vt Iudex legitime iudicare possit, debet seruare ordinem iuris, secundum varium, & diuersum modum procedendi, qui triplex esse potest, per denunciationem, per Inquisitionem, & per accusationem, de quibus dicendum est per singula.

DE DENUNCIATIONE.

Denunciatio secundum S. Antonium vbi supra duplex est, Euangelica, & Iudicialis. Euangelica est illa, quae fit procedente correctione fraterna de recipiendo fratre antiquam

denunciatur Ecclesie, quæ & ipsa duplex potest esse, vna quæ fit Prælo-
tamquam Patri, Altera, quæ fit Prælo-
tamquam Patri, Illa, quæ fit Prælo-
tamquam Patri, tunc fit, quando aliquis post
corruptum fratrem, & non emendatum,
aut quia putavit non emendatum, con-
tempnit illum admonere, & propterea
dicitur Prælo, tamquam Patri, ut ipse cor-
rigat, existimans hoc modo illum lucra-
turum. Quæ vero fit ei tamquam Iudici,
est quando seruatis omnibus, quæ Euan-
gelium præcipit, & non veteribus, di-
citur Prælo, ut illum coram aliquibus
corrigit.

In iudicio

Denuncia-
tio Iudici-
alis du-
plex, pri-
uata, &
publica.

Illam vero denunciationem, quæ est Iudici-
alis potest esse duplex priuata, scilicet,
& publica. Priuata est manifestatio crimi-
nis, qua quis prædicit sibi resciri
damnum receptum, & in suum statum
pristinum restitui. Publica est, qua Iu-
dex ex officio per denunciationem suo-
rum officialium, vel aliorum, ad quos
perrinet, procedit, vel ad multandum
reum poena fiscali vel alia poena arbi-
traria.

Quando agitur de Denunciatione Iudici-
ali respectu peccati commissi, & emen-
dati, solus ille potest denunciare, cui rati-
one officij competit: quia talis Denun-
ciatio in hoc casu est actus iustitiæ, quo
prædicitur plunizio delinquentis, non
ob eius utilitatem, quia iam supponitur
esse correctus, sed ob bonum Reipublicæ,
cui conuenit, ne delicta maneant im-
punita, ut tradit Innoc. in cap. nouit. de
iudic. & cap. præcipue 12. quæst. 2. Et
ideo talis denunciatio competit Fiscali
accusatori tamquam parti Reipublicæ.
Quando vero agitur de Denunciatione
Iudiciali quantum ad peccata facta, &
non emendata, omnes tenentur de illis
denunciare, nisi uiderent quod ex tali de-
nunciatione aliquod detrimentum illis
proueniret cap. hoc uidetur ibid. Secun-
dum quæst. 5. quia hæc denunciatio est ac-
tus charitatis, & omnes fideles ad illam
faciendam tenentur, ut dicit Sylueit.
verbo denunciatio num. 30. Vnde qui
non denunciatur intra terminum in visita-
tione positum, tenetur denunciare po-
terit, sic Nauar. in Man. cap. 4. num. 49.

potest bene per aliam viam manifestare. ^{denunciatio}
Iudici, monendo de delinquente, & de ^{ne non pās}
testibus, qui sunt contra eum, ut notat ^{denunciare,}
Caiet. 2. 2. q. 68. art. 1. ad primum. ^{rec accusa-}

6 Quæritur hic, quando ante denun-
ciationem precedere debeat correptio, ^{Caiet.}
& quando non: & circa hoc dico, quod ^{Correptio}

Quando peccatum est publicum, ita-
quædo præ-
um absque correptione fraterna debet ^{cedere debet}
denunciari, aut accusari coram superio-
ri ille qui illud commisit, quia cum sit ^{denunciatio}
peccatum publicum, & scandalosum, di-
mitti non potest sine publica punitione.

Quod intelligi debet, nisi teneatur pro-
certo, quod talis peccator si corripiatur
publice, aut secrete, faciet pœnitentiam,
& emendabitur: in tali enim casu,
non licet denunciare de illo nec accusare,
nisi præcedat correptio fraterna obser-
uato Euangelico ordine, ut docet Cor-
duba. Limitat hoc Perrus de Nauarra,
scilicet, quod debet intelligi, quando
peccatum fit coram tribus, aut quatuor
testibus, non vero quando fit coram po-
pulo, quia tunc ratione scandali dari de-
bet denunciari.

Corduba.

Quando crimen est secretum, & in
damnum Reipublicæ, statim debet de-
nunciari, aut accusari delinquens, absq;
eo, quod præcedat correptio fraterna: sic
docet S. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7. quia
talis, non peccat contra vnum, sed con-
tra multos: & ideo non est necesse, quod
obseruetur ordo Euangelicus, qui habet
locum, quando peccatur contra vnum
solum.

Limitat autem hoc ipsemet D. Thom. ^{S. Thom.}
non procedere, nisi in casu, quo denun-
ciator tenet firmiter, quod per suam se-
cretam correptionem emendabitur frater:
& sic damnum publicum euitabitur:
quia quando possumus conseruare bonum
publicum cum conseruatione famæ, &
honoris proximi, tenemur ad illud, non
solum de lege charitatis, sed etiam ex ius-
titiâ: & hæc est Communis opinio, quâ
sequitur Nauar. in Man. cap. 18. num. 32.
Dixi, si tenet firmiter, quia si dubitat,
debet statim recurrere ad denunciatio-
nem absque correptione fraterna: in du-
bio enim magis debet inspicere ad bonum
commune, quam ad particulare vnius,
ut videtur tenere Nauar. in Manuali ca. ^{Nauar.}
24. num. 22. Vnde colligit, quod raro in
his criminibus debet procedere correp-

Excommu-
nicatus ma-
iori nec potest denunciare, nec accusare:

Bene verum est, quod excommunica-
tus non potest denunciare, nec accusare:

tio fraterna ipsam denunciationem, aut accusationem, quia vix potest esse quis ita certus, quod traditor secretus Republicæ emendabitur, quamvis secreto moneatur. Quod dicimus de traditione dicimus etiam de subornatione, & de omnibus criminibus, quæ communicationem perturbant Nauar. vbi sup. num. 32.

Quando crimen est in damnum tertij, statim debet denunciari, si non speratur eius emendatio: alioquin si speratur, debet prius corripi.

Quando delictum secretum solum est in damnum eius, qui peccat, sicut est gula, auaritia, fornicatio &c. non potest dici Prælato vt iudici, absque eo, quod præcedat secreta admonitio. Si vero quis sperat, quod ex correptione Prælati, delinquens magis emendabitur; quam ex tua, poterit dici Prælato in secreto, vt eum corrigat. Si vero emendatio non speratur; tunc debet denunciari Prælato, maxime ea peccata, quæ ad fornicationem pertinent, quia ex tali peccato posset oriri magnum scandalum in Religione. Notandum vero est, quod non tenetur quis renunciare superiori quæ audiuit contra aliquem à personis infimæ conditionis & malæ fidei. Nau. Corduba, & Gutierrez.

Nota.

*Nauar.
Corduba.
Gutierrez.*

Quod intelligitur, etiamsi superior præcipiat per obedientiam, & sub poena excommunicationis, scilicet, vt manifestent torum id, quod sciunt visu; & auditu: quia tale edictum intelligitur, quod à personis fide dignis audierint. Intelligitur etiam hoc, quando Iudex per viam Inquisitionis procedit, quia si vocat aliquem, vt sit testis, & præcipit ei, vt tanquam testis dicat, quod scit, debet procedere alio modo, vt infra dicitur.

Subditus 7 Verum, quia de præcepto Superioris fecimus mentionem, aliqua hic annotanda censui pro huiusmodi obligatione, quando scilicet subditus teneatur obedire superiori præcipienti, etiam sub excommunicatione, vt quis dicat, quæ scit de aliquo delicto. Solent enim Superiores sæpe, maxime in Visitationibus generalibus id facere, aut in alijs occasionibus, in quibus sub excommunicatione, aut iuramento præcipiuntur subditi denunciare, & manifestare delicta, quæ nouerunt. Circa quam rem dicam, quæ certa sunt.

Primo certum est, quod quoriscunque Prælatus Ecclesiasticus speciale, vel generale mandatum facit sub excommunicatione, ipso facto incurrenda, vt quæcumque nouit quis tale crimen commisit, aut rem talem habet, denunciaret, si iuridice ferat excommunicationem, & dat iuramentum, subditus, qui scit, tenetur manifestare, alias excommunicatus, aut peritius est: secus autem si iuridice non procedat.

Secundo certum est, si peccatum sit in damnum publicum, aut in præiudicium tertij, quod accusare, & denunciare tenemur siue occultum sit, siue manifestum. Ex Michaelæ, Salono, & Petro, Nauarro. si enim nullo edicto proposita ex caritate tenemur, & iustitia legali ista denunciare ob bonum commune, si probare ea possumus; multo magis existente tali edicto superioris, alias excommunicationem incurrimus, & mortaliter peccamus, tum ob inobedientiam, tum ob iuramentum præstitum.

Tertio certum est, quando peccatum est in damnum publicum, tale tamen est, quod accusare non tenemur, nisi præmissa monitione secreta: si illa nondum est adhibita, non possumus, etiam stante tali edicto, ante præmissam admonitionem illud denunciare. sic Nauar. in c. inter verba 11. q. 3. concl. 16. corollar. 66. Et ratio est, quia præcepta superiorum semper sunt intelligenda secundum legem naturalem, & diuinam quam cum fratribus seruare tenemur, aliter contingerent intolerabilem errorem, nec vim obligandi haberent. Vnde si admonitus sit, & emendatus, non est denunciandus, secus autem si post admonitionem se non emendauerit, tunc enim denunciandus est.

Quarto certum est, quando delictum est tale, quod denunciare, vel accusare possumus, sed non tenemur, si delinques emendatus est: etiam stante edicto, accusare, vel denunciare, non tenemur: quod si emendatus non sit, præcessitque admonitio denunciare tenemur, & si probare possumus, etiam accusare. Salono vbi supra controuersia 2.

Quinto, si aliquis scit præiudicium, & solus crimen aliquod, & simul etiam nouit, delinquentem probe nosse crimen nulli alteri esse notum, præterquam illi;

in hoc casu non tenetur et vi illius edicti semper crimen manifestare, quia potest illi magnum incommodum accedere: nempe inimicitia magna & periculum vel in vita vel in bonis. Nemo tamen cum tanto suo incommodo, crimen, quod aliqui in peccatum Respublice non redundat, manifestare tenetur: atque ideo in hoc casu præceptum, & excommunicatio superioris benigne interpretanda erunt, ita scilicet, ut quicumque scit, deferat crimen, quando sine suo gravi damno, & incommodo deferre potest. Et hæc communiter omnes.

Corduba. 8 Antonius de Corduba in sua summa

Casus in q. 64. quosdam casus particulares colloquitur non git, in quibus, non obstante mandato oblati generali; vel speciali superioris, & ex generali mæ-communicatione, vel iuramento, potest dare, vel & tenetur subditus non manifestare de speciali, vel licitum, vel aliud quod iubetur.

etiam ex- 9 Primus est, quando superior id iubet communi- manifestare præcipue ad emendam de- catione non linquentis vel ad impediendam peccadebet sub- tum mortale ipsius delinquentis, aut ne ditus ma- maliam proximo inferatur, aut illatum ei nifestare, reparatur. Tunc enim Corduba si de- delictum. linquens est emendatus, vel speratur ve- Primus est rismiliter emendatio, seu satisfactio par- quando de- tis, non est licitum denunciare.

linquens est Ratio est, quia cum cesset in hoc casu emendatus. causa finalis præcepti, cessat etiam obligatio, ac proinde denunciare non debet; sed famam proximi conservare illi sciam, nec tacendo periurus, aut excommunicatus erit. Tu vero limita hoc quando scilicet peccatum est occultum, vel duobus, aut tribus cognitum: & quando intenditur solum emendatio delinquentis, aut parti læsæ satisfactio; quæ si facta sunt, tacendo, non incurrit in excommunicationem iuxta communem doctrinam, quam tradunt D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. S. Anton. 2. par. tit. 9. c. 6. §. 5. Navar. in Man. c. 25. num. 46.

Quod si esset infamia de delicto, aut semiplena probatio, & iudex punitionem intenderet; cum iuste iudex in hoc casu procedat, & iuridice, subditus denunciare tenetur: alias tacendo, peccaret mortaliter, & excommunicationem incurreret, & periurum.

Secundus est 10 Secundus est, quando res est secreta, quando res vel tribus, aut quatuor nota, & iudex ad poenam procedere intendit; tunc, quam-

uis superior edictum generale, vel speciale faciat sub excommunicatione præcipiens, ut qui novit, veritatem manifestet non tenetur revelare. Et quamvis Corduba hoc solum verum esse putet, quando criminosus de se crimen sit dicitur, aut de suis consocijs affirmans, tunc non teneri ad denunciandum; secus autem si quis sciret crimen alterius secretum, vel tribus, aut quatuor notum, qui viderunt; tunc enim, inquit, & per se sine præcepto superioris manifestare poterit: & coactus præcepto, excommunicatione, vel iuramento, illum revelare tenetur ut expresse habet in lib. 1. qq. q. 34. dub. 2. Petrus tamen de Navar. lib. 2. de restit. cap. 4. par. 2. dub. 9. num. 218. vult, quod sicut non contra seipsum; ita nec contra alium tenetur testificari, dummodo crimen occultum sit: adeo ut nec infamia specialis sit de illa persona respecta, nec indicia sufficientia, vel semiplena probatio. E contra vero, si fama præcederet, & legitima accusatio cum indicijs, vel vno teste omni exceptione maiore, teneret etiam contra meipsum dicere veritatem, & multo magis contra alium: quod si crimen alterius erit occultum, duobus, aut tribus notum, cuius non sunt indicia, nec probatio semiplena, vel infamiae, non teneret dicere.

11 Tertius est quando quis rem sub sigillo secreti accepit, ut Consilium, vel quando quis remedium adhiberet delinquenti in anisicis sub sigillo, vel in corpore, ut medicus, obstetrix, gillo secret.

advocatus, vel alius consiliator & adiutor mali commissi, cui revelatum est crimen ad remedium, & auxilium adhibendum; tunc enim, etiam in particulari præcipitur illis sub excommunicatione, vel iuramento, ut dicant quicquid sciunt de tali delicto, peccant mortaliter revelando, etiam si in testes vocentur, & præcedente etiam infamiatione, semiplena probatione, & indicijs: & ad damnorum restitutionem tenentur: atque adeo in tali casu solum dicere poterunt, quæ alia via sciunt sicut confessor, qui extra confessionem novit. sic Sylvest. confessio 3. Sylvest. quæst. 20. in fine, & verbo testis quæst. 8. Navar. in Man. c. 18. num. 52. Corduba Navar. in summa qu. 64. casu 3. Pet. Navar. ubi Corduba sup. post S. Thom. ubi sup. 2. 2. quæst. 70. S. Thom. art. 1. Ratio est, quia servare secretum, in hoc casu est de iure naturali, nihil præcipi

S. Thom.
Antonin.
Navar.

Secundus est
quando res
est secreta.

præcipi potest homini contra id, quod est de iure naturali. Quod habet veritatem, nisi tractetur de damno Reipublicæ; nam tunc, secundum omnes, promissio secreti cuiuscunque (excepto secreto confessionis sacramentalis) ac iuramentum non obligant, sed potest, & debet reuelare.

Quartus 12 Quartus est, quando cogendus esset probare, quod denunciat, cum reuera non possit, aut quando reuelare non possit, aut testificari absque graui periculo, & damno in honore, vita, vel rebus. Cū tanto enim detrimento, non tenetur cōtra proximum testificari, aut denunciare: Solum enim obedire tenetur: quando probare posset, & quando denunciare damnum graue non incurreret. sic

Angelica Angel. in summa verbo excommunicationis. 3. §. 20. expresse docet, præceptum Iudicis, denunciare iubentis, sub poena excommunicationis, quod scimus, etiã si id probare non possumus, esse nullum, cum contineat errorem intolerabilem. Vnde præceptum, quo iubent, vt qui sciunt denuncient, limirandum est, vt solum procedat de ijs qui quod sciunt; probare possunt, sic Gloss. in c. plerumq; 2. q. 7. Nauar. in c. inter verba 11. q. 3. concl. 6. Coroll. 66. n. 778. & in Man. c. 17. num. 134. Corduba in summa q. 64. cau. 5. & Pet. Nauar. vbi supra.

Limitatio Quod dictum intelligit Nauar. vbi supra. Coroll 66. num. 780. quando præcipitur, vt reuelemus, quod scimus vt denunciatores, non autem vt testes, quia si vt tales nobis præciperetur, teneremus deponere vt tales, quod scimus, etiam si id probare nequeamus. Vnde in talibus edictis est opus magna discretione, ad discernendum, quando Iudex nobis præcipit vt testibus, quando vt denunciatoribus.

13 Quintus est, quando quis ex leuibus personis res scit, quæ non sunt fide dignæ, tunc enim denunciare non tenetur, quia & sibi ipsi, qui ob id leuitatis narrantur, & reo, qui ob id rigidius tractaretur; & fortassis iniuste, damnum inferret, vnde tacere omnino debet, quando quidem in hoc casu non censetur delictum scire: sic Nauar. in Man. cap. 25. nu. 46. & Cordub. in summa q. 64. casu 6.

Corduba Illud demum obseruandum est, quod in his casibus, in quibus reuelare non te-

nemur, iurare etiam possumus, nos nescire, intelligendo, ad reuelandum, vt communiter omnes dicunt.

14 Denique in materia hac Denunciatoris hoc quoq; sciendum, quod denunciatus non tenetur probare, secundum veterum promones, sed tantum testes proponere: & bare. ideo si deficit in probando, de iure non debet puniri: si vero non solum deficit, imo reperitur omnino falsum denunciaste, ad superioris arbitrium puniri debet. Et Nauar. in lib. 1. consil. de offic. Iudicis consil. 11. num. 4. ait, quod nemo omnino falsum puniri debet denunciare, nisi quod probari potest, & peccat, si aliud facit cap. placuit debet. 6. q. 2. & notatur in cap. qualiter & Nauar. quando 1. de accusat.

Prælati vero denunciationem non accipiat, nisi denunciatus fuerit, non solum aliquando me: debet enim Prælati, non solum nō recipit denunciati, verum denunciantis, & re-denunciatio- stium propositorum conditionem considerationem. considerare, ex quorum conditione poterit iudicare, an etiam denunciatus non bonæ famæ, admitti debeat.

Insuper considerare debet, ne facta sit conspiratio contra reum, vt scilicet, quæ conspiratio caudæ. do vnus dicit, ego denuncio, & tu testificaco, vel è contra: nam tunc tales conspiratores puniri debet poena priuationis, sicut præcipitur in iure, cap. conspiratio c. coniuratio c. si quis.

DE INQUISITIONE.

15 Hic est secundus modus procedendi in Iudicijs, scilicet, per viam Inquisitionis, quando scilicet iudex ex officio, non ad instantiam alicuius inquirat. Inquisitio igitur duplex est, alia generalis, alia duplex. specialis: Generalis contingere potest Generalis tribus modis, aut ex parte criminis solū, qua tribus aut ex parte delinquentis solum, alia modis com quando quis interrogatur de crimine, & tingere potest. de delincente: & eadem est distinctio de inquisitione speciali. Et notetur, quod in generali inquisitione tam ex parte criminis, quam ex parte delinquentis, nō inquiritur de aliquo crimine in particulari, nec de aliquo delinquente determinato, sed de omnibus in generali: quia quāuis Prælati faciat mentionem in ea de aliquibus criminibus particularibus: nō possumus tamen non vocare eam inquisitionem generalem.

Inquisitio generalis ex parte criminis solum est quando inquiritur de aliquo crimine particulari, vt si interrogetur, qualiter obseruetur lex, quæ ponit premium frumento? Inquisitio generalis ex parte delinquentis est, quando habetur notitia de delicto aliquo, & queritur in generali, ouisnam commisit illud.

Inquisitio generalis non requirit infamiam præcedentem aut accusatoris aut denunciantorem.
 16 Vt hæc inquisitio generalis, non est necesse, quod adsit infamia, nec quod sit accusator, aut denunciator, vt resoluunt Sor. datat. reg. secr. memb. 2. q. 6. Ratio est, quia illa non fit ad petitionem partem, sed ex mero officio Iudicis. Teneatur enim Prælati Ecclesiastici, tam secularis, quam regulares, stans temporibus visitare Prouinciam, Diocesim, aut Conuentum, ad explorandum subditorum mores, vt habetur in capit. 1. de offic. ordin. & capit. cum olim. de accus. & capit. Romana de cens. lib. 6.

Prælati debent inquirere in cõmuni de obseruantia regulæ & statutorum Religionis peruenit: & an sciant fratres de aliquo fratre particulari, quod commiserit aliquod delictum, & peccatum intra tria vota essentialia, & contra præcepta diuina, & Ecclesiastica, & Regulæ, capiens eorum depositiones in scriptis, interrogando de aliquibus delictis in particulari, licet non sint perniciofa Religioni, de quibus non est frater correctus, nec speratur corrigi. Animaduertere tamen debent Superiores, ne accipiant visitationem alicuius, quin visitatus manu sua eam scribat: & si aliqui reperiantur, qui dicant, se nolle dicere quicquam: præcipiant superiores vt illud subscribant: ne postea peractò, & elapso tempore visitationis conquerratur.

In Inquisitione generali Index non potest interrogare de particulari.
 17 In hac inquisitione generali non potest Index querere, & interrogare in particulari: an Petrus, scilicet, tale delictum fecerit, solum poterit inquirere, an quis fecerit tale delictum. Quod intelligi debet, nisi aliqua persona particularis notata sit infamia talis delicti: nam si Titius sciat aliqua peccata occulta a Lucio patrata, licet a superiore moneatur, & ei præcipiatur, vt ea reuelaret, non tenetur: potius enim peccaret, si ea reuelaret, nisi peccata Reipublice sint nociua. *Rodriguez in sua summa, tom. pri. ca. 79. num. 8.*

Hoc bene notandum est, quod in hac Inquisitione generali nemo tenetur declarare suum peccatum, quod cum misse, quantumlibet publicum sit, & notorium, nisi a superiore iuridice interrogetur. Et ideo recte dicitur communiter Doctores, & Sotus in part. 2. in rekt. de reg. reg. secr. memb. 2. q. 7. concl. 3. dub. 1. quod hæc Inquisitio generalis non est iudicium, sed præambulum ad iudicium, cum in ipso primum Iudex inquirat, An non est iniquum aliquid vitium contra communitatem, & aliquis delinqueret de tali vitio sit infamia notatus, & postea, inuenitis testibus, ad iudicium peragendum procedit.

DE INQUISITIONE PARTICULARI.

18 **A**D maiorem intelligentiam dicendorum, an notandi sunt prius & declarandi aliqui termini, ex quorum cognitione pendet intelligentia huius materiz, qui etiam delerunt ad cognitionem materiz de accusatione, de qua infra.

Primum igitur explicandum est, quid sit INFAMIA, seu clamorosa infamia. In qua re, non ita conueniunt Doctores an idem sit infamia, & clamorosa insinuatio: Hostiensis, & Arcturus in cap. Inquisitiones, & cap. qualiter, & quando. 2. de accusat. ita inter se, hæc duo distinguunt, quod infamia sit, quando viri iudicialiter testatur esse talem a morem, & famam de tali crimine. Clamorosa vero insinuatio sit vox totius populi, vel publicus rumor inter multos de tali crimine extra iudicium, Panor. vero, & Sotus in relect. de reg. secr. memb. 2. quaest. 6. dub. 3. ista non distinguunt, sed pro eodem sumunt. Sed omisis his, dicam probabiliora ex Sor. & Caiet. vbi sup. nempo quod

Ad infamiam duo requiruntur, vnum est, frequens opinio, & vox honorum. Alterum est, vt sit de tali crimine. Per primam particulam excluditur clamor, & opinio malorum, vox enim frequens ditcolorum, & hominum infamæ fortis, legitimam infamiam non reddit.

Si quis vero querat, quinam hominum numerus requiratur ad infamiam: Canonistæ aliqui in c. inquisitiones, de accus. docent, denarium numerum necessarium.

Inquisitio generalis iudicium, sed præambulum ad iudicium.
Infamia, seu clamorosa insinuatio que Hostiens. Arcturus.
Infamia, clamorosa insinuatio. Panor. de reg. secr. memb. 2. quaest. 6. dub. 3. ista non distinguunt, sed pro eodem sumunt.
Ad infamiam duo requiruntur, vnum est, frequens opinio, & vox honorum. Alterum est, vt sit de tali crimine. Per primam particulam excluditur clamor, & opinio malorum, vox enim frequens ditcolorum, & hominum infamæ fortis, legitimam infamiam non reddit.
Ad infamiam quinam hominum numerus requiratur ad infamiam: Canonistæ aliqui in c. inquisitiones, de accus. docent, denarium numerum necessarium.

Rodriguez

cessarium esse ad faciendum infamiam.
 At Sotus ubi supra: & Michael Saloni: 2. quest. 99. artic. 8. contr. 1. notant quod in iure nihil de tali denario numero habetur determinatum: nam in dict. capit. inquisitiones. 7. §. Terria dubitationis. & §. Quatuorvisi. solum habetur non sufficere duos, aut tres testes, etiamsi sub iuramento asserant, esse vocem publicam, vel famam talis delicti à tali homine commissi, sed neque propter dicta paucorum reputari quis debet infamatus. Verius autem est ut relinquatur arbitrio prudentis discernere, scilicet, quænam infamia sufficiens sit, & quis rumor sit frequens, consideratis circumstantijs loci, temporis, personarum, &c.

Nota.

Illud tamen adnotandum est, non requiri ad infamiam testes oculatos: satis namque est, quod à bonis viris fide dignis audierint, vel indicia, & conjecturas sufficientes habuerint.

Indicia que

Secundo quoad Indicia notandum est, quod Indicia propriè sunt circumstantiæ, & signa, ex quibus prudenter, & rationabiliter solems de actionibus, & operibus aliorum iudicare.

Igitur hæc indicia, non qualiacunque esse debent, sed perfecta, quæ vehementer asserant suspitionem, & ex quibus certitudine quadam morali liceat coniecturare: ut si nudus cum nuda invenitur in eodem lecto, signum est concubitus. Item: si quis flagitiosus gladio, & sanguine disperso apprehendatur iuxta vicium, maxime inimicum. Aut talia sint, ut dubium, vel suspitium testium testimonio consent, aut unus saltem testis sit omni exceptione maior.

Indicia debent esse plura, nam unum non sufficit.

Hæc plura indicia esse debent, ut loci, temporis, personæ: regulariter enim indicium unum non sufficit. Dixi regulariter, quia in hac materia de indicijs, multum valet prudentia iudicis: potest enim aliquando unum indicium esse loci plurimum, consideratis conditionibus, & circumstantijs personæ, loci, temporis, quod proinde sufficeret, ut in exemplis allatis constat.

Denam, manifesta esse debent, tum respectu facti, cuius sunt indicium, ita ut manifeste indicent rase factam: tum respectu personæ. Non enim satis est, ut indicia sint facti, nisi etiam sint indicia personæ delinquentis, sicut nec satis

est infamia de crimine, nisi etiam se personæ: atque adeo, quod talis persona de tali crimine diffamata sit, ut diximus: tum etiam respectu processus, ita ut huiusmodi indicia manifestentur reo à Iudice, ut hæc ratione intelligat se iuridice interrogari: ac proinde teneris ad respondendum.

Terio explicandum est, quid sit semiplena probatio, quæ asseri potest, esse dictum unus testis oculatus, & iuratus, seu, quod idem est, dictum unus testis omni exceptione maioris: qui enim vidit crimen commissum, puta homicidium, aut furtum, relictus, & oculatus est, & si est omni exceptione maior, semiplenam probationem facit: Et idem de auditu dicendum est, quando crimen, de quo testis ad testium auditus pertinet, puta, si quis testaretur, se audisse Petrum hæc & illa loquentem: talis enim testis facit semiplenam probationem, sub vero testes integram conditionum plene rem probant. Iuratus etiam esse debet, quia dictum testis, sine iuramento, nullam vim habet in iudicio.

Probatio semiplena qua.

Præterea talis testis debet esse iuridicus, id est, præter, seu ultra accusatorem ad sit testimonium maius omni exceptione maioris, scilicet, qui viderit, & iuratus sit. Cum enim in propria causa nullus sit idoneus testis, dicitur in l. nullus, ff. de testib. consequens est, accusatorem, vel actorem secreti depositorem, criminisque participem propriè locum testis non habere.

Præterea notandum est, quod triplex est notorium, à iure, à facto, & à presumptione iuris. Notorium à iure est illud, quod in iudicio est notum, aut per sententiam iudicis, aut confessionem partis, aut per claram probationem testium.

Notorium triplex est.

Notorium facti est illud, quod ita est notum, ut negari non possit: ut si quis occidat alium coram multis. Notorium præsumptionis iuris est illud, quod ex se non est evidens, sed iudex procedit ad puminationem eius, ac si esset evidens propter præsumptiones, & indicia, quæ sunt de facto: sicut quando clericus detinet mulierem, & cohabitatur sub eodem tetto, quæ obtrines dicunt, esse eius concubinam, talis punitur, sicut concubinaris.

Amplius notandum, quod ad hoc, ut quis

Quis teneatur pro infamato de tali delicto, non sufficit, quod illud tale sit notorium, quod commiserit illud coram domesticis eius: quia quousque res extra domum non cognoscatur, pro secreta reputatur: nisi sit de rebus pertinentibus ad fidem: & ratio est, quia supponitur, quod domestici tacebunt: & ideo non potest Iudex procedere contra illum, qui hoc modo est infamatus; quia correctio non est commissa coram eius, sed potius illius familiae, & domus. His igitur annotationis sit.

Affertiones 23 Prima assertio. Inquisitio specialis pro inquisitio alicuius personae potest fieri ad effectum sit. specialis suae punitionis, quando talis persona notata est infamia talis delicti; aut quando sunt indicia grauia, & notoria maiori parti communitatis contra dictam personam: ita ut si non procederet Iudex contra hunc reum, scandalum in dicta communitate causaretur. *Navarr. in Manua. cap. 8. num. 38* Dixi (notata infamia) quia Iudex contra neminem potest procedere ad condemnationem, nisi adfit aliquis accusator, ut docet S. Th. ubi supra, & colligitur ex cap. si quis potestatem. 23. quae. 4. ubi dicitur: *Iudicium non est sine accusatore damnatio, sicut non Christus Iudam abiecit: quoniam enim suum eum esse sciret, quia tamen non erat accusatus, minime eum abiecit. & cap. 1. de accusat. (ait Felix Papa.) Si legitimus non fuerit accusator, non fatigetur accusatus.* Sed quando Iudex procedit per viam Inquisitionis, nullus est accusator formalis, alioqui non esset via Inquisitionis, sed Accusationis: ergo saltem debet esse virtualis, talis autem est infamia, seu clamorosa insinuatio.

Navarr.

S. Thom.

Nota. Hinc inferitur, quod licet Iudex sciat crimen subditi, sciatur, etiam esse duos, vel tres, aut quatuor testes consocios criminis, per quos probari valeat delictum alicuius: non tamen procedere potest ad eum puniendum ex officio per viam Inquisitionis, antequam eum accusent. Id quod disertis verbis docet Innoc. III. in cap. inquisitionis. §. Tertia dubitationis. de accusat. ubi ait: Non sufficere ad inquirendum specialiter contra aliquem non infamatum, etiam si duo, vel tres testes iurati, omni exceptione maiores afferant, se vidisse hominem, aliquem delictum illud commississe.

Dixi Indicia grauia: quia si non sunt talia, quamuis sint manifesta, non sufficiunt, ut contra talem sic diffamatum propter illam procedatur per viam Inquisitionis: potest tamen procedere, quando aliquis accusat, quia in hoc casu, haec indicia habentur pro semiplena probatione, & ideo sufficiunt, ut Iudex per viam accusationis procedat contra reum, & contra testes illud scientes, eorum compellens, ut veritatem manifestent. *Navarr. ubi supra & Sor. lib. 5. de iust. & iur. quaest. 6. art. 1. & de rat. reg. memb. 2. quae. 6. concl. 8. dub. 1.*

Tunc autem erunt indicia grauia, ut possit Iudex procedere contra reum per viam inquisitionis, quando, ut supra dictum est, euidenter ex illis potest praesumi malum, non existente eis coniectura boni, ut sunt amplexus indebiti, & coniunctio aliquorum, de quibus supra visum est. Leuia autem tunc erunt indicia, quando in illis est parua coniectura mali, & multa alicuius boni, & realiter non nascitur ex eis suspitio grauis, sed leuis: ita ut per illa non efficiatur religiosus infamatus: sicut quando aliquis Religiosus bonae famae loquitur cum aliqua muliere in loco suspecto, quia hoc non est sufficiens indicium pro infamia.

22 Secunda assertio. Non est licitum Iudici inquisitionem facere in crimine occulto de aliqua persona, si de ea non praecessit infamia, ut dictum est.

Quod ut melius intelligatur, proponamus hic exemplum. Est hic Petrus, quem condemnant tres, aut plures testes, denunciantes de eo, & dicentes, vidisse eum cum muliere aliqua in eodem lecto: de quo crimine Petrus non est infamatus, quia testes illud solum dixerunt Praelato secreta, ut remedium adhiberet. In hoc casu non potest Praelatus publice punire delinquentem, nec vocare alios testes, ut inquirat de eius vita, sicut expresse determinatur est in ca. inquisitioni. & c. qualiter, & quando. 2. de accusat.

Hinc colligitur, quam male faciunt *Necessarii Praelati Regulares*, qui subditos suos publice puniunt laes, absque eo, quod alius accusat eos, ob aliquot crimina occulta ab eis commissis, probata solum per tres, aut quatuor testes,

testes, non procedente contra eos infamia.

Bene verum est, quod & si de iure non debet eos publice punire, vt tamen cum charitate procedant, animaduertant, quod quando delictum cum testibus non potest probari, & subditus à Prælato monitus negat: non potest Prælatus ulterius progredi in causa: nec potest eum punire donec aliquid accidat, quod faciat peccatum manifestum, aut sine indicia vt inquiri de illo possit, aut testes, quibus reus possit conuinci. Et si non sit spes emendationis iudicialiter, melius est relinquere eum, & Deo commendare, ita Sor. vbi supra. memb. 2. q. 4.

Hoc autem debet intelligi, quando tanquam Iudex procedit ad eum puniendum, quia quando tanquam Pater, bene potest, & tenetur ad illum, probato illo delicto per duos testes, punire, & corrigere illum secreto: & si subditus post hanc secretam punitionem iterum ceciderit: tunc potest Prælatus tanquam Iudex procedere contra illum, imponens ei per obedientiam, vt dicat veritatem, puniens illum cum alijs pœnis. Si vero post dictam secretam monitionem subditus se correxerit, & eius correctio Prælato nota fuerit, non potest amplius contra eum procedere.

Supradicta tamen habent veritatem, quando crimen non est contra Rempublicam quando est tale, sufficit, quod ad sit vnus testis, licet non sit infamia, vt de ipso possint Iudices facere inquisitionem contra aliquem: quo delicto probato, potest delinquens publice puniri. Sic Doctores præcicati, & alij in ca. qualiter, & quando, &c.

23 Terna assertio. Quando crimen est publicum & notorium, auctor vero illius occultus omnino, nec aliqua laborans infamia, aliqui docent, non esse licitum Iudici specialem Inquisitionem facere delicti, quantumuis publici, nisi sit etiam infamia delinquentis. Sic Palud. in 4. d. 19. q. 4. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2. Sor. vbi sup. memb. 2. q. 6. dub. 4. ea ratione ducti, quia in e. cum oporteat. de accus. requiritur ad inueniendum infamia, non solum delicti, sed etiam personæ.

Cæterum, verior est aliorum opinio, qui docent, quod in tali casu licebit regulariter inquirere in genere, non quis

in particulari crimen commiserit, sed aliqua indicia, & circumstantias criminis, puta, interrogari possunt homines, an sciant, quis illac transferit, qua hora occisus sit, quibus armis, vt si forsan exinde aliqua indicia personæ haberi possint ad inquisitionem personæ, quæ aliquo modo infamari coepit: id quod tandem docet Sorus vbi supra. quæstion. sext. concl. 2. dub. 4.

Quod vero licitum sit in tali casu inquirere in genere, mihi certum esse videtur, & praxi consentaneum: quia quando crimen est notorium, etiam si personæ sit occulta, tenetur Iudex ex officio, quantum potest, seruato iuris ordine, talia delicta non relinquere impunita, ne Respublica inde damnum patiatur, & populus inde scandalizetur, dum irrequisita, & impunita crimina manere vider, iuxta ea, quæ habentur in cap. cum sit. §. fin. de appell. capit. vestra de cohabitatio cleric. & mul. & capit. Romana. §. notoria. de censib. in 6. Sic etiam Innocent. III. in capit. Bonæ memorie. 1. & ibi Panormitan. de elect. vbi Innocentius ait: hoc obseruari per totum mundum. Angelic. verb. denunciatio. §. vlt. Tabien. verb. inquisitor. §. octauo. Cordaba. dub. in summa. quæst. sexagesima quarta. puncto primo. Arragon. & Sal. 2. 2. q. 69. Val. t. 3. disp. 5. q. 14.

Quod si ad hoc quæras. An si vnus tantum sciat, quis crimen illud notorium commiserit, & ille rogetur à Iudice in generali inquirente, teneatur veritatem fateri? Aliqui tenens, quod sic. Sed negatiua est verior, quia licet ex solo illo testimonio Reus non possit damnari: tamen ex illo torquetur, vnde graue detrimentum patietur. Solum igitur Iudex habet ius interrogandi, ita vt alter fateri teneatur, quando duo, aut tres noverunt crimen, & tuac si aliquis eorum interrogetur, eum sciat alios nosse crimen, veritatem confiteri tenetur, quia tunc Iudex iuridice interrogat, vnde respondere veritatem tenetur.

24 Quarta assertio. Si delinquens est infamatus de aliquo crimine, de hoc solum, & non de alio debet inquiri, nisi tale crimen alteri sit vltter coniunctum, vt perfecte sine eo cognosci non possit.

Vnde Iudex qui particulariter inquit de concubinijs, inueniens aliquem habere

Nota.

Nota.

*Palud.
Caiet.
Sor.*

Panor.

Innoc.

Angelic.

Tabien.

Cordaba.

Arrag.

Salon.

Valen.

Dubium.

Respon.

habere concubinam Religioſam, poteſt incidenter inquirere de ſacrilegio, licet de eo non præceſſerit vlla infamia. Noſtra igitur aſſertio debet intelligi de criminibus diſparatis. Sic Caiet. & Sor. vbi ſupra. Et eadem ratione non poteſt inquiri de complicibus in crimine, niſi aliquo modo aliqua ſint impoſita contra eos: aut niſi peccatum, de quo ſit inquiſitio, ſit præiudiciale Reipubl. vt dictum eſt ſupra.

25 Quinta aſſertio. Quando Iudices faciunt, aut facere iubent inquiſitionem contra aliquam perſonam, non ad punitionem, ſed ſolum, vt ſciant, an ſit aliquod impedimentum ſecretum, aut inhabilitas, ob quam hæc perſona non poſſit promoueri, aut promotæ confirmari ad aliquo officium: non eſt neceſſe, quod præcedat aliqua infamia contra talem perſonam. Hinc ſequitur, quod poſſunt Miniſtri Generales, & Prouinciales, & eorum Commiſſarij inquirere de meritis, aut demeritis eorum, quos volunt eligere in Prælatos, quamuis de eis nulla præceſſerit infamia. Sicut etiam poſſunt dicti Prælati punire aliquem delinquentem, qui confeſſus ſit aliquod crimen extra iudicium coram multis, quamuis de eo non præceſſerit infamia.

Dixi (coram multis) quia ſi aliquis ſecreto coram vno, aut duobus teſtibus, ſimo coram Prælateo, non coactus dixit, ſo commiſiſſe aliquod crimen: non poteſt Prælatuſ illum punire iudicialiter, ſed ſolum fraterne: niſi crimen ſit contra bonum publicum, quia tunc poteſt etiã procedere contra illum, qui contra eum fecit aliquod crimen. Poteſt etiam procedere per viam Inquiſitionis, quando crimen commiſſum eſt in præiudicium tertij: ſicut ſi aliquis abſque eo, quod præcedat infamia occidit fratrem, aut furatus eſt aliquod, vt reſoluit Sor. vbi ſupra, concl. 3. Et in hiſ criminibus poſſunt inquirere, & caſtigare publice, abſque eo, quod præcedat infamia, & abſque eo, quod ſit accuſator, per ſolam denunciationem, quia in hiſ caſibus denunciatio gerit vicem accuſationis, vt dixit Sor. vbi ſupra, dub. 3.

26 Quod ſi per Inquiſitionem factam contra infamatum aliquod legitime pro-

batum non fuerit, ſed tantummodo ex deductis remaneat infamatus de delicto ipſo poſtulate ab infamia purgationem debet ei concedi: & hæc de Inquiſitione.

DE ACCVSATIONE.

27 **S**uper eſt, vt de accuſatione dicamus, quæ eſt tertius modus procedendi in Iudicio, de qua quatuor ſunt videnda per ordinem, ſcilicet, forma, obligatio, iuſtitia, & pœna.

Accuſatio ſolemnis licet, forma, obligatio, iuſtitia, & pœna habere debes.

28 Quoad primum, ſciendum quod de iure communi, accuſationis forma ſolemnitates debet habere. Prima eſt, vt accuſatio fiat in ſcriptis, hoc eſt, vt accuſator libellum accuſatoriũ in ſcriptis Iudici porrigat. 2. quæſt. 8. per totum. & l. cui ff. de accuſat. D. Thom. 2. 2. qu. Arragon. 68. & ibi Caiet. Bannes. Salon. Arragon. Sylueſt. verb. accuſatio. quæſt. 1. Sor. de rat. reg. in 2. quæſt. 5. conſul. 4. Valent. rom. 3. diſp. 5. quæſt. 12. puncto 2. & alij.

1. vt fiat in ſcriptis. 2. ut in libello accuſatorio bello accuſatoris ſcribatur Nomen accuſatoris, & accuſatoris ſeruari: & Iudicis: ſpecies delicti, & cum qua perſona delictum eſt commiſſum: muna, locus, tempus, vbi, & quando commiſſum eſt delictum: dies, menſis, annus, vbi, & quo porrigitur Iudici libellus. ca. fin. 2. quando. quæſtio 8. Tertia, quod accuſator inſcribere ſe debet, & obligare ad pœnam rationis ſubeundam, ſi in probatione deſeruerit: & ad perſequendam litem vſque ad finem.

29 Si quæras, An hæc ſint de ſubſtantia accuſationis? Reſp. quod quantum eſt de iure communi, ſunt de ſubſtantia, ſed vſu, & conſuetudine receptum eſt, vt iſta non ſeruentur, vnde modo ſolum in vſu eſt apud ſæculares, vt accuſator coram Iudice crimen deferat per ſolam verbalem querelam, quam in ſcriptis ponet Notarius: neque ſubiicitur accuſator pœnæ talionis. Nihilominus apud Regulares ſeruantur illa tria prædicta, & in noſtro Modo procedendi aſſignantur in formula data, ibi circa tertium. Hoc totum intelligendum eſt, de delictis grauioribus: nam de delictis leuibus non eſt neceſſe, vt accuſatio proponatur in ſcriptis. l. leuia. ff. de accuſat.

3. ut accuſator ſe obliget ad pœnam ſubeundam. 4. Dubium. Reſponſio.

Caiet. Sor.

Sor.

Dubium. 30. Scisciteberis. An Prælati Regulares possint punire delinquentem absque accusatore? **Respon.** quod delicta vel sunt leuia, vel graua. Si leuia, possunt, si vero graua sunt, minime.

Exceptio. Sunt tamen aliqui casus, in quibus possunt Iudices procedere contra reum, quamuis non sit accusator. Primus est, quando Iudex stans simul cum alijs pluribus, videt committi delictum. Caiet. vbi supra quæst. 67. art. 3. Secundus est, quando contra reum est infamia, & indicia, & tunc potest procedere per viam Inquisitionis.

Tertius est, quando præcessit denunciatio iuridica, posita ad iupplicium, vt sit in Tribunali sanctæ Inquisitionis, quæ denuntiatio non est aliud, nisi declarare delictum coram superiore.

Dubium. 31 Instabis. An accusationem debeat precedere secreta correptio, sicut ante denunciationem? **Respon.** quod S. Thom. 3. sent. dist. 18. q. 2. art. 4. quæstiunc. 1. refert duas opiniones inter se contrarias.

Vna est afferentium, esse de præcepto in foro interiori, & conscientiz, vt præcedat correptio fraterna, vt si cesset ea via damnum commune, & respicitur, non deferatur ad iudicem: quamuis in foro exteriori non sit necessaria, cum Iudex non quærat, vt admittat accusationem, an fraterne admonuerit accusator eum, quem accusat. Altera est eorum, quæ absolute & in vniuersum negant prærequiri necessario admonitionem ante accusationem. sic Ang. verbo. accusatio. num. 1. Tabien. eod. num. 2. Palud. in 4. d. 19. qu. 4. Nauar. in cap. inter verba. 11. quæst. 3. concl. 6. coroll. 61. nu. m. 642. & faueat Valentia tom. 3. disp. 5. quæst. 12. puncto 1. dub. 3. quamuis hic auctor satis dubius, & anceps maneat in hæc te.

Auctoris Intencia. Circa quam difficultatem, dicam quæ sentio; vtraque opinio probabilis est; nihilominus, si solum narratus actus accusationis consideretur, non requiritur, vt admonitio eam præcedat, & hoc videtur esse ad mentem D. Thom. vbi supra. vnde in 2. 2. q. 68. agens de accusatione nequaquam meminit fraternæ admonitionis, vt rectè Valentia vbi supra annotauit: quod si hoc solum voluerint auctores secundæ sententiæ, vere locuti sūt, & patet ex iure canonico, nam in cap. qualiter, & quando 2. de accusat. vbi di-

Valentia.

citur: *Sicut accusationem legitime debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitatis monitio, & inquisitionem clamorosam insinuatio præuenire.*

Ratio etiam id suadet, quia accusatio non habet pro fine, & scopo suo poenitentiam, & emendationem fratris, sed poenitionem delinquentis ad bonum commune, vt per vnius poenam, alij arceantur à peccatis.

Præterea, licet correctio fraterna adhibita fuerit, nihil impedit, quo minus quis communiter accusare possit, quia quamuis delinquens sit correctus, & emendatus, & per actus poenitentiz in foro animæ absolutus; adhuc tamen licite accusatur, vt publice puniatur ad continentum alios, & ipsum etiam delinquentem in posterum.

32 Quoad secundum de obligatione, quis scilicet obligetur accusare ex præcepto, & sub peccato mortali? **Respon.** quod S. Thom. vbi supra. art. 1. Caiet. Sa. lon. Arragon. Bannes. ibidem. Alexan. der de Ales. p. 3. quæst. 42. m. 1. Sotus. in relect. de rat. teg. ser. m. 2. q. 5. concl. 1. Nauar. in e. inter verba. 11. quæst. 3. concl. 6. coroll. 62. num. 638. & alij dicunt, quod aliquando est in præcepto. Aliqui alij dicunt quod non. sic gloss. in cap. quia propter. 2. qu. 7. Ang. verbo accusatio. §. 2. & alij.

Accusare quis tenetur.
S. Thom.
Caiet.
Solen.
Arragon.
Bannes.
Aliensis.
Sotus.
Nauar.
Angelica.
Auctor.

Distinctione opus est: nam crimina vel sunt publica, vel priuata: Publica sunt illa, quæ directe, & immediate vergunt in damnum publicum, vt v. g. hæresis, proditio ciuitatis, homicidia, furta, ambitio, subornatio suffragiorum, &c. Priuata sunt illa, quæ contra bonum priuatum committuntur, vt v. g. adulterium, simplex fornicatio, concubinatus, & similia, vel contra propriam personam.

Quanto igitur crimen est publicum seu contra bonum commune, & in fieri, seu in procedendo, vt fiat, illudque sufficienti testimonio quis probare possit; tenetur quilibet sub peccato mortali illud per accusationem Iudici deferre. sic auctores primæ sententiæ. quia iure naturali vnicuique incumbit cura boni communis. Qui vero probare non potest, accusare non tenetur; quia cum probatio sit necessaria, ne periculum subeheret vel poenæ rationis, vel alterius grauis damni, si in probatione defecerit,

Nemo tenetur accusare, nisi crimini; quod probare possit. Bene animaduertit Sotus vbi supra, quando quis non potest crimen probare, & crimen illud est in perniciem communitatis, vt obuietur illi, quod tunc qui hoc scit debet illud deferre ad iudicem, protestando, se non accusare, sed solum iuridice denunciare, vt hac ratione liberetur ab obligatione probandi, & iudex inde accipiat occasionem inquirendi, & obuiet malo communi.

Quando crimen est contra bonum publicum, & nihilominus in totum factum, & completum sit, ita vt nullo modo maneat in actu; non tenetur quis illud amplius accusare, vel denunciare, sed solum si ad iudicium vocatus fuerit, respondere tenetur veritatem, tanquam testis.

Hoc tamen intelligitur, quando delinquens iam omnino cessat a tali crimine, & vere poenitet: nam si quis hoc id est consuetus, vel tale delictum contaminat non solum presentia, verum & futura, vt est subornatio in electionibus; tunc qui hoc scit, tenetur accusare, si potest probare: vel saltem denunciare.

Quando crimen est contra tertiam personam priuata, & est in fieri, vel in procinctu, vt fiat, si testes habeat quibus probare possit, tenetur accusare, vt verbi gratia si videam aliquem insidiantem vitæ alterius, vel subornationibus suis impediens, ne quis Religiosus aliqui idoneus, & bene meritus promoueat; debeo accusare vel denunciare saltem, si non possum probare: quia tenetur vnusquisque quantum potest, via licita, proximum ab omni damno, & iniuria illatum tueri.

Quando vero crimen non est in aliquius tertij damnum; & præiudicium, etiamsi non sit iam inchoatum, sed in procinctu, vt inchoetur, & fiat; ad nihil tenetur, qui illud scit, nisi ad correptionem fraternam.

33. Quæres hic quænam personæ ab accusatione repellantur? & ad hoc breuiter dico, quod in vniuersum, tria hominum genera ab officio accusandi prohibentur. Primo repelluntur excommunicati, & infames. capit. prohibentur. 2. quaest. 1. l. qui accusare. ff. de accusat. S. Thomas & alij Doctores in la-

cis supracitatis.

Hi tamen non repelluntur à denunciatione, seu correctione fraterna, quæ fit ob fratris emendationem, vt post alios recte Sotus in relect. de rat. teg. secr. vbi supra.

Ratio autem, quare ab accusatione repellantur, est, quia cum accusatio auctoritatem in accusante requirat, quam illa fors hominum non habet; ideo eo munere repelluntur, nisi in crimine hæresis, cuius tanta est labe, vt ad eius accusationem omnes admittantur, serui aduersus dominum, criminosi, & infames aduersus quemlibet. capit. in fidei fauorem, de hæreticis. cap. præsumunt. 2. quaest. 7.

Secundo prohibentur aliqui ob decentiam, ne accusatio illa ex odio præcedere videatur. Qua ratione subditi prohibentur accusare si os Prælatos, serui dominos, & filij parentes. cap. prohibentur. 2. quaest. 1. & cap. oues. 2. quaest. 7.

Æterum, cum bonum commune id postulauerit, possunt prædicti ex affectu charitatis illos accusare, aut potius demerere, vt notat S. Thomas 2. 2. quaest. 5. Theom. 68. art. 1. ad secundum.

Tertio prohibentur aliqui accusare ob reuerentiam sui status, qua ratione clerici prohibentur accusare laicos, & maxime in causa sanguinis. cap. sacerdotes. 2. q. 7. cap. his à quibus 23. qu. 8. licitum est tamen illis denunciare crimina publica, & Reipublicæ damosa, qualia sunt verbi gratia hæresis, crimen læsæ Maiestatis, etiam peccata, quibus vel tertij personæ in ninet damnum, aut sibi ipsi, etiam si sciant, illi accusatum capite plebendum. præmissa protestatione citra poenam sanguinis.

34. Quoad tertium sciendum quod in accusatore requiritur etiam iustitia, quæ violatur in accusando tribus præcipue modis, Calumnia scilicet, Præiudicatione & Tergiuersatione. can. si quem poenituerit. 2. qu. 3. & l. accusatorum. ff. de accusat. ad senat. cor. sul. Turpillianum. D. Th. & reliqui vbi supra.

Primo igitur Calumniarius dicitur in accusatione, qui alteri falsum crimen imponit ex malitia, & scienter: & talis in re graui non solum peccat mortaliter, sed etiam tenetur ad restitutionem damni.

Accusatio quando redditur vi-tiosa.

Calumnia.

107 quis.

damni allati siue in fama, siue in persona, siue in bonis ad arbitrium boni viri.

*Calumnia-
tor etiam
quis,*

Similiter, Calumniator est ille, qui verum crimen, sed occultum, quod in iudicio probare nequit, alteri scienter obijcit, & peccat mortaliter, & tenetur ad damnũ, quia in iudicio sicut est iuridice verum, quod idoneis testibus probatur: ita e contra est iuridice falsum, quod iuridice probari non potest.

Præterea Calumniator est, qui in ciuilibus rem sibi debitam petit modo in debito, quia scilicet vitur falsis instrumentis, aut per falsos testes probat, peccat mortaliter, & absolui non potest nisi desistat: si vero talibus falsis probationibus rem suam recuperat, non tenetur ad restitutionem, quamuis peccauerit.

Nauar.

Nauar. in Man cap. 25. num. 32.

*Præuarica-
tio qua.
Errores Iu-
dicis: ad-
uocari &
obijcari.*

Secundo per Præuaricationem etiam committitur iniustitia, quæ accidere potest duobus modis. Primo, quando quis in exteriori accusat reum, in secreto vero fauet illi, acceptans, & admittens debiles defensiones. Secundo, quando tacet ea quæ vere aggrauant, ea sunt maxime contra accusatum, & allegata alia parui momenti. Quod quidem peccatum potest esse in Iudiciis, in aduocatis, & notarijs. Estque peccatum mortale, subditum restitutioni damni, quod ex hoc sequitur parti, vt colligitur ex Nau. in Man. c. 25. num. 30.

Nauar.

*Tergiver-
satio qua.*

Tertio per Tergiuersationem potest peccare accusator, quando inordinate, & absque iusta causa desistit ab accusatione obligate cum ratione communis, vel saltem præcepto Iudicis ex officio in causa procedente, quia facit iniuriã bono communi. S. Tho. vbi supra. Dixi, quando inordinate, & sine causa desistit, alias potest desistere; vel in causa propria, quia potest renunciare iuri suo. Vel quando initio bona fide incipit, & postea in processu cognouit errorem, se deceptum fuisse vel ab aduocato, vel à testibus, aut alijs; vel quia videt Iudicem non iuste iudicaturum, nam tunc desistere potest ab accusatione, & se componere cum reo. cap. si quem præuenerit. 2. quest. 3. Vel propter metum cadentem in constantem virum: nam tunc non debet prosegui causam cum tanto suo dispendio. Sor. vbi supra. Vel ob impedimentum, & auctoritatem principis, qui in

S. Thom.

legibus potest dispensare, dummodo parti læsæ alio modo damna restituantur.

Quin quod multoties Iudex inferior etiam potest rumpere accusationes, quas iniuenerit deficientes, quia sicut potuit in principio eas non admittere; sic postquam eas admisit, potest rumpere, si videat esse defectuosas, imò ex officio etiam tenetur ad illud.

Caueat tamen ne id faciat, quando accusatio posita est in Tribunali, & in Archivio, quia tunc id non potest face- re sine peccato, eo maxime, quando talis accusatio est licita, & ordinata ad satisfaciendum alicui particulari, cum ius præcipiat, ne alicui quod sibi debitum est, auferatur.

*Notent Iu-
dices, &
Actuarij.*

35. Vltimum quod in accusatore considerandum venit, est poena: nam accusator, qui sciens, & prudens accusat aliquem de falso, aut occulto crimine, quod iuridice probare non poterit, poena rationis olim puniebatur, hoc est, tali poena afficiebatur, qualem ipse alteri intendebat. Ex. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Et cap. calumniator, & cap. qui non probauerit. 2. q. 3.

*Accusans
aliquem de
falso, quæ
pena di-
gnus.*

Sed quia poena rationis admodum seuerior uera; & dura visa est, propterea in ple- risque locis est abrogata, & Iudicis arbitrio puniuntur qui falso accusat proximum. Sorus vero vbi supra, & Couarr. Sorus. lib. variar. cap. 9. pag. 587. coll. 1. tenent, quod hæc lex rationis non est in usu, nisi respectu testis, qui contra proximum suum iurat falsum in criminali.

*Ex. 21.
Penæ ra-
tionis.*

36. Sed proseguamus hanc materiam, & dicamus aliqua de testibus, de reo & de aduocatis, & alijs anneis, vt fiat postea determinatio omnium illorum, qui ad casum reseruum in principio possum incurrun, & primo.

DE TESTIBVS.

Inter præcipuas personas, quæ in iudicio ferendo conueniri solent, est Testis, de quo hic aliqua dicemus.

*Testis eam
do. semper
dicere verum.*

Primum. Testis legitime interrogatus à iudice, tenetur dicere verum, quia non obediendo ei, impedit, quantum est ex se executionem iustitiæ. Dicunt tamen aliqui, quod si delinqueret est occultus, contra quem non est infamia,

casum.

quod testis potest iudici respondere, se nihil scire; intelligens in corde suo, non esse obligatum ad testificandum contra illum. Sic Nauar. in Man. c. 25. n. 45.

Nauar. Testes quando peccat, tenetur ad satisfactio-nem.

Secundum. Testis si legitime interrogatus contra aliquem iurauerit falsum, peccauit mortaliter, & tenetur ad satisfactionem, cum committat eundem in iustitiam.

Quod si eius dictum non fuit causa condemnationis rei, neq; eius ratione fuit ei poena inflictâ, quia iam erat condamnatus per alios testes, quamuis peccauerit mortaliter, non tenetur tamen ad restitutionem.

Testis falsus quando debet retractare.

Tertium. Testis, si postquam iurauerit falsum, cuius dictum vere, & reuerberiter est causa efficax, quod aliquis sit punitus morte, si retractatio iuramenti nihil prodest, non debet confessarius compellere testem, vt se retractet: solum tenebitur restituere damna, quæ ex tali punitione prouenerunt. At si putat, quod ex sua confessione poterit liberare eum: tenetur se retractare, quamuis sit cum suo periculo vitæ, vt dicunt Cord. lib. 99. quest. 3. art. 3. Sor. de iust. & iur. l. 4. q. 6. art. 5. ad quartum. Med. de restit. q. 3; Nauar. in Man. c. 15. n. 17. Co-uarr. irregula. pecc. §. 3. n. 6. l. 2. & ideo regula quæ dicit, quod non tenetur quis liberare fratrem suum cum periculo vitæ, debet intelligi, quando vitæ que est innocens.

Cordoba. Sorus. Medina. Nauar. Couarr.

Si verò ille, contra quem iuratum est falsum testimonium, non est in periculo vitæ propter talem confessionem, & solum in fama, vel honore illum offendit, cum sua confessione, non tenetur tunc suam vitam periculo exponere: sed tenetur retractare se per literas suo proprio nomine firmatas cum iuramento, ad hoc vt faciant fidem publicam, & ipse potest se transferre in aliquem locum iuriorem, vbi à periculo imminenti a nimium suam liberet, & hoc etiam quod fiat cum iactura honoris, & bonorum suorum; quia ipse sibi fuit huius mali causa: imò tenetur, si potest, sine periculo suæ vitæ, restituere rogam damnum, quod sita causa accusatus recepit, & potest ab eis veniam humiliter. Et si in vita sua hoc commode non potest facere, ne contrahat inimicitias graues cum multis, & consequenter, ne vitam suam

periculo exponat, aut non remaneant ei bona, quibus decenter vivere possit, tunc in testamento elauso satisfaciatur, & ad hoc tenetur, vt dicit. Cord. late vbi supr. & Nauar. c. 18. num. 44.

40 Quartum. Ille, qui fuit causa effi-cax, vt alij iurauerit falsum, tenetur eis manifestare, vt se retractent, imò etiam cum suo periculo, tenetur id eis manifestare, si sciat, quod ob eorum confessionem, contra quem iurauerit condemnabitur: si vero epos non induxit ad dictum iuramentum, nec fuit in causa, quod iurarent: solum tenetur ex charitate eos admoneri, vt se retractent. Quod si nolint facere, eadem lege charitatis tenetur illos manifestare, vt liberet innocentem: non tenetur tamen ad hoc ex lege iustitiæ, & per consequens non tenetur eos manifestare cum periculo suæ vitæ, quia lex charitatis cum tanto periculo non obligat.

Notant hoc illi, qui alios inducunt ad restificandū falsum.

41 Quintum. Qui scit, esse innocentem hominem illum, quem ad suspendendū deferunt, quamuis ipse ad iudicium non vocetur, si tamen scit, & credit, quod suo dicto eum liberabit, quia est innocens; tenetur se offerre ad testificandū, quamuis sit cum præiudicio accusatoris, & aliorum testium. Hæc tamen obligatio non est de lege iustitiæ, sed charitatis, & ideo quamuis non testificetur, non tenetur ad vllam restitutionem, vt tenet S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. Gabr. 4. d. 15. q. 6. concl. 6. Nauar. in Man. cap. 15. num. 17.

S. Thom. Gabr. Nauar. Dubium.

42 Sextum. Testis legitime interrogatus à iudice, an teneatur dicere veritatem, quando iuratur tenet illud secretum? v. g. Titius commisit crimen, quod Lucio dixit sub secreto, & ille ei promissus sub iuramento se secretum seruare: postea vero in aliorum noticiam venit, & accusatus fuit Petrus, & multi circa hoc examinati sunt; An Lucius debeat illud testificari?

Insuper, si solus Lucius scit illud crimen, an interrogatus iudice, vt dicat, Respondes, quid de illo scit, teneatur reuelare? Resp. quod secretum extra confessionem sacramentalem commissum etiam si sub iuramento factum sit, reuelandum quando tenetur reuelare, & contra bonum commune, vt testificari

lia sunt crimina latrocinii, praedonum, coniatorum in Republicam, vel Regem, vel haereticorum, qui falsificationem monetam. Sic S^r Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. Caiet. Ban. Salon. Arrago. Innoc. in cap. qualiter, & quando, & Panor. ibidem. Navar. in cap. inter. Verba. 120. quae 3. Et ratio est, quia cum ista crimina accusare, vel saltem denunciare teneat; a fortiori tenentur ad testificandum. Quando vero secretum nobis commissum est de delicto, quod nos tenemur accusare, vel denunciare, qualia sunt delicta iam facta, & nullo modo pendet iuris in futurum, & quae solum inveniuntur a Iudice, ut punitur, & non ut ceteris; si Iudex iuridice interrogat, tenemur revelare, & testificari. Sor. lib. de iust. q. 7. art. 1. Vide etiam D. Bona. in 7. dist. 21. par. 2. dist. art. 2. q. 7. ubi dicit, quod qui accipiat aliquid secreto, non obligat se nisi sub conditione, si videlicet superior non interrogat; si autem Praelatus interrogat, tenetur ei revelare.

in causa magna, si tamen non tenetur legitime obedire, quamvis Iudex ille sit suus Praelatus, & illi praecipiat in virtute sanctae obedientiae: quia maius peccatum est infamare proximum sine causa, & exponere illum periculo, quam sit, non obedire Praelato praecipienti, ut reueletur crimen: & ideo, negotio existente dubio, maius peccatum est evitandum, sic tenet Sotus de rat. leg. m. 3. q. 2. contra Balud. & Sylu. qui tenent, quod in dubio subditus tenetur obedire Praelato, quod ego probo. Tunc autem interrogat Praelatus non iuridice, quando non est infamia probata contra reum cum duobus testibus, procedente Iudice per viam inquisitionis: aut si non sit legitimus accusator, cum semiplena probatione; qualis est testis occultatus fide dignus: tunc cum indicijs probatis per duos testes simul cum accusatione.

Excipiuntur Doctores, Procuratores, Tabelliones, Aduocatos, consiliarios, medicos, Chirurcos, obstetrices, & similes, quibus aliqui sua secreta dant, & corum consilio, auxilio, & opera iuuantur; qui omnes non tenentur revelare secreta sibi commissa; Alioquin nullus Chirurgi, auderet se eorum fidei committere; ut obstetrices, v. g. si puella partum ex fornicatione obsterit, tucliam praesertim, ita ut nec puella esset secreta de secrete obstetricis, eligeret potius periclitari in suo partu, vel suffocare prolem, quam illius auxilio vii, sic alij. Et ratio firma est, quia concurrentibus duobus praecipis sibi iniunctis repugnantibus, seruandum est id, quod maius est; sed in hoc casu sunt duo praecipia, quae sibi iniuncta repugnant, quorum vnum est parere Iudici legitime interroganti, & alterum est seruare secretum nobis commissum, quod est iuris naturalis, & maxime faciens pro fama, honore, & bonis proximi, Ergo seruandum est istudius naturale, de seruando secrete, non illud de parendo Iudici, vel superiori, cum, ut dicit D. Thom. nihil potest homini praecipere contra id, quod est de iure naturae.

Excipe ab hoc Doctores, Procuratores, Tabelliones, Aduocatos, consiliarios, medicos, Chirurcos, obstetrices, & similes, quibus aliqui sua secreta dant, & corum consilio, auxilio, & opera iuuantur; qui omnes non tenentur revelare secreta sibi commissa; Alioquin nullus Chirurgi, auderet se eorum fidei committere; ut obstetrices, v. g. si puella partum ex fornicatione obsterit, tucliam praesertim, ita ut nec puella esset secreta de secrete obstetricis, eligeret potius periclitari in suo partu, vel suffocare prolem, quam illius auxilio vii, sic alij. Et ratio firma est, quia concurrentibus duobus praecipis sibi iniunctis repugnantibus, seruandum est id, quod maius est; sed in hoc casu sunt duo praecipia, quae sibi iniuncta repugnant, quorum vnum est parere Iudici legitime interroganti, & alterum est seruare secretum nobis commissum, quod est iuris naturalis, & maxime faciens pro fama, honore, & bonis proximi, Ergo seruandum est istudius naturale, de seruando secrete, non illud de parendo Iudici, vel superiori, cum, ut dicit D. Thom. nihil potest homini praecipere contra id, quod est de iure naturae.

44. **Quaestio.** Numerus testium necessarius est, ut in Iudicio regulari faciat fidei; licet in rebus leuioribus, si sufficiens sit testimonium vnus: in rebus tamen grauioribus, maxime quando agitur de hominis condemnatione, aut alia re graui, necessarii sunt duo testes, aut tres. cap. quod vero 2. q. 5. & cap. in omni negotio. de testib. S. Thom. 2. 2. q. 70. & omnes, quando ergo duo vel tres testes sunt fide digni, & omni exceptione maiores in aliqua causa, fidei faciunt, & plene probant.

Bene verum est, quod debent esse testes deo testes, ad quod opus est, ut in testimonio deponendo non conueniant solum in substantia delicti, sed etiam in circumstantijs principaliter illud declarantibus, scilicet in persona delinquentis, in loco, tempore, qualitate, & modo delicti. Adde tamen, aliquando contingere, ut vnum delictum maiorem habeat continuationem: & tunc si plures testes vnus videtur delictum tale: tunc sunt vti contra se ad illud, ut v. g. commissio quorundam delictorum, & ad uitandum visus delictibus, seu quatuor eum aspicientibus per fenestram, vnus post alterum: vere isti testes non sunt singulares, sed testes, & delictum illud sufficienter probant. Tab. Tabie. vbi testes 49. Dobitabis, & testes de auditu ad plenam probationem sufficientem. Resp. Dubium.

D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. Testis duobus an Iudex legitime interrogat, & iuridice

43. Septimum. Quando testis dubitat, an Iudex legitime interrogat, & iuridice

Resp. eum contrarium. sententia; Doctores in l. 1. §. 1. quod si delictum confitetur vobis, quæ-
Testes de lia sunt blasphemia, contumelia & ad
auditu sus quod tunc testes de auditu sufficientes
sciunt ad plenam probationem: si vero delictum
probatio- font de numero visibilium: tunc non
nem. sufficientes testes de auditu sed requiruntur
 testes de visu. Et denique: Ad hoc
 ut testis concludat, reddere debet cau-
 sam scientiæ per illum sensum composis,
 quo percipitur actus, super quo deponit-
 tur, vnde si deponit de perceptibili vi-
 su tantum, dicit, quia vidis si deponit,
 quia res amara erat, vel dulcis, dicit,
 quia gustavi. Si vero testes tantummodo
 sciunt rem, quia ab alijs audierunt,
 fidem non faciunt.

Testes sin- 46 Nonum. Testes singulares non des-
gulares nõ sciunt ad plenam probationem contra
sufficiunt reum: Quod ut intelligatur, sciendum,
Testes sin- quod testes singulares dicuntur illi, qui
gularis qui deponunt de diversis numero delictis, ut
 verbi gratia si vnus dicat se vidisse hoc
 furtum commissum esse a Petro, alius
 vero dicit, se vidisse aliud furtum ab eo
 tempore a Petro commissum. Ad pro-
 bandum ergo delictum in iudicio, testes
 singulares non faciunt fidem, et con-
 demnetur ad mortem, sed requiruntur
 plures: In causis autem leuioribus, &
 si agatur de condemnatione alicuius ad
 aliam penam, sufficit testimonium alicuius
 subdignitatis, maxime ubi apparet ita
 esse, ut bona gubernentur, et videretur ex
 præ, & non alio iudicio, damnat
 enim furti testes signa in membro alieno,
 vel in re ipsa, sicut in solo testimonio tu-
 to, aliter non possem esse ista cura.

Testis vn- Eadem ratio tenet in causis grauioribus du-
quando suf- modo non agatur de ultimo supplicio,
ficiat. sufficit vnus testis eximie auctoritatis,
 vt Cardinalis, Princeps, & in Religioni-
 bus Generalis.

Testes sin- Hic bene notandum est, quod testes
gulares nõ singulares & si non sufficient ad con-
sufficiunt demnationem rei, sufficient tamen ad
condemna- indicandum ipsum, & si sint omni ex-
tionis suffi- ceptione maiores, sufficient ad inducen-
cius tam dum Reum ad torturam, quia vnus te-
ad indicia- stis, omni exceptione maior, cui nihil
dum ven- opponi poterit, facti sufficientis indicium
et aliqua- ad torturam, et in criminibus faciat
do etia sus- etiam probationem. Et
sciunt ad quia qui dicit vnus talis testis vrgetur,
torturam. est de crimine inamatus apud Iudicem

competentem, propterea absque vilo ex-
 ceptionis periculo potest torqueri. Glossa
 in l. admonendi ff. de iurciu. Et ibi
 Barthol. & Lafon. in lectura: numero Barth.
 nonagesimo secundo. Anton. Gomez. Inson.
 tom. 1. var. resolu. cap. 12. num. 9. Fran. Gomez.
 citus: Pegna. in Com. ad Directorium
 Legum. par. 2. q. 161. committit. regul.
 2. & regul. 7. & alij.

47. Modus procedendi apud Regulares. *Modus*
 dicitur plures: Primo, quod propter testes *procedendi*
 singulares nemo condemnatur, nec ali- *apud Re-*
 cuius penæ indigatur, sed tantummodo *gulares qd*
 reus ad veritatem dicendum ardetur: *docent d.*
 Secundo, quando numerus aliquis te- *testibus sin-*
 stis singularium si de dignorum, puta *gularibus.*
 quinque, vel sex competant in deponen-
 do actus numero quidem distinctos, sed
 tamen eisdem speciei, vt diuersas solli-
 citationes, diuersas subornationes, cum
 huiusmodi latrem in genere probem de-
 nunciatum tali vitio deditum, testes
 prædicti singulares sufficientes Prælato ad
 excipiendum illum a tali dignitate
 Guartiana, & inquisitoratus, Prouin-
 cialatus, & huiusmodi.

48. De iudicio: Si testis coram iudice *Testis nõ-*
 non fuerit interrogatus, et interrogatus *lene dicere*
 noluerit dicere veritatem, potest *veritatem,*
 torqueri, non in quantum testis, sed in *potest ad-*
 quantum habet rationem rei: vt verbi *quiri.*
 gratia, si aliqui dicantur, Petrum alicui
 negotio interfuisse, & posse testificari:
 tunc Petrus, si noluerit testificari, pote-
 rit torqueri, vt dicat veritatem, quia me-
 rito præsumitur ex malitia testificari
 nolle. Ratio autem, quare testis, in
 quantum testis torqueri non debet, ea
 est, quia vt sic, non habet culpam: com-
 tamen certum sit, torturam nomini in-
 ferri debere absque præsupposita culpa,
 vt recte Bann. 2. 3. quaest. 70. art. 2. dub.
 2. concl. 4. annotatur.

49. Vndecimum. Quantum facit ad *Testis quæ*
 præfens casum referuatum, peccat mordo *incidit*
 taliter, & incidit in casum iste testis Re- *in casum*
 gularis, qui a Iudice suo competente in- *referuati.*
 terrogatus secundum iuris ordinem, iu-
 rar, & dicit falsum testimonium, tam af-
 ferendo ea, quæ vera non sunt, quam ta-
 cendo ea, quæ vera noscuntur. Vnde vt
 casus iste sit referuatus, necesse est vt iu-
 ramentum falsum factum sit a Religio-
 so in Iudicio, coram superiore, vel coram
 alio Iudice competente: & ab ipso inter-
 rogatus.

rogatus sit cum iuramento: quia si ex se deponat coram Iudice, absque ipsius interrogazione, non incidit in casum, dum non turet dicere veritatem. Bene verum est, quod comprehenditur subditura, tuis, qui examinatur ut principalis, quam is, qui exanimatur testis, si falsum dixerit, cum litera simpliciter loquatur de iuramento falso.

In hoc iuramentum ille, qui interrogatus cum iuramento, ut dicat veritatem, illam occultat ex eo, quia præcesserat iuramentum de tenendo secretum: quia tale iuramentum non est servandum, quando imminet rationale documentum corporale, vel spirituale Reipublicæ, vel particulari persone, ita se ad iuncta Glöfs incap. nerni verbo. à transgressionem distinet decim. ter. Innocent. in cap. qualiter, & quando 1. de accus. Nam interpretatur iuramentum hoc, nisi fuerit productus in testem: unde hoc iuramentum servari nequit absque iuramentum salutis æternæ, quod inducit mortale, scilicet taciturnitatem veritatis, ut dictum est supra.

De iudice Duodecimum: Testis, cuius factum a dicenda veritate in iudicio Regulari in multis casibus. Primo, quando Iudex non est competens, nam tunc, quia non habet iurisdictionem, & auctoritatem omnino: vel si habet, non tamen super eum, cum sit exemptus propter aliquod privilegium: ideo non tenetur ei respondere verum. In nostra Minoritana Religione Iudices Ordinarij sunt omnes Superiores per electionem electi, & in dignitate positi, & à superiore confirmati. Unde in nostra Minoritana Religione huiusmodi sunt Generalis, Provincialis, Guardiani, Commissarij Generales, & Commissarij Provinciales, qui succedunt in locum Patris Generalis, & Patrum Provincialium, in officio decedentium, quoniam illi propriè non delegantur, sed sunt super Constitutiones nostras in Capitulo Generali editas, atque ita dici debent, ab universitate electi. Item Capitulum Generale, & Capitulum Provincialia, toto illo tempore, quo celebrantur, habent iurisdictionem ordinariam, quoniam si ipsa alijs concedant, necesse est, ut illam prius habeant.

Delegatus autem est quilibet Com-

missarius à Patre Generali & Commissarij Provincialibus, & quando tales commissarij possunt delegare alios ad causas, illi tales sunt Iudices delegati. Quando ergo testis interrogatur ab alio, quam suo Iudice ordinario, vel delegato: non tenetur ei respondere.

Secundo, quando Iudex non servat ordinem iuris, nempe quando interrogat de aliquo delicto, quod notorium non est: neque de eo habetur semiplena probatio, neque eius infamia præcessit: neque indicia approbata intercedunt: neque ex eius occultatione alteri devenit notabile documentum, quamvis indirecte in damnum accusatoris redundet, non tenetur ille Iudici respondere secundum eius intentionem, rei veritatem manifestando: satis enim est, eum, qui iurat, dicere veritatem iuxta intentionem suam. S. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 1. vbi Caiet. Bann. Salon. Arragon. Major. in 4. dist. 15. quæst. 8. Nauarr. in Man. cap. 12. num. 9.

Dubitatur hic, An teneatur subditus obedire, & testificari, quando dubitat, an iuro interrogatur, necne? Respond. quod Petrus de Palude in 4. dist. 19. quæst. 4. tenet, quod quotiescunque dubium est, vel iuris, vel facti, an prælatus iuste præcipiat subditis, ut prodant crimen occultum, quod tunc debet subditis obedire, & dicere veritatem, quia præsumendum est de iustitia Iudicis, sic S. Antonin. 3. p. tit. 9. cap. 7. S. Sylvest. verbo. Inquisitio. §. 3. Solum autem de rat. reg. sec. m. 2. quæst. 9. concl. 1. dub. 3. & quæst. 7. concl. 1. videtur dicere contrarium.

Sed non est recedendum à communi aliorum opinione, præsertim in casibus occurrentibus in nostra Religione, ubi non potest habere locum primum fundamentum Soti, quod est principale, quia regulariter non cõdemnantur fratres criminosi ad poenam mortis.

Sed quicquid sit de opinione Soti, Frater Minor tenetur ex vi Regulæ suæ obedire Prælati suis in omnibus, quæ non sunt contra animam suam, & Regulam, cap. 10. Quæ verba exponentes nostri Doctores dicunt, quod intelliguntur de his, quæ manifeste sunt contra animam, & Regulam. Et in hęcis Sanctus Bernardus

1. Quando Index non servat ordinem iuris.

S. Thom. Caiet. Bann. Salon. Arragon. Major. Nauarr. Palud.

Antonin. Sylvest. Sotus.

Reijcitur Soti opinio

Notes Frater Minor

S. Bernardus

Testis quid de occasione cur à dicenda veritate in iudicio regulari. 1. Quando Index non est competens.

nardinus in suo tractatu obedientie, dicitur loquitur de triplici limite obedientie, quorum primum est, manifestum peccatum; Secundum, manifestum periculum; & tertium manifestum contagium, & impunitas; atque corruptio. Et subdit, quod quando subditus rationabiliter dubitat, An, quod precipitur sit peccatum, an non, tunc profecto obedire debet, & allegat tex. in ca. quid culpatur 23. q. 1. vide Ang. ver. Religios. 5. 29. Syluest. verb. Relig. 9. q. 6. & Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8.

Stat ergo firma resolutio, quod quando subditus dubius est de precepto Regulari, debet parere: quando vero est certus, quod interrogat non seruato ordine iuris, vt supra dictum est, non tenetur dicere veritatem, & testificari.

Angel. Syluest. Caiet.

3. Quando testis timet sibi magnū damnum imminere.

52 Tertio excusatur testis a dicenda veritate, & etiam a casu reseruato, quando probabiliter timet sibi ex hoc testimonio aliquod magnum damnum spirituale, aut temporale personæ, honoris, aut bonorum euenturum, secundum

Bald. Felin.

Baldum receptum in c. cum nuncius de test. & eundem, & Felinum in ca. dilectorum de testibus cogend. licet ex eo scandalum oriatur iuxta Syluest. verb. denunciatio q. 1. & verbo correctio. q. 7. sub finem.

Syluest.

4. Consultans, vel confessorius.

53 Quarto excusatur etiam si interrogatus a iudice, an aliquid sciat, quod ipse vel audiuit, vel habuit in consultatione, & eodem magis in confessione: tunc enim respondere debet se nescire; quia quod ita audiuit, nescire dicitur. l. 2. vbi gl. 5. idem habeo. ff. de aqua pluuiali arcenda.

Nota.

Quod nota pro excommunicationibus, quæ aliquando fulminantur contra scientes talem, vel talem rem fuisse subreptam, scilicet, quod non teneantur reuelare ij, qui audiunt, neque aduocati, neque illi, qui vt consulentes sciunt, prout apud omnes Summistas, & Doctores est in confesso, & nos latè supra diximus.

Testes falsarij puniendi.

54 Tertium decimum. Testes, qui in iudicio legitimo, & regulari falsum testimonium dicunt, præter peccatum mortale, & casum reseruatum, in quem incurrant, sunt etiam puniendi. Vnde iuxta sacros Canones presbyteri, aut Diaconi dicentes falsum testimonium, ab officij honore debeat deponi, & detrudi in Monasterium. Ita censuit Concilium

Agathense, prout tradit Gratianus in c. Episcopus 50. dist. Vbi Præpositus intellegit id esse verum, quando clericus est de hoc crimine directè accusatus, & conuictus, vel in iure confessus: secus autem, si non constat de illo via directâ, sed incidenter, scilicet quando contra clericum in testem productum probatur exceptio falsitatis, quia tunc non debet deponi, nec etiam propter hoc debet infamari, sed tantum a testimonio repelli. Vide Hostien. in summa de accusat. 5. Hostiensis. quid sit effectus vers. & gratia exempli.

Aduertant tamen Iudices Ecclesiastici, & Regulares, quod dicta pœna imponi non debet, quando falsitas sine dolo fuerit commissa, nempe per errorem, cum falsitas, formaliter loquendo, sine dolo minime committatur. l. nec exemplum. l. si quis decurio. C. de fals. & insuper aduertant, quod supradicta pœna ordinaria imponenda est, quando iudicio ordinario, & mediante accusatione proceditur: secus verò, si per viam inquisitionis, quia tunc arbitraria pœna est infligenda. iux. glos. in l. nullum c. de testibus.

55 Quartum decimum. Quia testes in iudicio adhibentur ad rem probandam, & non ita facile quispiam aut admitti, aut reijci debet: statutum est in iure canonico, & ciuili, ne aliquorum testimonium in iudicio valeat. Sunt autem illi, in quibus reperitur hæc qualitates.

Testimonium aliorum non recipitur.

Conditio, Sexus, ætas, discretio, fama, Et fortuna, fides, in testibus ista requiruntur.

De quibus vide S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 2. Bannes. Caiet. Salom. Arragon. Alens. Nauar. de Alef. Nauarr. & omnes Summistas. quæ omnia ad quinque capita reduci possunt, ad Mores, Naturam, Fortunam, Animum, & Statum, vt egregiè, & præcæteris melius, & significantius explicarunt. S. Thomas, & Alexander de Ales vbi sup.

56 Circa mores duo considerantur, ob quæ fides non ita facilè testificandi adhiberi debet, errorem, scilicet, & malitiam: Vnde propter errorem infideles: propter malitiam autem infames a testimonio ferendo excluduntur.

Excluduntur primo infideles.

De infidelibus, id habetur cap. 1. de testibus & cap. alieni erroris. & c. non potest 2. q. 7. De infamibus idem habetur

2. Infames

tur in capit. alicui errores. 2. quæst. 7. & capit. præterea de test. cog.

3. Pueri.

57 Circa naturam, etiam duo considerantur, ætatem, & sexum, quia enim in pueris ætatis defectus rationem obnubilat, ideo isti à testimonio ferendo excluduntur vt habetur in cap. primo 4. quæst. 3. *Ad testimonium infra annum decimum quartum ætatis sua constituti non admittantur.* quod intelligendum est, quandiu sunt infra illam ætatem: nam cum illam pertransierunt, testimonium ferre possunt in his, quæ in minori ætate viderunt, dummodo deli-capaces erant, quando ea viderunt. capit. relato & ibi gloss. distinet. 17.

4. Mulieres

Quoad mulieres, id habetur, cap. ex eo 15. q. 3. & cap. mulierem 33. q. 5. Id quod verum est regulariter: nam in quibusdam casibus permittitur etiam mulieri testem esse, & etiam accusare. capit. tanta. de Simonia. & in criminalibus admittitur etiam meretrix ad suam, & suorum iniuriam prosequendam. cap. de crimine 15. q. 3. & in crimine læsæ maiestatis. Ex Alex. de Alef.

Alexis.

5. Seruus.

58 Circa fortunam etiam duo considerantur, scilicet conditionem seruitutis, & aduersitatem paupertatis, vnde seruos, & pauperes à testimonio ferendo excluderunt.

6. Pauperes.

Circa animum duo principaliter considerantur, intellectum scilicet, & affectum, ex quibus quatuor generahominum excluderunt à testimonio ferendo. *Furiosos, propter alienationem rationis.*

7. Furiosi.

8. Inimici.

Inimicos. cap. in primis. 2. q. 1. vbi dicitur. *De personis testificantium querendum est, ne forte aliquis inimicitias habuit.*

9. Domestici.

cap. accusatores 3. q. 5. Domesticos, & familiares capit. si testes 4. quæst.

10. Familiæres.

3. Et quisque prohibetur esse testis in re sua. cap. si testes. vbi sup. §. in omnibus.

Circa statum etiam personarum duo considerantur, extra iudicium scilicet existentium, & in iudicio, extra iudicium considerauerunt statum laicorum, & clericorum: cum enim laici vt plurimum infesti sint clericis, ideo in criminalibus contra clericos laici testificari non possunt 2. quæst. 7. per totum.

11. Laici contra clericos.

In iudicio considerauerunt distinctionem personarum necessariam esse, vnde in cap. 1. 4. q. 4. dicitur. Nullus

12. Qui est iudex & testis.

vnquam præsumat accusator simul esse, & iudex, & testis.

59 Dubitatur hic,

An licitum sit allegare defectus contra testes?

Dubium.

Resp. quod imponere falsa crimina, testibus, semper est peccatum mortale. Nec valet id quod dicunt, scilicet, quod hoc faciunt ad redimendam vexationem: non insipientes, quod si redimunt vexationem temporalem, incidunt hac via in vexationem æternam: non enim licet redimere vexationem temporalem mendacijs, & falsitatibus.

Resol.

Falsa crimina imponere, sepe est peccatum mortale.

Potest bene ille, qui habet iustitiam in lite, ad suam defensionem imponere defectus testi falso, si sunt veri defectus, quamuis occulti, dummodo illorum ratione illius depositio reddatur debilis, & parui momenti: alioquin si existimat, quod si positus, & deductis talibus defectibus, ipse non reddetur talis, ei non licet tales defectus manifestare.

Vnde talis impositio necesse est vt habeat tres conditiones.

Prima, quod manifestare tales defectus sit necessarium ad litem.

Secundo, quod aliter non possit reus defendi.

Tertio, quod non prætendat hac via illum reddere infamem, sed solum se defendere, secundum id, quod in simili casu resoluit Caiet. 2. 2. q. 95. art. 8. Corduba. lib. 1. q. quæst. 38. dub. 1. Sor. lib. 1. de iust. q. 8. Nauar. libr. 2. de testibus capit. 3. num. 343.

Caiet.

Corduba.

Sor.

Nauar.

eo Addam & hoc, scilicet quod testis, cui non datur iuramentum, id est, qui sine iuramento præstito testificatur, potest repudiari, quia non facit fidem: & ideo aduertant Regulares, quod quando qualificant aliquem processum, & causam, quæ coram illis agitur, non sufficit, quod imponant per obedientiam suis subditis, vt dicant veritatem; sed debent illis præstare iuramentum, quia sine illo non substantiatur processus.

13. Testis non iuratus.

Sed hoc intelligitur de præcepto in communi, scilicet quod non sufficit: nam si in particulari, quando examinatur, deur ei præceptum sanctæ obedientiæ, sufficit, & quialet enim iuramento, sacerdotibus verò tangunt pectus, & sufficit. Et hæc de testibus: & circa ea quæ sunt fidei me remitto in cap. infidei fauor. de hære. in 6. Nunc de Reo.

DE REO.

61. **O**mnia, quæ de reo in hac materia considerari solent, possunt reduci ad tria capita, nempe ad obligationem, ad obedientiam, & ad defensionem. Ad obligationem, quando scilicet tenetur veritatem dicere in iudicio. Ad obedientiam verò, quando tenetur exequi sententiam datam. Ad defensionem verò, quando sentit se grauatum: de quibus plura dicemus.

Reus quæ-62. Reus ergo iuridice interrogatus à do tenetur iudice competente, tenetur dicere veritatem sub peccato mortali, etiam cum periculo vitæ, & dicere falsum, est peccatum mortale, & casus referuatus, vt communiter omnes præallegati Doctores asserunt. Vbi nota, quod vt supra dictum est, iudex debet esse competens, & legitimus, debet enim habere imperium, & iurisdictionem super reum. Et quod interrogatus respondere teneatur, scilicet, vt circumstant merita causæ, & forma iuris obseruetur: Vt si processus fiat per Denunciationem, reus prius admonitus à Prælato, sit rebellis, & sit alius testis saltem præter denunciantem: alias non potest eum interrogare Prælatas tanquam Iudex.

Si per viam inquisitionis specialis procedatur, requiritur, vt processerit infamia, quæ non à discoloris, sed a veris bonis, & fide dignis emanauerit, vt dictum est supra.

Si per viam Accusationis procedatur, requiruntur, & sufficiunt, vel semiplena probatio, vel expressa, & manifesta indicia. Et quia supra diximus de infamia, de clamorosa insinuatione, & semiplena probatione: hic agendum est de indicijs, ad hoc vt quod dicimus de Reo intelligatur.

Judiciorum tres sunt-62. Indiciorum tres sunt gradus, scilicet Clarus in sua practica, & aliquid enim sunt leuia, aliqua graua, & aliqua grauisima.

Leuia. 63. Leuia indicia sufficiunt ad capturam, non tamen vt reus debeat statim examinari super delicto, ita vt eius nomen recipiarur inter reos, sed vt tollatur ei facultas fugiendi: sufficiunt etiam ad inquirendum, id est, ad assumendas informationes ex officio contra aliquem de

delicto, non tamen ad transmittendum citationem: quoniam ad assumendas informationes super delicto sufficit aliqua probabilis suspicio, per quam iudex rationabiliter credat, delictum ab eo commissum, contra quem inquirere intendit. Dat exemplum Clarus vbi sup. in assertione vulnegrati, in famæ, etiam in graui inimicitia: & hæc eadem iudicis arbitrio sufficit ad capturam: & huiusmodi indicia leuia, si non sunt multum vrgentia, appellari possunt suspensiones: si verò magis vrgent, dici possunt præsumptiones, siue argumenta.

Graua indicia sufficiunt ad transmittendam reo absentem citationem, vel si sit captus, ad examinandum eum super delicto tanquam reum. Vel vt apud nos obseruatur, ad eum vocandum, & interrogandum tanquam reum: & ista sufficiunt etiam ad torturam: quæ omnia in hac materia appellari possunt indicia, quæ sunt plusquam simplex præsumptio, & minus quam semiplena probatio.

Grauisima verò indicia sufficiunt etiam ad condemnationem, non tamen ordinariam. Et hæc præculdubio debent esse, non solum plusquam semiplena probatio, sed etiam quasi plena probatio.

Obseruandum est tamen, quod secundum omnes Doctores non potest dari in materia indiciorum certa doctrina, sed totum relinquere iudicis arbitrio, qui secundum qualitatem personæ, loci, temporis, delicti, & demonstrationum, vel suspitionum iudicabit indicium esse sufficiens, vel non verum; vt aliqua praxis habeatur pro indicijs ipsis dignoscendis, obseruandum est, quod omnia possunt reduci ad infra scripta.

64. Primo, Fama, quæ sit contra aliquem, quod delictum aliquod commiserit, est sufficiens indicium ad inquirendum, modo, quo diximus. Sed ipsa fama sola non est sufficiens indicium ad torquendum reum: neque in criminalibus sola fama facit semiplenam probationem. Posset tamen delictum adeo esse delictum probationis, vt sola fama sufficeret ad torturam, ita docet Clarus. q. 21. in principio. Testis vnus 65. Secundo. Testis vnus deponens de facie indiuisu, si sit inhabilis, non facit semiplenam probationem, sed tantum indicium, quod

Clarus.

Graua.

Grauisi-

ma.

Nota.

Indicia

quomodo

dignoscenda.

Fama est

sufficiens in-

dicium ad

inquirendum.

Testis vnus

deponens de

facie indi-

uivisu, si sit

inhabilis, non

facit semiplenam

probationem, sed

tantum indicium,

quod

quod est sufficiens ad inquirendum contra reum, id est, ad assumendum contra eum specialiter informationes super delicto, quoniam ad hoc sufficit vnus testis, etiam inhabilis, & minus idoneus.

Cæterum ad hoc quod vnus testis faciat semiplenam probationem, & indicium legitimum ad torquendum reū, requiritur, quod sit integer, & omni exceptione maior. Clarus. d. q. 21. vers. vnus testis.

Dubium. Hic verò dubitatur, si testis non viderit committi maleficium, sed deponat se audiuisse, nimirum nocte Petrum percutientem Antonium, & dicat se eum cognouisse ad vocem, nunquid faciet contra Petrum indicium ad torturam?

Resp. Clarus. Respondet Clarus, quod sic, dummodo testis ita deponens habeat vocem Petri verisimiliter adeò notam, vt decipi non possit, alias secus, quoniam tale indicium vocis est multum fallax, & periculosum.

Distum. Tertio. Dicitur Socij criminis facit indicium contra eum, qui pro socio nominatur, ad inquirendum, id est, ad assumendum contra eum informationes: sed non ad interrogandum reum, & multo magis ad torturam, nisi adsit aliquod aliud adminiculum.

Si vero duo socij criminis deponant contra aliquem: iste non dicitur conuictus, ita vt possit contra eum sequi cōdemnatio: quoniam non sunt integri testes: sed bene faciunt contra eum indicium ad torturam, etiam quod essent singulares.

Nota. Ad hoc autem vt dictum socij criminis faciat indicium, requiritur, quod illud deponat cum iuramento, quia licet quoad seipsum sit reus: tamen, dum deponit contra alium, fungitur iure testis, & merito non est ei adhibenda fides, nisi cum iuramento: & sufficit quodcumque iuramentum interueniat, siue etiam iuret præsentem eo, contra quem deponit.

Distum cor-rupti. Dicitur etiam corrupti, & sollicitati in crimine inhonesto facit indicium ad torturam contra corruptentem, & sollicitantem: atque ad eum interrogandum: si tamen concurrat aliquod aliud adminiculum, indicium, vel præsumptio: quia tale dicitur est dicitur socij criminis. Clarus vbi supra, & Boss. in titul.

de indicijs numero centesimo sexagesimo.

Qui numero sequenti, inquit, quod quando aliter veritas haberi non possit, & in his, quæ sunt difficilis probationis, admittuntur etiam testes inhabiles: Qui etiam non propterea dici debent integri testes, & optima præsumptio contra corruptentem, vel sollicitantem, nisi solitus esset talia agere.

Obseruandum est tamen, quod dicitur *Nota.* corrupti, vel sollicitati facit indicium contra corruptentem, vel sollicitantem, quando ipse corruptus, vel sollicitatus examinatus fuerit tanquam testis, alio denunciante crimen: quia si ipsemet denunciator est, succedit loco accusatoris, & nullus potest esse accusator, & testis, vt dictum est supra.

68 Quare Solitus delinquere in aliquo crimine, & si non sit indicium perfectum, est tamen imperfectum, & præsumptio. Solitus delinquere, est præsumptio. Salicetus in lege finali Codic. de quæst. Salicetus. quia semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali capit. semel malus. de regulis iuris in 6.

Et dicitur solitus, qui bis, vel ter reperitur deliquisse, vt tradit Innocent. in cap. 1. tex. de fideiusor. Solitus delinquere quis.

Atque ita, ex mala qualitate personæ oritur præsumptio, quæ quomocunque adminiculata facit indicium sufficiens ad torturam, vt per Bald. in l. qui dem. Cod. de accusat. Baldus.

Bene verum est, quod prædicta regula patitur multas exceptiones, quarum prima est, quod intelligitur in eodem genere mali, non in diuerso genere. *Exceptio-nes.*

Secunda, quod quando malus factus est bonus, abstinens se à malo, saltem per triennium, non præsumitur de eo: ita probat text. in 6. Hinc autem nobis. vers. Nam & si iurium. in Auc. de Monachis.

Tertia, quod non habet locum in delictis, quæ solo ipso temporis cursu, & ætate alterantur, sicuti vitium libidinis, quod etsi fuit vehemens in adolescentia, at tamen extinctum præsumitur in senectute.

Quarta, quod non habet locum in crimine occulto, nam tunc non præsumitur, quod is aliud simile delictum debeat perpetrare, ita Alciat. de iur. in l. 1. §. 1.

Fuga pro-By. Quia fuga delinquentis quando bona suff- opponitur ut crimen contra fugientem, cit ad con- sufficit probata, sufficit ad condemna- demnatio- tionem: si autem fuga opponitur tan- uem. quam indicium, ut puta quado reus ad- missio delicti absentem fecit: tunc probat semipene illud crimen; ad quod probandum plena probatio requiritur.

Clarus.

Nota.

Clarus.

Nota.

Inimicitia capitalis quando facit indicium, & quando non.

Confessio extrajudicialis facit indicium ad torturam.

Clarus.

Bene verum est, quod si talis confessio extorta fuerit: reo per Iudicem incompetentem, vel metu tormentorum: eo casu contra reum nullum faceret indicium.

72 Octavo. Minæ præcedentes delictum faciunt indicium ad assumendas contra reum specialiter informationes: & si sint minæ prolatae per virum potentem, & mala fama in eo genere mali, & solitum exequi minas factas, quique de facili eas exequi potuisset, faciunt indicium ad torturam. Clarus.

73 Nonò. Sequestratio in aliquo loco secreto apto ad delinquendum, facit indicium: veluti si duo adolescentes, vel unus adolescens, & aetate præcæsus, reperiantur obsecratis foribus in aliquo cubili inclusi: quòd regulariter Patrum instituto cautum est, ne fiat: erit indicium delicti inhonesti contra ipsos: atque eo magis si nocturno tempore, sine lumine, arg. c. literis. extra de præsumptionibus.

Quare poterunt statim incarcerari.

74 Decimo. Pactum cum accusatore, ut ab accusatione desistat, facit contra reum indicium ad omnes assumendas informationes, sed ad torturam non facit indicium, nisi in illis criminibus, in quibus de iure non est licita transactio. Clar.

75 Undecimo. Variatio, mendacium, seu inconstancia, & tiuatio rei faciunt indicium contra eum ad inquirendum. Sed an etiam faciant indicium ad torturam, hoc relinquitur iudicis arbitrio. (inquit Clarus) considerata qualitate personæ, & rei super quam est mendacium, seu variatio, an scilicet sit talis, in qua verisimiliter cadere possit obliuio, & an in incontinenti se correxerit: nam talis variatio diceretur potius correctio, quam mendacium.

76 Duodecimo. Acclamatio facit indicium, ut puta, si in aliqua domo audita fuerit puella, vel aliquis acclamare, subuenire, succurrere &c. Et visus fuerit, aliquis exire de domo ense euaginato, & mulier, vel aliquis alius reperiat mortuus, vel mulier stuprata, præsumitur contra exeuntem, & facit indicium ad torturam.

Sufficiant quæ dicta sunt prædicta indicia, quantum facit ad præsens institutum: in quibus omnibus arbitrium iudicis.

Minæ præcedentes faciunt indicium ad captandam informationem.

Sequestratio in loco secreto facit indicium.

Variatio facit indicium ad inquirendum.

Acclamatio facit indicium ad torturam.

dicis necessarium est; ut videtur quæ-
runt, quæ graui, & quæ grauiſſima iudi-
cia sunt, considerant qualitate personæ,
loci, temporis, conditionis, &c.

Quando igitur Reus iuridicè interro-
gatur à Iudice competente, siue per viam
Denunciationis, siue per viam inquisi-
tionis, siue per viam Accusationis, re-
netur dicere veritatem; alioquin peccat
mortaliter, & incurrit in casum reserva-
tum. Non peccat autem mortaliter,
neque in casum incurrit, quando iudex
contra ius præcipit.

Quocirca in cap. inquisitionis & cap.
pit. qualiter, & quando. 2. de accusat.
prohibetur Prælati contra ius inquire-
re: & simul datur facultas subditis non
respondendi, si contra ius aliquando
fuerint interrogati.

Dubium.

77. Hic verò dubitatur primò, quidnam
dicendum sit de illo reo, qui propter vim
tormentorum obsessus est de se aliquod
crimen fallum: vel ne patitur tormen-
ta à Iudice ei comminata, dicere, quæ
non fecit. An incidat in casum reserva-
tum?

Resp.

Respondeo, quod cum confiteri de se
crimina falsa, regulariter non sit de se
mortale, vt docet Nauar. in Man. cap. 18.
num. 29. quod neque incidit in casum
reservatum: nam detegere propria pec-
cata vera, & secreta, & imponere sibi
falsa, suogenerè, non est nisi veniale,
quamuis penitentiæ fama notabiliter læ-
datur, aut comminatio amittatur, sic Sor-
de rat. reg. m. r. q. 3. Adri. in 4. de ressit. q. 37.
quos sequitur Nauarrus vbi supra m. 27.

Notæ.
Adriano.
Nauar.

Nota quod. Potuit tamen esse mortale in quatuor
infamare casibus, scilicet, quando ex sui ipsius in-
fama damnum anticitur, aut vitæ propriæ
quando est aut alienæ, aut honoris, aut bonorum
alienorum sequeretur.

Animæ propriæ, scilicet, vt quando
indignus notabiliter fama ad se honeste
continendum, eam prodigit. Animæ
alienæ, vt qui pro iusto habitus, hæreses,
aut alia sua delicta detegit: quod proba-
bile est, fore causam, vt alij, in eandem
incidant.

Vitæ propriæ, vt qui crimen aliquod
detegit, ob quod eiusdem, aut alius
membri iacturam mereatur. Infamie
alienæ, vt qui Religiosus, aut Religiosa
se ipsum infamat peccatis, quæ ipsorum
Ordinæ, aut Monasterio notabiliter læ-

damnum inferunt. Bonorum alienorum, quæ
cum is, cuius opera ad subgubernacionem
Reipublicæ indiget, ob aliam rem
cit ad id ineptum. In his quatuor casibus
nemo negat esse mortale, se ipsum
infamare, quia præiudicat alteri, vel sibi
in his, quæ iure renouari nemo potest,
qualis est salus animæ, & ad illam neces-
saria. Sic Nauarrus vbi sup.

Totum hoc verum est, sed non proprie
retea sequitur, quod statim sit casus re-
seruatus, quia prædicta possunt fieri ex
tra actum iudicij. Si verò quis iuridicè
interrogatus, infamat se, vel alium vno
ex supradictis quatuor modis, sicut pec-
cat mortaliter, sic incidit in casum.

78. Excusatur bene talis à peccato mor-
tali, & per consequens à casu reservato,
quando detegit aliquod tale, per suum
se torquendum esse, donec confiteatur,
aut vitam amittat, vt singulariter dixit
Sotus vbi supra, quem sequitur Nauar-
rus vbi supra num. 29. quia ex casu, non
tam mortis suæ dat causam, quam vna
morte multas redimit, vt Sotus ait.

Confirmantur prædicta per ea, quæ
habet Tolerus in sua summa. lib. 5. cap. Tolerus.
66. vbi dicit duo.

Primum, quod potest quis absque
peccato in tortura manifestare suum cri-
men verum, quamuis non interrogetur
iuridicè, & consequenter se infamare:
nec enim tenetur sumam sustinere cum
tanto labore, cum sit ipse dominus.
Sed hoc intelligit, exceptis quatuor illis
supradictis casibus.

Secundum, quod potest etiam sine
peccato mortali, confiteri crimen falso
sibi impositum, pro cuius confessione
torquetur: nec hoc est mortale, quamuis
sit ob talem confessionem suspendendus.

Sed hoc intelligi debet extra iuramen-
tum, nam periurium semper est pecca-
tum mortale. Credentes tamen, quod
imitali casu, licet peccare mortaliter, &
propter periurium: tamen quis propter
viam tormentorum id facit, non incur-
ret in casum reservatum. Quamuis, si
iam commissum sit tale peccatum, peri-
do: confessorius non debereum obliga-
re, vt iterum verum dicat. Intelligen-
dum est etiam, vt non nocet alteri, im-
putando ei falsum: nam tunc contra in-
fiam peccat mortaliter, quæ nobis est
dominus factus alteri, sicut sur, &
prop.

propterea incidere in casum.

Dubium.

79 Dubitatur secundo. An iuridice interrogatus reus, si negat semel delictum; & hoc non oblitante, condemnatur morte, aut alia poena, teneatur postea illam confiteri.

Respons.

Resp. quod talis licet peccauerit mortaliter, & incidere in casum: non teneatur tamen veritatem illam confiteri: nisi ex eius negatione resulset graue damnum alicui. Sic Nauar. in Man. cap. 25. n. 38.

Nauar.

Respondet ad Medicinam.

Nec obstat id, quod dicit Medina in sua summa, scilicet, quod si non confitetur delictum, confessarius non debet eum absolueri; ob grauem iniuriam, quam iudici facit, insinuans per hoc, quod sine culpa illum condemnet: hæc quidem ratio nullius momenti est, quia quauis reus sit innocens, non est dedecus iudici illum condemnare, si ex processu substantiatio iuridice, inuenit eum delinquentem: & propterea, cum iudici nullum damnum veniat, non est cur affligamus delinquentem morte damnatum, negando ei consolationem absolutionis.

Dubium.

80 Dubitatur tertio. An Reo iuridice interrogato, & nolente respondere, possit iudex precipere vt respondeat?

Resp.

Resp. quod sic, & si non responderet, nisi non presumitur in iure, illum commississe leuiter resp. delictum. Clarus vbi supra: & ita statim dicitur potest tenetur respondere, nec potest petere a iudice dilationem, aut tempus ad deliberandum si respondere debeat, necne, vt resp. dicitur: affirmat Salzedus in sua Pract. crim. c. 126.

Ex si voluerit, presu-

Verum est tamen, quod vt sit iuridice interrogatus, necesse est quod sit vnus testis oculatus sine aliqua exceptione: aut iudicia que sint illi æquiualentia, de quibus supra: & quod talis probatio contineatur in processu, & detur copia parti, vt sciat, an teneatur respondere: quia si non datur, non teneatur ad illud, vt dicunt S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. & 2.

Clarus.

Salzedus.

Nota.

S. Thom.

Nauar.

Sotus.

Nauar. in Man. c. 25. num. 36. Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 9. art. 2. Potest bene reus petere dilationem non ad respondendum, quando potest sed ad videndam id, quod contra eum est in processu, & secundum ea, videre sionem ad vi an teneatur respondere. Non tamen dendum quid det dari reo copia informationis, sed contra ipsum lum debent iudices precipere, vt coram sit in pro-

illis legatur processus, absque eo, quod explicentur nomina testium. Sic Gut-

ierrez in qq. canon. c. 11.

81 Dubitatur quarto. An Reus teneatur respondere iudici ad mentem ipsius, an non?

Dubium.

Resp. quod sic, quia si iurat contra hanc intentionem, peccat mortaliter, & incurrit in casum. S. Thom. Caiet. vbi supra. Sotus lib. 3. de iust. q. 1. art. 7.

Respons.
Reus teneatur respondere ad mentem ipsius
S. Thom. Caiet. Sot.

Idem est dicendum de responsione cum verbis æquiuocis à reo datis, quia cum iudex licite præstet reo iuramentum: non est licitum reo vt hac æquiuocatione, vel amphibologia, quia esset illi inferre magnam iniuriam. Sotus vbi sup.

82 Dubitatur quinto. An reus cuius de vno crimine possit interrogari de alio crimine, & respondeo quod non: quod intelligitur, non solum de alio suo delicto, sed neque de alijs socijs, cum tales de eo non sint infamia notati, vt dicit Sotus vbi supra, & Nauar.

Dubium.

Potest bene Reus conuictus de vno crimine interrogari, an commiserit alia eiudem speciei: quod dicit Nauar. vbi supra, habet locum, quando hic ob infamiam, aut aliter per iudicia clariora videtur frequenterasse huiusmodi delicta: & ideo famosus iudicatus, qui confessus est aliquod furtum, potest interro-

Respons.
Reus conuictus de vno crimine, non potest interrogari de alio crimine, neque de socijs, nisi deus sit iudex.
Sotus.

gi, an commiserit plura furti: si vero solum est infamatus de vno furto, non est suspicio, quod commiserit talia, non potest interrogari, an plura commiserit.

Sotus.
Nauar.

83 Dubitatur sexto. An Reus dicens mendacium in confessione facta in iudicio regulari peccet?

Dubium.

Resp. quod tam Reus, quam testis, qui legitime interrogatus a suo iudice competente mentitur in rebus parui momenti, nõ peccat mortaliter, cum quod iudex sit Prælatus regularis, & precipiat in virtute sanctæ obedientiæ subdito, vt illi manifestet veritatem alicuius rei parui momenti, quia talis non peccat mortaliter non obediendo, cum Prælatus in rebus parui momenti non possit ei imponere præceptum sanctæ obedientiæ, quod obliget ad mortale.

Respons.
In iudicio regulari nõ omnino mandatum sequitur ut quis incurrat in casu reservationum.

Si verò dubitat subditus, an sint res parui momenti, tenetur obedire, nisi graue damnum proximo inde sequatur, Aragon. 2. 2. q. 69. art. 2. Supradictum autem intelligi debet, nisi mendacium confirmet cum iuramento, quia tunc peccaret mortaliter. Sotus de rat. reg. m. 2. q. 7.

Arragon.

Sotus.

Nauar. Nauar. in c. inter cunctas. nam. r. 54. m. 11. 84. Dubitatur septimo. An Reus contra tenens crimina; & teneat etiam declarare complices: Respondeo, quod si iuridice de illis interrogetur, teneatur. Imo si complices sunt noqui Reipublice; vt heretici, & in Religione subornatores; etiam quod iuridice non interrogentur de illis; teneat eos manifestare; vt resolut Nauar. in c. inter verba corollas. Soa. vbi sup. m. r. q. 8. Et ideo tenentur confessari eos monere; vt de illis denunciant; sicut monet Sotus vbi sup. & si eos absoluant; peccant; cum impetentes absoluant; iudicis Nauar. in Manu. r. 18. n. 98. Est bene animaduertendum; quod iudex declarare tenetur ipsi Reo; quando complices manifestare teneatur; & eis concedat licentiam; vt licentias doctos confutere possit; quod si talem licentiam concedere noluerit; Nauar. vbi sup. non liberat eos a mortalitate. Nisi peccatum a Reo commissum; & in iuridica confessione proptulatum; esse talis conditionis; vt sine socio non possit fieri; sicut est peccatum Sodomiticum; & fornicatio; 180c. nauar. tunc potest iudex simpliciter interrogare de socio. Et tunc iudex potest de socio interrogare; quando interrogat; non vt iuriam iudex; sed vt poterit ad finem corrigenda; non puniendae; sic tenet Cord. & Soa. de interrog. vbi sup. q. 4. concl. 7. **Dubitatur** sic Octauo. An licet iudex in aliqua Diffinitione; quando Romae examinatur; ad hoc vt verificetur cogitatione; quod dicitur Reum; & Adorem Veritatem; & de obediens Conuersionis; & Abbas; quod sit; si iudex dubitat de occultatione veritatis? Bene verum est; quod regulariter loquendo iudex non potest quemquam denunciatum solum de certa crimine; cum sola depositione ipsius rei ad poenam ordinariam condemnare; si modo praedicto ab eo talem depositionem extraxit; promittendo illi; quod si veritatem dixerit; illum non puniet; cum per fraudem id ab eo extraxerit; existimante Reo; quod iudex stare promissis sibi factis. Dixi regulariter loquendo; quia si Reus sciebat; iudicem non stare promissis; & nihilominus in depositione sua perseverauit; consentiendo ei suum delictum; absque dubio potest puniri poena ordinaria. Sed magis

est cum punitio poena extraxerit; & interuenit factum; & promissum. **Dubitatur** Nono. An Reus possit roqueri? Respondeo; quod licitum est iudici adhibere torturam Reo; concurrentibus his. Primo; quod praecedant indicia sufficientia; aut semiplena probatio; quia alias esset peccatum mortale; cum obligatione restitutionis; non solum eius; quod debetur iudici; sed etiam damni inde secuti; & ideo confessio; quam sine talibus sufficientibus indicijs a reo est facta; nulla est. Secundo; quod iudex non possit aliter scire veritatem; vnde si per aliam viam poterit veritatem scire; peccaret mortaliter ipsum roquendo. Nauar. in Manu. c. r. 18. num. 58. Tertio; quod tortura non sit crudeliter; praecipue si iudex; qui eas dat; sit ecclesiasticus; vt dicitur expresse in cap. r. 23. quaest. 1. Ex quibus inferunt; quod iudex; qui minus; & certius; non solum uans ordinem; & terminos iuris; sed etiam teri Reum crimen dignum morte; quod vere commisit; peccat contra iustitiam; & si est iudex superior; qui possit dissimulare in poena legitime; & non potest dissimulare; & si est inferior; & potest obtinere veniam a superioribus; & si id faceret; qualiter teneat retinere omnia damna; quorum fuit causa; & iustitiam iniusta; secundum quod debet intelligi Sotus; de rat. reg. & Nauar. vbi sup. **Dubitatur** Decimo. An Reus innocens; & taliter in conscientia iudice cogitur possit condemnari; propter alia legata & probata? Respondeo; quod multa super hoc disputant Doctores; vide quae habet Caiet. in Salon. Arrag. Bannes super D. Thom. vbi sup. & alios tam summis; quam criminalibus; nos breuiter studentes selectiora ponamus. Dico ergo; quod iudex tenetur absolueri innocentem; sciens eum talem esse; si aliqua via possit illud facere; quantum sit probatum; eum esse delinquentem. Vnde tenetur primo in iudice causa; & cum primum actor accusat; ad monere & per se; & per alios; ne uentur ad iudicium; & significare illi de contraria veritate sibi nota; & quacumque via poterit; accusationem illam non admittere. Quod

Dubitatur.
Respon.
Reus potest aliquando torqueri.

Nauar.

Corollarium
Iudex ut peccet committit ipse reo.

Dubitatur.
Respon.
Caiet.
Salon.
Arrag.
Bannes.
D. Thom.

Iudex tenetur
absolueri
innocentem
si
aliqua
via
possit
illud
facere
quantum
sit
probatum
eum
esse
delinquentem
unde
tenetur
primo
in
iudice
causa
et
cum
primum
actor
accusat
ad
monere
et
per
se
et
per
alios
ne
uentur
ad
iudicium
et
significare
illi
de
contraria
veritate
sibi
nota
et
quacumque
via
poterit
accusationem
illam
non
admittere

Quod si hac via id efficere nequeat, debet aliquo modo dicta testium infirmare, & falsitatis arguere, exactissime, & diligentissime eos examinando, interrogando. vnumquemque seorsum, & multoties de circumstantijs loci, temporis, &c. sicut fecit Daniel: circa testes Susanna. Daniel. 13. hac enim via impossibile est, quin deprehendat eorum mendacium, vel saltem aliquam discordantiam inter eos, qua non sint in omnibus contestes, nec admittendi.

Si nihil horum proficit, tenetur tunc coram omni populo innocentiam eius manifestare, vel potest sententiam eius differre (nisi à superiore, vel ab auctore iuxta iura vel à populo, vel à parte laesa sententiam ferre cogatur) & nunquam in illum sententiam dicere. Salvo. Quod si nullo horum modorum innocentem liberare possit: tunc si iudex inferior sit, remittat eum ad superiorem. Sotus lib. 5. de iust. quest. 4. art. 2. protestans in hoc casu efficaciter eius innocentiam, deferendo pro tunc officium iudicis, vt pro teste possit deservire & iudex superior tenetur eum absolvere, si id sine scandalo facere potest, vt post Alex. de Alef. & Caiet. dixit Corduba lib. 1. q. q. quest. 37. Sotus vbi sup. dicit, quod iudex non tenetur remittere reum ad superiorem in hoc casu. Rodriquez vero tenet cum Cord., scilicet quod tenetur.

Quod si ad superiorem non potest fieri recursus, tunc in causa civili debet iudicare secundum allegata, & probata, ne perturbetur ordo iuris, & reus tenetur patienter tolerare sententiam, in quo casu Rodriquez putat esse veram sententiam D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 3. dicentis, non teneri iudicem deservere officium suum. Vide Adr. quod lib. 2. puncto 3. ad 5. litera B. Petr. Navar. lib. 2. de restit. c. 3. par. 2. dub. 4. n. 160. In causis vero criminalibus non potest iudex condemnare innocentem. Sic pref. auctores. 88 Communis tamen opinio est, & in praxi habita, quod tam in causis civilibus, quam in criminalibus debet iudex sequi probationes publicas, & iudicare, & sententiare secundum allegata, & probata etiam contra veritatem sibi privatim notam. D. Thom. Caiet. Barines. Salo. Arragon. 2. 2. q. 67. art. 2. Alex. de Ales par. 3. q. 34. m. 1. art. 4. Ricard. in

4. dist. 18. art. 3. q. 2. ad 1. S. Anthonim. 3. p. tit. 9. cap. 2. §. 8. Sylvest. verbo iudex 2. q. 7. vbi ait, hanc esse communem sententiam. Tab. verbo. indicare §. 5. Sor. lib. 5. de iust. q. 4. art. 2. Navar. in Man. cap. 25. num. 9. & alij.

89 Hic vero ad notandum est quod non solum iudices superiores leges, quando delinquens est minor: & quando probatur, quod peccaverit ignoranter: aut quando probantur magna servitia Reipublice facta ab eo, aut à suis prædecessoribus. Sic probat Navar. in rub. de iudic. num. 99.

90 Addam hic, quia faciunt ad rem defectus, quos committere possunt iudices in condemnandis reis, positus à Navar. in Man. c. 25. sub num. 13. in his verbis.

Peccat iudex, qui iudicat etiam recte
 1. Sine tamen probatione sufficienti. 2. Sive quia testes sunt suspecti. 3. Vel iniuste torti. 4. Aut non vidit (saltem mediocriter) processum. 5. Aut probationem legitimam non admisit. 6. S. Thom. vbi sup. q. 60. art. 3. & 6. addens peccare quoque eum, 6. qui probationem maiorem necessario exigit, pro quibus omnibus sunt c. ira. 11. q. 3. & c. 2. de probat. & c. ad nostram iuxta glos. ante penult. de iureiurando. Et 7. qui ordinem iuris non servat, procedendo sine libello, aut sine contestatione litis, vbi sunt necessaria. 8. Aut sine dilationibus necessarijs. 9. Aut superfluas concedendo. 10. Non admittendo iustas exceptiones, aut iniustas admittendo. Clem. sape de verb. signific. 11. interrogando ea, ad quæ pars respondere non tenetur. glos. magna. cap. 2. de confess. lib. 6. 12. Et qui in sententia aliqua clausula obscura utitur, qua condemnatus aliquo tempore se contra iustitiam defendere possit. 13. Et qui appellationem aut reculationem quam non debet, admittit, vel contra quam debet, non admittit, præsertim propter preces, aut munera, quod est peccatum quotidianum. Sanct. Anton. 1. part. tit. 9. cap. 14. §. 2. aut 14. differt sine iusta causa expedi-

Iudices solum iudices superiores leges, quando delinquens est minor: & quando probatur, quod peccaverit ignoranter: aut quando probantur magna servitia Reipublice facta ab eo, aut à suis prædecessoribus. Sic probat Navar. in rub. de iudic. num. 99.

Iudices possunt committere defectus in condemnandis reis 14. modis.

Judex potest aliquando sententiam differre. Salvo.

Sotus.

Aleffis. Caiet. Corduba. Sotus.

Iudex tenetur iudicare secundum allegata, & probata. Rodriquez S. Thom. Adrian. Petr. Nav.

iones iudiciorum peiorum. Hæc sunt peccata, in quibus iudices cadere solent, non tamen incurrunt in casum reservatum, quia propter prædicta, non dicunt falsum testimonium.

DE REI OBEDIENTIA.

91 Hoc est alterum, quod de Reo proposuimus dicere, nempe de eius obedientia, quomodo scilicet gerere se debeat post datam sententiam, an scilicet debeat eam acceptare, an verò appellare. Reus igitur iuste condemnatus, etiam ad mortem, tenetur parere iudici, & non per vim ei, vel ministro resistere. Sic S. Thomas cum sequacibus ubi sup. Sunt tamen hic aliqua dubia elucidanda.

Dubium. 92 Primum dubium. An Reus innocens, qui secundum allegata, & probata nocens conuictus, & morti condemnatus, licite possit seipsum defendere, & resistere, tam iudici, quam ministris eius? Ratio difficultatis est, quia sententia iniusta non habet vim, nec in conscientia obligat.

Respons. Respons. nihilominus cum communi, quod innocens sic condemnatus non potest se defendere per vim, ita saltem, ut inferat mortem, aut vulnus iudici, aut ministris: potest tamen licite se defendere, vel fugiendo si possit, vel recisepitur committendo se eripere à satellitibus.

Dubium. 93 Secundum dubium. An condemnatus iuste ad carceres, tanquam ad poenam, licite possit exinde fugere?

Respons. Respondeo, quod communis opinio tenet, condemnationem iuste ad poenam carceris, siue illa temporalis sit, siue perpetua, non posse absque reatu peccati mortalis fugere: etiam si fugere possit absque carceris effractione. Per carcerem autem hoc loco intelligimus locum arctum, & reclusum, & non solum locum amplum, in quo vagari quis potest, ut tora ciuitas, vel oppidum, vel palatium.

Dubium. 94 Tertium dubium. An reus iuste damnatus ad mortem, & in carcerem coniectus ad custodiam, exinde licite fugere possit, ut imptem euadat? & idem de eo, qui condemnatus est ad aliquam mutilationem, vel ad flagella, vel in exilium.

Intelligitur autem prædictum dubium solum quando ex fuga cultus carceris nullum damnum patitur: nec fugiens iudici, aut custodibus vim inferat: aut carceres effringat, aut vincula rumpat: nam de non inferenda vi iudici, aut ministris, dictum est in primo dubio.

Resp. quod hic sunt duæ opiniones. *Respons.* Prima docet, non esse licitum fugere. Secunda verò dicit id licere, quando ostium est apertum: quæ est communis, cuius ratio est, quia iudex discussa iam causa, & pronunciata sententia, nullum prorsus actum interiorum, aut exteriorum faciendam Reo præcipit, aut vllum omnino actum ei prohibet. Ergo fugiendo à carcere ad vitam saluandam non peccat contra aliquod iudicium præceptum: & de iure natura est, ut pro vitandanda, vnusquisque facere possit licite, quæ alicui iusti iudicis præcepto non repugnant.

95 Quartum dubium. An liceat Reo, ut poenam corporis euadat corrumpere custodes pecunia, aut dono?

Resp. id licitum esse: Sic gloss in c. *Resp.* inter cetera §. sed cum his hominibus. Reo licet 2. quæ sit. Ang. in verbo fugere §. 1. & corrumpere Tab. in verbo accusatio §. 10. cuius ratio, est, quia Reus vnus habet conferendi vitam suam: ergo & corrumpere custodes, & periculum vitæ suæ redimere. *Glossa.* *Angelica.* 96 Quintum dubium. An sit licitum Reo sic decipere custodem absque vi, & iniuria illi illata, scilicet, cibum, & potum præbendo, ut dormiat, vel aliqua alia arte vtendo, ut sancti pediculis absens sit, interim dum Reus tempus, & locum acquirit fugendi?

Resp. Respondeo, quod in hac re certum est, nullam vim custodi inferri licite posse, ut Reus aufugiat, ut communiter omnes. Sic etiam absque controuersia est, nullam fraudem ita componendam esse, ut per ignorantiam probabilis sit in custode. Solum igitur difficultas est, quando delinquentium insidias ita sint arte compositæ, ut cultos probabiliter scire, & conijcere possit artem, & insidias, ad: o vt si illas ignoret, negligens, & imperitus haberi possit, & debeat.

Est ergo aliquorum sententia licitum esse Reo talibus insidijs uti, dummodo non sit in verbis mendaciorum. Sed distinctio operis est, nam ex tali fuga, vel

imminet custodi damnum, vel non: si imminet, non licet, si vero non imminet, licet. Nec valet dicere, quod Reus vitur iure suo ad vitam conservandam, & quod custos debuit id præcauere: nam supponitur, quod Reus ipsum delulerit, & per consequens in causa fuit.

Dubium.

97. *Seruum dubium.* An Reus ad mortem damnatus sicut licite fugere potest, ita etiam, compedes limare, ac fores infringere, & murum perforare.

Respons.

Reus ad mortem damnatus potest limare compedes; fores frangere, & fugere.

Resp. quod circa hoc duæ sunt sententiæ, vna est quæ negat. Altera est, quæ affirmat, quæ communior est: & ratio est in promptu, nam Reo licet id, quod maius est, ergo, & quod minus: cum ergo ei liceat e carceribus fugere, quod est maius, non mirum si eidem liceat, & compedes limare, & fores infringere, & muros perforare, & cætera huiusmodi.

Sed an liceat amicis tali Reo consulere, vt fugiat, & ei instrumenta præbere ad id faciendum? Ad hoc etiam sunt duæ sententiæ, vna dicit, licitum esse amicis id consulere, non tamen licitum est dare instrumenta: & ratio Soti est, quia præbendo ei instrumenta, cooperarentur ad fugam, & carceris fractionem, quod alijs non licet nisi reo: & quia consilium non est ita efficax medium ad fugam, sicut ministrare instrumenta ad frangendum. Caietanus nihilominus,

Caiet.

Salon.

Arragon.

Bannes.

Salon. Arragon. Bannes in 2. 2. q. 69. art. 4. & quam plures alij verius docent, quod et si non sit licitum alicui ab extra effringere carcerem, aut vincula alterius rumpere, vt vinctus fugiat: cum hoc sit inferre vim potestati publicæ. At tamen illi consulere fugam, imò etiam limam conferre, aut clauem adulterinam, aut aliud aliquod instrumentum, quo reus ab intus inclusus, & detentus, carcerem frangere, aut portas aperire, & fugere queat, non est illicitum. Quæ sententia vera est, loquendo de reis secularibus, qui licet fugiant, & carceres frangent: nullum tamen scandalum in ciuitate ex hoc faciunt. Non sic est in Religione & in Regularibus: nam quando aliquis Regularis fugit, vel effracto carcere, vel non, omnes seculares scandalizantur: & propterea non licet cuiquam Religioso id consulere: neque ad hoc instrumentum præbere, sine peccato mortali;

Limitatio.

& statuta Ordinis sanctissime id verant: & hæc de Reo, qui iuste damnatus est.

DE REI DEFENSIONE.

98. *SI* vero Reus sentit se grauatum, potest se defendere: nam defensio est de iure est de iure naturæ cap. pastoralis. S. cæ. natura. terum, de sentent. & re iudic. Farinac. q. 21. num. 18. Lex enim naturalis, & diuina præbet homini facultatem se defendendi, non solum corporaliter, sed etiam ciuilitè. capit. pastoralis eodem. Quod cum nulli denegari possit, multo minus Regularibus. vt in 3. part. 3. part. 52. & in part. 2. part. num. 8. & in præct. crim. canon. 2. part. titul. aut inquisitione formata n. 48. habet Foller. Imò multoties Regularis non potest defensionibus renunciare, vt latè idem Foller. congerit in 1. par. 2. part. num. 71. Religiosus ergo Reus potest multipliciter se defendere, prout in sequentibus decem paragraphis fieri manifestum. Benè verum est, quod huiusmodi defensiones debent habere locum solummodo in illis casibus, in quibus Regulares iniuste essent conuicti, vel indebitè condemnati. Non enim nostræ intentionis est hæc scribere, vt nocentes, & improbi Religiosi se tueantur, & pœnas debitas effugiant: sed vt innocentes, & probi aucti se possint, nè iniuste condemnentur.

Defensio nulli denegari potest.

Paragraphi autem, seu capita defensionum hæc sunt.

Primo, excipiendo, quod non constat de corpore delicti.

Secundo, excipiendo, quod illud tale delictum nullo pacto poterat ab eo committi.

Tertio, excipiendo, & probando se esse innocentem.

Quarto, excipiendo contra iudicem.

Quinto, excipiendo contra testes.

Sexto, excipiendo contra processum ac-titationem.

Septimo, excipiendo contra propriam confessionem factam.

Octauo, excipiendo contra delictum.

Nono, excipiendo contra sententiam.

Decimo, appellando.

S. I. DE RE IUDICII

Quod non constat de corpore delicti.

R Bus igitur coram Iudice competente constitutus, si probare poterit, quod non constat de corpore delicti: liber, & immunitis erit ab omni imputatione, & querela:

De corpore. Imò si non constat de corpore delicti, delicti ante ligatae sunt manus iudicis, vt reum in omnia de-terrogare non possit. Mark. conf. 12. *de offi. iur.* num. 34. & conf. 14. num. 15. Quinimò nec ad capturam rei iudex progredi debet, si de eius fuga non suspicatur, nisi prius de corpore delicti constat. Bofs. in tract. crim. caus. de delicto in fin. licet generalis consuetudo sit, quod iudex retinet reum accusatum, etiam quod nulli praecedant indicia, quando poena sanguinis imponenda esset pro crimine, de quo ille imputatur, vt dicit Paul. de Castro conf. 328. num. 1. lib. 2. & ita Romae seruant iudices habita relatione alicuius exploratoris de aliquo graui delicto commisso per aliquem, vt dicit Anton. Scapul. lib. 5. iur. non scripti cap. 13. num. 7.

De corpore. Nisi constat de corpore delicti, non delicti si non potest procedi ad inquisitionem specialem, nisi leu, & ita nec ad citationem. Quinimò potest pro- mo, constituto etiam de corpore delicti, eadē ad in- non potest procedi de iure ad interrogandum reum, nisi etiam praecedant indicia, vt dicit Bofs. in tr. de exam. reorum n. 6. subdēns, quod ipse nunquam vidit aliquem citari, vt examinaretur, sine aliquibus indicijs, vel suspitionibus. Quando enim non praecedunt indicia, curia, & fisci viderur de domo rei, id est ex eius ore confessionem extorquēdo, sumere probationem ad fundandam ipsius inretionem: quod est iure prohibitorum. L. de minore. §. tora menta ff. de q. Quando verò praecedunt indicia, non est sumere inritum probationis de domo rei, sed est interrogando reum, praecedentem fisci probationem conuiuare ex ore rei: quod licitum est leg. fin. & ibi gloss. & Doctores, maxime Bald. C. de edend. & probat. texus in d. §. tormenta, secundum Bofs. vbi sup. Et mouit (id est non praecedentibus indicijs) reus a iudice interrogatus, respon-

dere non tenetur, vt dicit Sen. & Thom. receprus. 1. 2. quæst. 69. art. 2. Nec ille tenetur detegere seipsum, iuroque potest, verborum obscuritate, & amphibologia interrogantem eludere, vt late per Sor. in tract. de rat. reg. vel de reg. secum. 3. quæst. 1. 2. & 3.

4. In omnem igitur casum, nunquam iudex procedere debet ad aliquem actum, nisi prius illi constet, delictum ipsum fuisse commissum. Et debet constare plenē: adeo quod non sufficiat probare delictum per coniecturas, vt de omnibus tradit Crauer. conf. 244. col. 1.

5. Verum est tamen, quod in delictis in delictis occultis proceditur ex coniecturis, seu occultis praesumptionibus, & indicijs, & alijs leuioribus probationibus, etiam ad condemnationem, vt habetur, & plene per sapientis. Olasc. decif. 72. subnum. 1. At in delictis externis, & quæ probari possunt, semper debet constare, delictum ipsum fuisse commissum. Et ita semper faciunt practici Assessores, vt dicit Carus inter consil. crimin. diuersorum consil. 99. post num. 7. versic. 2. etiam lib. 1. Est enim vulgaris & trita conclusio, quod ante omnia, debet iudici constare de delicto, quæ colligitur ex text. vulg. l. r. §. item illud ff. ad Syllan. quem textum sciunt omnes, vt dicit Bofs. in tit. de delicto num. 2.

Quod ad eò verum est, vt etiam si reus reus constiteretur delictum aliquod commissum, quod non potest condemnari de ipso delicto, nisi aliter, quam ex eius confessione appareat, de quo vide inf. in §. 7. sub num. 5.

6. At quia Doctores de hac materia satis intricatē loquuntur, sciendum, quod aliter debet constare de delicto ad effectum torquēdi, seu condemnandi, de quo tractat Clar. in q. 55. vers. Potest etiam, & in q. 64. vers. Debet autem, & in quæst. 66. circa principium: Et aliter quoad effectum inquirendi, seu procedendi: nam quoad inquirendum, sola denunciatio, vel denunciatio sufficit: quinimò habita querela, seu denunciazione, reueretur iudex procedere, & inquirere: & si id non faciat, poterit puniri, tam ex dispositione iuris communis, quam particularis.

7. Sunt tamen aliqua delicta, in quibus iudex tenetur priusquam inquirere con-

tra delinquentem, inquirere de veritate delicti. Aliqua vero, in quibus non requiritur alia inuestigatio super veritate criminis, sed immediate procedi potest contra delinquentem.

In delictis, 7 Et ideo nota, quod quando delictum est tale, quod solo animo perficitur, vt hæresis, vel etiam tale, quod licet factum constet, eius tamen facti nulla lo-
qua vesti- lent remanere vestigia, vt est adulteriū, *gium non* & alij coitus, qui sine fractura committuntur: furtum pariter sine fractura: *relinquitur,* percussiones, quæ sunt a lapa, vel baculo sine liuore iniuriæ verbales, vel similia: in istis criminibus non requiritur ad procedendum, alia inuestigatio delicti: sed statim porrecta querela, potest, & debet iudex inquirere contra delinquentem, assumendo contra eum informationes: & habitis iudicijs, illum carcerari, vel citari facere, prout qualitas delicti requiret: alias infinita delicta impunita pertransierent, & super hoc in practica nulla solet fieri difficultas.

In delictis, Quando vero est delictum facti per-
qua vesti- manentis, cuius scilicet certa manent *gium relin-* vestigia, puta homicidij, ipsum cada-
quæ re- uer: incendij locus combustus: veneni, *quæ re-* si ipsum corpus veneno affectum: & simi-
cognitio lia: tunc, etiam porrecta querela, vel de-
as antea nunciacione, non dicitur legitime con-
de corpore stare de delicto, nisi prius iudex, seu cu-
delicti. rix corpus ipsum, seu locum incendij, oculis subijciat.

8 Statim igitur, quod ad iudicis noti-
tiam peruenierit, delictum aliquod tale fuisse commissum, puta, hominem fuisse occisum, debet iudex ipse accedere ad eius cadaver visendum, & inspiciendum, Vel mittere notarium, qui cadaver ipsū inspiciat, & vulnera describat. Et ita seruetur cōsuetudo, vt ait Nouel. in pract. crim. fol. 59. num. 2. Et debet recognos-
Corpus de- *delicti debet* *recognosci* *per testes.*
sci sui cadaver per testes, qui dum inter-
fectus in humanis esset, illum cognouerunt, si id fieri potest: si vero cuius esset, ignoratur: debet per vestes, & signa describi, & particulariter annorari omnia vulnera. Et hoc modo dicetur, constare de delicto, & ita docent omnes, vt ait

Occisi no- *men si igno-* *resur, nihil* *refert.*
Foller. in pract. crim. fol. 15. n. 4. Vnde licet ignoretur nomen occisi, dummodo constet de corpore: satis dicitur, constare de delicto, & procedetur, etiam ad condemnationem.

9 Aduertat autem Notarius, vel iudex, *Vulnera,* vt describat, vel describi faciat omnia *omnia cum* vulnera, particulariter, cum omnibus *suis circum-* qualitatibus suis, & eum quo genere ar- *stantijs ve-* morum illata videantur, & an punctum, *bus notari.* vel casum &c. Hæc enim quandoque sunt magni momenti ad cognoscendum à quo illata sint vulnera, puta ex genere armorum. Vide Clar. §. homicidium vers. Alia est etiam.

10 Et hæc quæ dicta sunt de homicidio, intelligenda sunt etiam de similibus delictis, quorum remaneat vestigia, puta in incendio, vt visitetur locus incendij, & reliquæ combustionis: in furto, vt videatur fractura facta in arca, ostio, vel pariete: in supra illato puero, vel vi illata puella, vt inspiciantur partes per obstetrices, vel chirurgos, vel alias personas, vt quotidie fit. Et vbi persona referat cum iuramento, se credere, stuprum illatum, vel puellam corruptam fuisse: satis dicitur constare de delicto, quoad hoc, vt contra delinquentem procedi possit.

11 Sed quid si dubium sit, an scelere, an *In dubio,* si *verò alia de causa* talia euenerint? Vt scelere, vel *puta,* si quis repertus sit mortuus in pu- *alia de cau-* teo, vt in casu, in quo consuluit Decius *sa commif-* cons. 438. potest enim esse, quod quis se sum, sit alio *ipsum præcipitauerit,* & quod ab alijs quod delicti *præcipitatus fuerit,* & etiam, quod casu sum, quid *agendum.* ceciderit. Sic etiam in eo, qui dicitur habere signa veneni: potest enim esse venenam in corpore generatam, & ab alijs propinatam, & etiam ex aeris corruptione contractam, vt eleganter in facti contingentia declarat Gram. voto 31. n. 1. Ad hoc dico, quod in his casibus iudex debet omnino inquirere, & informationes assumere, non quidem tantquam de maleficio, sed vt veritatem facti intelligat: ex qua deinde apparere possit, an sit delictum, necne, adhibendo etiam, vbi opus sit, iudicium medicorū, vel aliorum peritorum. Et vbi ex informationibus assumptis constet scelus non interuenisse, silebit processus. Vbi vero resulterit aliquod indicium, poterit ad vteriora procedere, & hanc practicam seruant cauti iudices, & Assessores. Vide Clarum q. 4. in fin.

12 Debet ergo ante omnia constare de *delicti si no-* delicti corpore; nam si hoc non constat, *costas, liber* liberabitur reus à sua imputatione. *Re-* *erit reus.*
fere

De corpore

fert Bald. in leg. si quos testibus infic. Cod. de testib. semel contigisse de facto, quod fuit exhumatum corpus cuiusdā, qui dicebatur vulneratus, & cum reperi- tus fuisset, quod ille non fuerat vulnera- tus, reus fuit absolutus, non obstante, quod contra eum plene probatum fuis- set delictum. Nos quoque paucis ab hinc annis audivimus accidisse, quod quidam Regulares inquisiti fuerunt de propinatione veneni, & illum cui propi- natus erat, mortuū fuisse, & ex processu constabat, illos tale delictum commissis- se: verum quia in actitatione processus non fuit adhibita prædicta diligentia, vt scilicet statim post mortem illius, fieret recognitio de corpore delicti, scilicet de corpore illo sic veneno infecto: data hac exceptione in fauorem reorum: absolu- ti, & liberati fuerunt illi, qui poenam grauissimam meruissent, si de corpore delicti constatum fuisset. Ad hoc ergo attendat reus, & qui ipsius causam pa- trocinatur, nempe si possit opponere hanc exceptionem, quod non constet de corpore delicti, & liber erit à delicto sibi imputato. Vide etiam in §. 7. n. 5.

§. I I.

Quod tale delictum non poterat ab eo committi.

Secundo modo poterit se defendere reus, quod delictum sibi impositum nullo pacto poterat à se committi, pro- bando scilicet negatiuam coarctatam loco & tempore: quæ multipliciter pro- loci, & tē- bari potest.

Negatiua coarctata. Primo, probando suam absentiam à loco delicti. Sic, Delictum impositum non committi, quia tali die, & hora, in loco delicti. Per ab- que commissum fuit tale delictum, ego sensia à l. absens eram, & per multa milligra- co delicti. exempli gratia. Titius est imputatus, quod tali die, & hora commiserit furtum in tali loco certo, nempe Neapoli, si Ti- tius poterit probare, quod in tali die, & tempore ipse aberat ab illo loco, & repe- riebatur Romæ, vel quid simile: proba- bit vique, se nullo pacto illi præsentio

Quod de- furto interfuisse. Secundo probando, licitum ex quod delictum commissum, seu præten- sua natura tum est natura sua impossibile, prout ex as impos- Iulius Clarus in q. 52. refert contigisse ile.

in quodam Ioanne Zanetto canpōne, § contra quem processum fuit per curiam Papiæ, tanquam quōd præpostera Ve- nere fregisset cuidam foemina rectum, intestinum, ex qua parte ipsa postea pe- perisset: de quo processu valde miratus est Senatus, & ipsum Zanetrum tanquā de re incredibilem accusatum absoluit.

Tertio idem probabitur, si testes de- ponant ipsam negatiuam, & reddant de- rationem, quod non potuerit esse, vel fieri, quia ipsi vidissent, vel sciissent. Vel, quod tali die non fuerit in eo loco, vbi dicitur fuisse commissum delictum, sed quod fuerit alibi. Et vt testes con- cludant, non sufficit dicere, quod Titius non commiserit tale delictum tali die, & loco, quia ipsi fuerunt præsentēs, & ta- men non viderunt, nec audierunt illud fieri: sed oportet, quod addant quod non potuisset illud committi, quin ipsi vidis- sent, vel audiuissent: & quod continue per totum id tempus, de quo deponunt testes accusatoris, ipse fuit in alio loco: alias non concluderent, vt de se patet: quia ipsis non aduertentibus, potuisset illud committere: atque etiam potuisset ire & redire: secus autem, si tantum distaret, vt nullo modo fieri posset, quod esset ibi, & in loco, vbi dicitur commis- sum fuisse delictum per eum à testibus accusatoris.

Quarto potest hæc negatiua probari per confessionem, & dictum ipsius of- fensi: nam licet assertio vulnerati con- tra aliquem non probet, neque faciat in- dicium ad torturam: tamen è conuerso, dictum defuncti exculpantis imputatū de homicidio, tollit omnia indicia, quæ sunt contra illum, vt ex eis non possit torqueri. Ita dicit Bald. in l. 1. num. 33. C. commun. deleg. & est communis opi- nio, vt dicit Plotus consil. 110. num. 1. lib. 1. inter consilia criminalia diuers.

Quam tamen intellige, vt procedat, quando res est dubia: sed si apparet de veritate in contrarium, vel essent con- tra reum indicia valde vègentia, & pro- xima delicto, non esset standum huius- modi assertioni, saltem ad euitandam torturam. Et ita inquit Clar. q. 53. vers. Possit etiam practicator, teste Blanc. in pract. criminal. fol. 28. num. 101. Plu- rumque enim videmus, quod offensus, si- ue propter remissionem, quam fecerunt vulne-

vulnerati; siue propter persuasionem amicorum, faciunt huiusmodi protestationes veritati contrarias. Propterea in hoc maxime verfabitur iudicis arbitriū: qui inspecta qualitate facti, considerabit, an talis excusatio verisimilis videatur, vel ne, & an ei standum sit.

Iudicis arbitrium.

Testes deponētes super negatiua, sūi suspecti de falso.

Caueant tamen testes, quia eo ipso, quod deponunt super negatiua, dicuntur suspecti de falso: nam regulariter negatiua est improbabilis, secundum omnes, vt dicit Igneus in repet. §. non alias n. 77. ff. ad Syllan. relatus à Claro vbi supr. vers. scias autem. Bene verum est, quod testis ex eo solo, quod deponat super negatiua, non potest puniri de falso: & est communis opinio, vt dicit Boss. titul. de defens. reor. num. 34. Quod intellige, nisi per alias probationes conuincatur falsum deponisse. Potest tamen puniri poena extraordinaria ob temerariam assertionem: & ita tenent communiter scribentes, vt dicit Cagnol. in l. vnica num. 38. ff. si quis iudic. non obtemp.

Talis reus falsus punitur poena extraordinaria.

Hoc tamen scias, quod in dubio, verba testis sunt intelligenda, vt talis falsitas, quam incurrit testis deponens super negatiua euitetur. Ita colligitur ex gloss. in l. iuris gentium. §. quod ferē. in verb. contrarium probetur ff. de pac. quam dicit communiter esse approbatam Curt. Iun. in d. l. vnica. in princ. num. 9.

§. III.

Quod reus est innocens à delicto.

Innocentia magna vis.

Magna est vis innocentie, & adeo fauorabilis eius natura, & conditio, vt illius causa multa sint, ac reperiantur sancita, vt pulchre tradit Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 49. Nam vt illa detegatur, semper admitti debent probationes. l. si non defendatur ff. de poenis, & tradit Iason. conf. 175. lib. 2. Imo iudex non debet exequi sententiam aduersus quem deinde innocentem esse certo cognoscit, licet aliter secundum acta & probata appareat, vt tradit Innoc. in c. significantibus in fi. ext. de purg. vulg. Bald. in l. vnica. C. de confessis. vide supra, de reo dabit. 10. Accedit, quod etsi statutum tollit omnes exceptiones, non tamen dicitur

reijcere exceptionem innocentie, ita Bald. in l. 1. §. Ostilius. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est. vi. exim.

3. Habet & hoc commodum innocentie, quod probari potest per testes domesticos, & sanguine coniunctos. capit. tam literis, & capit. veniens extr. de testibus & leg. 5. §. ad questionem ff. de quæst.

4. Multæ autem coniecturæ, & præsumptiones ipsius innocentie traduntur a Doctoribus, quarum nonnullas enumerat Menoch. vbi sup. num. 7.

Innocentia multa coniectura.

1. Prima est, quando accusatus fugam facile arripere potuit, & non fugit ita tradit Alciat. respons. 453. num. 5. post Bard. in l. si quis fugitiuus §. 1. ff. de edil. edic.

2. Secunda, & validior coniectura innocentie est, quando accusatus, sua sponte se iudici repræsenterat: ita inquit Cepol. cent. 32. n. 8. in crim. Blanc. in pract. crim. in 1. par. defensionis n. 131. Marul. in pract. crim. §. diligēter n. 204.

3. Tertia coniectura innocentie supra dictis validior est, quando accusatus sua sponte carcerem ingreditur: ita tradit Gram. conf. 29. n. 32. & conf. 61. n. 4. in crim. Et idem quando quæstionibus, & torturæ se subijcit, vt tradit Lucas de Penna in l. 3. vers. 107. C. de desertoribus, & occultatoribus lib. 12.

4. Quarta coniectura innocentie est, quæ sumitur ex exculpatione focij, cum moriturus esset, cum & is fuit, qui accusauit. Ita inquit Marfil. vbi sup. §. restat. & Blanc. præcit. num. 136. quam quidem coniecturam veram esse existimarunt, nisi pro crimine alia sit coniectura.

5. Quinta coniectura est, quando damnatus ad mortem, protestatus fuit, se innocentem esse: & dum laqueo fuisset suspensus, vel gladio percussus, mori non potuit, sed fracto laqueo, incolumis cecidit in terram: ita tenet Lucas de Penna in l. 1. col. 7. vers. sed pone damnatus est aliquis. C. de desertoribus & occult. lib. 12. Quam sequitur Paris de Puteo de Syndicatu verbo poena in c. an si iudex post medium ver. si tamen iste. Dec. in l. fauorabiliores in fi. ff. de reg. jur. & alij relati per Menochium vbi sup. n. 19. Qui num. 20. subdit, quod istud intelligitur secundum aliquos, quando damnatus iste condemnatus fuisset ex folis coniectu-

Lionis orator

coniecturis, & præsumptionibus, quod iure permiffum est: secus si clarè constaret de delicto mortè digno; nam tunc nõ præsumitur miraculosè, sed per incantationes, & præstigia, iux. doctrinam Bald. in c. venerabili ext. de testibus. Quando ergo reus aliquo modo ex dictis potest probare suam innocentiam, magnum argumentum habet ad sui defensionem.

An quis sit dominus sua fama.

5 Quærent Doctores, an quis sit dominus suæ famæ, & innocentia, ita vt possit non curare de propria infamia: de hoc locuti sumus supra, de reo dub. 1. Breuiter hic dico, quod Caiet. 2. 2. q. 73. art. 2. negat. Sed vera sententia est, hominem esse vere dominum suæ famæ, sicut rerum externarum: colligitur ex Sanct. Thom. ead. q. 73. art. 4. ad 1. vbi docet, in cuiusque arbitrio esse pati detrimentum suæ famæ, nisi hoc vergat in detrimentum aliorum. Sor. de iust. lib. 4. quæst. 2. artic. 3. Adr. in 4. quæst. de restitut. circ. fin. Couar. lib. var. capite 2. num. 8. & alij recentiores.

Contra hoc tamen videtur, esse id quod habet D. Augustin. lib. de bono viduitatis cap. 22. vbi dicit conscientiam nostram esse necessariam nobis: famam proximis: ac proinde, crudelem esse, qui famam negligit.

Respond. fama nostra tripliciter potest esse proximis necessaria. 1. Quando ex nostra fama ita pender fama proximi, vt ex nostra infamia illius infamia sequatur: sicuti ex infamia monachi sequitur infamia quædam monasterij. 2. Quando fama nostra est necessaria, vt proximo præstemus officium, ei stricto iure debitum, sicuti fama personæ publicæ, Episcopi, Parochi, Abbatis, necessaria est, vt benè regar subditos: & in his duobus euentis, multorum iudicio contra iustitiam peccat, qui se infamat: non quia præcisè se ipsum fama priuar, sed quia ex consequenti proximo nocet, vel inferendo infamiam, vel se reddendo ineptum ad ei impendendum debitum officium. 3. Quando non ex officio, sed solum ex charitate proximo prodesse tenemur, & per infamiam ad hoc reddimur inepti: tunc solum contra charitatem peccat, qui se infamat: sicut contra charitatem peccat, qui pecuniam, qua prodesse poterat, abijcit.

6 Petes, An Princeps, seu superior sit dominus suæ subditorum? *Princeps? vel superior, an sit dominus*

Respondetur negatiuè, vnde subditus potest ueri suam famam, & innocentiam, non solum contra ceteros subditos, verum & contra superiores, si contra eam quicquam intentare præsumserint. *fama subditorum.*

7 Et non solum famæ, & honoris subditi non est dominus superior, & Princeps, sed neque vitæ subditorum: & probatur, 1. ex Exodo cap. 21. Qui percussit virga seruum, vel ancillam, & in manibus eius mortui fuerint, criminis reus erit: nempe homicidij. 2. Proprium veri dominij est rem pro arbitratu suo perimere posse, etiam voluptatis causa: atqui solus Deus pro arbitrio potest interficere, etiam innocentes, non autem Princeps: ergo. *An sit dominus vitæ subditorum.*

Nec obstat, quod Principes possint interficere malefactores, & exponere subditorum vitam in bello: quia id faciunt, non vt illorum domini, sed vt custodes tranquillitatis, & boni publici: sicut homo, vt custos vitæ suæ rescet membrum putridum, & exponit partem pro salute totius.

6. I V.

De exceptionibus contra Iudicem.

Tertium caput se defendendi est dare exceptionem contra Iudicem, siue ille ordinarius sit, siue delegatus: quod antequam ostendam, dicam.

1. Quod Iudex circa defectus subditorum occupatus, scire debet, quod adeo vetantur iudices lege naturali, & diuina, ne inquirent iniquitatem in domo aliena vt dicitur in Proverb. cap. 24. & vt bona fama proximi cõseruetur, quod etiam Episcopus non potest obijcere suo clerico crimen, quod scit eum commisisse, si non potest illud probare, per text. sing. in cap. placuit, & cap. si in tantum 6. q. 2. & Innoc. III. in c. Inquisitioni, de accusat. ait, non posse à Prælato inquirei contra Clericum, etiam si duo, vel tres testes de visu ei dixerint, si nullæ infamia laboreat. *Non subale ser Ecclesia Christiana serpare bonam famam di Clurro. Clerici, qui deliquit, quam punire delictum dissipando eius famam. Plus enim nocet*

*exemplum delinquendi, quod ex delicto reu-
lato per permissionem prabetur, quam condo-
natio delicti secreti prateritis, facta peni-
tentiis. Quod multi iudices parum consi-
derantis nihil non agunt, quo per fas,
per nefas, crimina vera, vel falsa, iuste,
vel iniuste sciantur, & puniantur: quo
sibi famam crudelis quæstoris acquirat:
contra id quod cauetur in l. respicien-
dum ff. de poenis, vbi sic dicit Impera-
tor: Respiciendum est iudicanti, ne
aliquid durius, aut remissius constitatur,
quam causa deposcat. Neque enim se-
ueritatis, aut clementiæ gratia affectan-
da est, sed perpeno iudicio, prout quæ-
que res postulat, statuendum est.*

*Index mul-
tipliciter
potest recu-
sari.*

1. Regularis igitur coram iudice con-
stitutus, si contra personam ipsius iudi-
cis vult se defendere, potest ipsum exci-
pere multipliciter, prout tradit Specu-
lit. de accusat. Hostiens vit. de appellat.
§. quæ sunt iustæ causæ. Io. Andr. & Pa-
norm. in cap. cum speciali de appell.
Nauar. in cap. cum contingat in 10.
caus. nullit. de rescrip. & alij.

*1. Suspec-
tus.*

2. Pr. mo. si habet eum suspectum:
nam naturale est suspectorum iudicium
insidias deservire, eorumque iudicium
refugere. cap. cum inter §. 1. de excep.
& ad legitimas defensiones, recusatio
iudicis spectat. cap. eod.

*Index fa-
cilis recu-
satur, quæ
testis.*

3. Imò facilius recusari potest iudex,
quam testis, cuius ratio fit a quibus, quia
facilius inveniuntur iudices, quam te-
stes, vt dicit gloss. in cap. cum R. cano-
nicus de offic. deleg. & Pan. ibid. non sic
autem in teste, qui de facili non inueni-
tur.

Quod verum est, tam si causa suspi-
cionis, & recusationis præcesserit iudi-
cium, Villagut. lib. 1. practice crimi-
nalis, titulo de accusatione concili. 6.,
quam si post causæ initium e. iniquante
de offic. del. gloss. in c. sciscitatus de re-
scrip. verbo infamem. quam etiam si ante
causæ initium orta quidem fuerit, sed
postea ad recusati notitiam peruene-
rit: nam in quacunque litis parte pro-
poni poterit recusatio. Couar. lib. pract.
quæst. cap. 16. num. 1.

*2. Excom-
municatus*

4. Secundo, recusatur iudex excommu-
nicatus, cap. ad probandum §. innoda-
tus, de sentent. & re iudic. & omnia eius
acta sunt irrita, vt ibi communiter DD.
6. Sed an peccet iudex excommunica-

us exercens iudicia?
Respon. & dico Primo. Si excommu-
nicatio est occulta, non peccat vsurpa-
tione iudicij, & sententia, cæteraque
eius acta publica, sunt valida, vt com-
muniter Doctores assentunt, gloss. in cap.
ad probandum §. innodatus vbi supra.
Ric. in 4. dist. 18. q. 3. Palud. ibid. quæst.
4. Syl. excommunicatio 3. num. 3. & 5.
Couarr. in cap. alma mater 1. par. §. 7.
num. 9. Sor. dist. 22. quæst. 2. art. 1. & 4.

*Index ex-
communi-
catus an
peccet exer-
cens iud-
cia.*

Et probatur. 1. Quia non est priua-
tus, nec suspensus ab officio: soli enim
publicè excommunicati suspenduntur
per canones, vt colligunt Doctores dict.
capit. ad probandum. 2. Quia cum eius
excommunicatio ignoretur, sequerentur
grauissima incommoda, tum in Ec-
clesia, tum in Republica, quæ nullo mo-
do possent vitari: innumeræ enim sen-
tentia, præsentationes, electiones, &
collationes beneficiorum, & officiorum
deberent rescindi, cum magno damno,
& perturbatione innocentium. 3. Quan-
do excommunicatio iudicis est occulta,
ipse non est publicè vitandus, sed solum
occulte, vt colligitur, ex c. cum non ab
impet. de sent. excom. imò fieret ei ini-
iuria, si quis in publico detrectaret eius
reputacionem propter infamiam, quæ
inde sequeretur: ergo cum partes non
possint ipsius iudicium propter excom-
municacionem occultam recusare (nisi
forte velint suscipere onus probandi,
ipsum esse excommunicatum, ad quod
non tenentur) oportet, vt ipsius quoque
sententia valida sit: absurdum est enim,
si partes teneantur sese sistere tribunali
iudicis, à quo nisi irritam sententiam
referre non possunt: denique idem pro-
hari potest ex l. Barbarius ff. de offic.
praetor. & c. infamis 3. q. 7.

*Index oc-
culte exco-
municatus
non est vi-
tandus.*

7. Dico secundo, si excommunicatio
iudicis sit publica, seu notoria, ante qui-
dem Concilium Constantiense pecca-
bat vsurpatione iudicij iudicando, &
sententia errat irrita: post tamen illud
concilium, verius est, non sic peccare,
nec sententiam, reliquaque eius acta
publica esse irrita: nisi sit denunciatus
nominatim, vel notorius percussor cle-
rici. Vide de hac re Nauar. in Man. cap.
27. num. 7. Sor. dist. 22. quæst. 2. art. 1.
D. Antonin. 3. p. tit. 27. c. 1. Suarez tom.
5. de censur. disp. 9. sect. 2. sub n. 2. ad fin.

*Index etiam
publicè ex-
communi-
catus, si non
est denun-
ciatus, vt
percussor cle-
rici, non est
vitandus.*

Dubium. 8 Petes, vtrum hoc etiam habeat locum in iudicibus secularibus.

Resp. inf.

Resp. habere: ita enim passim Doctores, & probatur, Primo ex cap. exceptionem, de except. vbi in fine dicitur: *excommunicatus publicè*. Et si huiusmodi exceptio non opponitur: nihilominus est ab officio iudicis repellendus, vbi loquitur in genere de cuiusvis iudicis officio,

Secundo, quia omnes excommunicati sunt priuati vsu iurisdictionis in suos subditos, vt colligitur ex cap. nos sanctorum 15. q. 6. vbi dicitur. *Nos sanctorum predecessorum nostrorum statuta tenentes, eos, qui excommunicati sunt, aut sacramento contrahunt, aut apostolica auctoritate à iuramento absolutimus, et ne sibi fidelitatem obseruent, omnibus modis prohibemus, quousque ipsi ad satisfactionem veniant.* Si subditi non tenentur eis obedire; ergo suspensa est eorum iurisdictionis, ac proinde sententia non obligabit, sed erit irrita.

Tertio, ex cap. denenimus, de sent. excom. in 6. vbi excluditur excommunicatus à munere actoris, patroni, & testis: ergo multo magis censetur exclusus à functione iudicis: absurdum enim esset iudicis excommunicati acta valere, actoris verò, aduocati, & testis non valere,

Admitatur 9 Si tamen aliquis excommunicatus conferret se in aliam urbem, vel Prorinciam, vbi eius censura esset ignota, fieretque iudex, vel si in loco suæ iurisdictionis non haberetur pro denunciato, vel publico clerici percussore, acta eius fore valida. Ratio est, quia eo loco vere est excommunicatus occultè, & ab ecclesia consequenter toleratus; eademque incommoda sequerentur, si eius acta essent irrita, quæ ex actis alterius, qui vbiq; occultus: vnde eodem modo de illo sentiendum, & iisdem rationibus probari potest. Dices, si est suspensus, quo modo eius acta non sunt irrita?

Dubium.

Resp. inf.

Resp. quia ecclesia ob communem vtilitatem, vel tacite, hanc suspensionem ad singulos actus in hoc casu relaxat, etsi velit, ipsum, secundum se, manere suspensum; vel certe nouam ei potestatem ad singulos actus extraordinarie tribuit, supplendo defectum, qui ex parte ipsius erat, ne cum damno aliorum actus sit irritus: quæ duo modi parum in

re differunt.

10 Interrogabis num. excommunicatus Extorrens ab vno Episcopo, vbiq; sit vitandus? Scorus in 4. dist. 19. q. 1. art. 5. dicit, non vno Episcopo est vbiq; vitandus talis excommunicatus propter limitatam excommunicationis iurisdictionem. Sed profecto hoc alienum est ab vsu Ecclesie: vnde fatendum est, excommunicatum vbiq; esse vitandum, non quia iure diuino cautum sit, alias etiam de externa, & civili communicatione idem dicendum esset, quod Couar. non concedit; nec propter solam iurisdictionem particularis Episcopi: sed propter institutionem talis censurae, quæ auctoritate totius Ecclesie ita facta est, vt in Conc. Nîcœno c. 5. aperte dicitur & in c. sicut apostoli, cum duobus seq. in sinuatur 1. q. 3. & est ferè aperta declaratio Innoc. III. in c. ad reprimendam, de off. ord. Videatur Sor. dist. 22. q. 2. art. 1. An peccent subditi tractantes in iudicio cum reo excommunicato.

Resp. quod multi sint casus, in quibus communicans cum excommunicato, non incurrit minorem excommunicationem, vt not. per Foslinum post alios in c. quod in dubijs, & seq. de sent. excom. & per Nauar. in Man. c. 27. n. 26. & comprehenduntur in his versibus.

*Vtile, lex, Humile, Res ignorata, Necesso
Hæc anathema facimus, ne possint obesse.*
Et ideo homines, qui sunt de iurisdictione iudicis excommunicati, si comparent coram ipso, vocati ab ipso, non peccant, quia licet tenentur venire vocati ab eo, cum videatur esse casus necessitatis: Sylu. in v. excom. 5. n. 19. Sic licet vasalli eo ipso sint absoluti, hoc est suspensi à sacramento fidelitatis, quando Dominus eorum est nominatim excommunicatus per sententiam c. nos sanctorum 15. q. 6. c. grauem verbo denunciatis, de pœnis, & per fidelitatis sacramentum intelligitur, vt non teneantur domino, dum est in excommunicatione, eum visitare, vel ei facere curiam, vel cum eo conuersari in equitando, in gundo, in cibo, in potu, non ire cum eo ad bellum, non defendere eum in bello, non ei auxiliari, vt dixit Turrec. in d. c. nos Sanct. n. 5. & hoc in fauorem fidei, & in fauorem animarum ipsorum excommunicatorum, vt sic rubore suffusi, & à consortio suorum vasallorum segregati ad Deum conuertantur,

jur, & testificantur: tamen tenentur va-
 lli in tali casu reddere eis debita, &
 respondere de censibus, & tributis, quia
 hic est casus pertinens ad necessitatem:
 sic etiam si subditi vocant iniuriatores
 suos coram iudice excommunicato, ex-
 cussantur, quia etiam in hoc casu non so-
 lum est necessitas, sed etiam communi-
 carur eor eis in spectantibus ad salu-
 tem animarum suarum, scilicet, vt red-
 dant voicaique suum.

3. *amotus
 ab officio,*

11. Tertio recusatur Iudex amotus ab
 officio, ubi statim queritur. Vtrum
 iudex, qui propter crimen est ipso iure
 priuatus titulo, vel solum habet titulum
 putatum, peccet vsurpatione iudicij
 iudicando, ita vt eius sententia sit irrita.

*Iudex pri-
 uatus offi-
 cio an pec-
 cet extor-
 sione.*

Prior pars sus tractatur a Scholasticis
 in 1. 2. q. 96. art. 4. sub titulo, Vtrum le-
 ges humanas, quae statuunt priuationem
 beneficij, vel officij aut honorum confi-
 scationem, eam vim habeant, vt com-
 misso crimine beneficium, vel officium
 statim vacet, & bona ad fiscum pertine-
 ant; ita vt reus ipse teneatur ea di-
 ttere ante sententiam. De hoc aliqua dixi
 sup. in explanatione tertij casus, ibi, Du-
 bitatur octauo. Nunc autem etiam dico,
 quod proprie loquendo, non vacant,
 nec tenentur ea dimittere ante senten-
 tiam, etiam si in lege dicatur (*ipso facto
 sit priuatus*) nisi aperte constet, illam
 fuisse legislatoris mentem: vt si addat
 (*teneri in conscientia dimittere*) vel non
 posse absolui, nisi dimittat: vel beneficium
 eo ipso vacare, ita vt alteri libere possit con-
 ferri: vt in casu in cap. dudum 2. de elect.
 cum quis accipit beneficium incompati-
 bile. Idem etiam dicunt Doctores,
 D. Thom. vbi supra, q. 61. art. 3. & ibi
 Caiet. Sor. lib. 1. de iust. q. 6. art. 6. ADR.
 quodlib. 6. q. 1. & alij.

12. Vtrum autem vacent, quando in
 lege dicitur (*sit priuatus ipso facto, absque
 alia declaratione*) dubium est. Couar. de
 matr. p. 1. c. 6. §. 8. n. 8. & Sor. in loco
 cit. multique alij recentiores, tenent,
 non vacare: sed requiri sententiam de-
 claratoriam criminis. Illam autem clau-
 sulam (*sit priuatus ipso facto absque ulla
 declaratione*) intelligendam de declara-
 tione, qua declaratur, poenam esse in-
 cursam, non autem qua declaratur cri-
 men commissum. Quae expositio, etsi
 non nihil videatur violenta; vsus tamen

ipsum eam confirmat: ita enim sunt vsus
 receptae leges huiusmodi, vt ante decla-
 rationem criminis, possessores non te-
 neantur resignare. Imo vsus habet, vt
 nisi executio fiat per sententiam, ita vt
 per eam non solum declarerur crimen,
 sed etiam ipse reus priuetur beneficio,
 vel officio, non censetur omnino priua-
 tus, vt patet ex Couar. vbi si. pr. Vnde
 & leges illae, quae statuunt, vt beneficiū
 ipso iure vacet, vt in extrauag. ambitio-
 sae de reb. eccles. non alien. non videntur
 receptae in illo rigore, vt sponte teneatur
 se reus spoliare.

13. Dices: quam ergo vim habent hu-
 iusmodi constitutiones, quibus aliquis
 ipso iure priuatur officio, vel beneficio,
 siue propter crimen, siue propter adep-
 tionem alterius incompatibilis?

Dubium

Respon. hoc efficere, vt statim amit-
 tat titulum ipsum, ita vt non sit amplius
 dominus beneficij: retinet tamen pos-
 sessionem, qua priuari non potest, nisi
 causa cognita, vt docet glos. cap. licet
 Episcopus, de praebendis in 6. Vnde per-
 mittitur possessio, & vsus, donec secuta
 sententia declaratoria, haec quoque au-
 feratur.

Respo

Ex his sequitur, sententiam, aliaque
 acta talis iudicis non esse irrita, neq;
 iudicium vsurpatum, cum re vera adhuc
 iurisdictionem suam teneat, neque ab
 ea sit suspensus: etsi enim ius illud prius,
 quo iurisdictionem obtinebat, amiserit,
 habet tamen adhuc ius possidendi, &
 vtendi eadem, donec per sententiam
 auferatur.

14. Quoad alteram partem dubitatio-
 nis atinet, omittis opinionibus, quas re-
 censet Paludan. in 4. distinct. 7. quaest. 6.
 art. 2. Respondeo, si habet titulum co-
 loratum, & communi errore putetur le-
 gitimus superior, eius sententia, & alij
 actus iurisdictionis sunt validae.

Ita passim Doctores in cap. nihil, de
 electione, & in l. Barbarius ff. de off.
 praed. Palud. vbi sup. Nauar. in cap. pla-
 cuit, de poenit. dist. 6. num. 180. Medina
 cap. de confess. q. 12. Arragon. 2. 2. q. 60.
 art. 6. & alij multi recentiores, qui id
 docent, non solum de sententia, & actio-
 fori externi, sed etiam fori sacramenta-
 lis, de quo tamen longè maius dubitari
 poterat.

15. Quarto recusatur iudex inimicus. 4. *Inimicus
 cap.*

*Dubium.
 Resp.*

cap. quod suspecti. 3. quest. 5. c. sci-
 scitatus, de rescrip. cap. suspitionis;
 de off. deleg. cap. cum specia de ap-
 pellat. cap. cum oporteat, de accusat.
 iuncta gloss. ibid. v. inimicus. l. aper-
 tissimi. C. de iudicijs. Nauar. in cap. si
 quando num. 2. de rescrip. Couar. lib.
 6. practic. quest. cap. 26. in princip.
 Specul. tit. de accusat. §. causa. Lites
 enim sine suspicione procedere debent:
 ideoque modica causa iudicem ipsum
 repellit, cap. accedens 1. vt lit. non con-
 test. §. cum igitur.

16 Et verò cum inimicitia capitalis est,
 vel saltem grauis, etiam inquisitor in
 causa fidei recusari potest, vt probat Pe-
 gna in dir. inquis. 3. part. com. 30. vers.
 Non quæuis inimicitia, ex Speculo, Fe-
 lino, Ioan. Andrea, & alijs. In cæteris
 vero causis, & criminibus, etiam propter
 inimicitiam non capitale, aut non
 ita grauem iudex recusari potest & licet
 in teste fiat distinctio de inimicitia capi-
 tali, & de reconciliatione de recenti; in
 iudice tamen non procedit, nam etiam è
 leui inimicitia dari potest suspectus, vt
 dicit Ioannes Andreas in cap. num. 1.
 de appellat. in 6. & Crauer. conf. 61. n. 31.
 etiam post reconciliationem, Maranta
 in Specul. 6. part. de appellat. num. 64.
 Cuius ratio firma est illa, quam paulò
 ante diximus, nempe quia facilius inueni-
 untur iudices, quam testes.

Vnde consultius ageret iudex, vt in
 tali casu negotium ad superiorem deferret,
 vel causam alteri Religioso delegaret,
 iuxta notata in cap. si quis contra, de
 foro comp. 17. inimicus autem ex Pegna
 in 3. part. dir. Inquis. com. 116. & ex Far.
 q. 49. num. 1. & seqq. dicitur: 1 qui
 occidit consanguineum alicuius; 2 qui
 conatus est occidere aliquem. 3 qui mi-
 natus est occidere aliquem. 4 qui alicui
 parauit insidias. 5 qui aliquem ac-
 cusauit in causa criminali. 6 qui depo-
 suit contra aliquem, aut deponere vo-
 luit in causa criminali. 7 qui detinuit
 aliquem in vinculis. 8 qui iniurias gra-
 ues in aliquem proculit. 9 qui adulte-
 rium cum alicuius vxore commisit, viro
 ipso reclamante: idem dicas de sorore,
 matre, filij aque, vel nepte. 10 qui mo-
 uit questionem de statu, vel bonis, vel
 magna pecuniarum quantitate. Idem
 de illo, qui aliquem talibus spoliavit.

*Inimicitia
 capitalis
 etiã inquisi-
 torem re-
 pellit.*

*Inimicus
 quis.*

11 qui offendit aliquem in persona, vel
 rebus. 12 qui vulnerauit aliquem, ma-
 xime in facie. 13. descendentes ab ini-
 mico capitali. 14 qui commoratur, &
 admodum familiariter conuersatur cum
 inimicis. 15 qui contraxit amicitiam
 cum inimicis.

18 Quinto recusatur Iudex infamis,
 criminofus, perpetuo furiosus, impubes,
 foemina, seruus, dominus aduersarij, il-
 liusque consanguineus, vel affinis. Ar-
 milla verb. Iudex num. 1.

19 Sexto recusatur Iudex, qui ordinem
 iuris nequaquam seruando, rem ipsum
 grauare veritus non est: aut iuris defen-
 siones illi negando: aut exceptiones non
 admittendo: aut aliquid illi necessarium
 minime concedendo: etiam in crimine
 violatæ Religionis. Dir. Inquis. vbi su-
 pra, de recusatione Inquisitoris, & ibi
 Pegna.

*Qui non
 seruat or-
 dine iuris.*

20 Septimo recusatur Iudex alteri par-
 ti nimium fauens. cap. accedens secund.
 vt lit. non contest. Nauarrus in capit.
 cum contingat, de refer. caul. null. 10.
 num. 5.

*Fauen-
 ti nimium al-
 teri parti-*

21 Dubitatur hic, An Iudex accipiens,
 aliquid pro sententia iuste ferenda pec-
 cet, & ad restitutionem teneatur. Qui-
 dam putant generatim id esse restitu-
 endum. Ita Medin. quest. 26. Nauar. cap. ces.
 17. num. 34. Couarr. ad reg. peccatum. tenetur
 p. 2. §. 3. vnde si alicui datur aliquid, ne ad restitu-
 tionem si sententiam iniustam ferat, id esse resti-
 tuendum: nisi actio, vel omisio debita
 fuerit ex charitate erga proximum, &
 sine vilo sumptu, vel labore possit præ-
 stari. Quod vt distincte explicetur.

*Iudex ac-
 cipiens ali-
 quid, an pec-
 cet, an pec-
 tum. Ita
 tenetur
 restitutionem si
 accipit pro
 iusta sen-
 tentia.*

Dico primo, si opus, vel omisio ex ius-
 titia sint debita proximo, non potest
 pro illis quidquam exigi, & quod accep-
 tum fuerit, est restituendum. Est com-
 munis Doctorum sententia, vide Couarr.
 vbi supra. Medin. vbi sup. & Sor. lib. 4.
 quest. 7. art. 2. Probatur 1 quia mani-
 feste violatur æqualitas, si pro eo, quod
 iam ex iustitia absolutum est debitum,
 aliquid amplius exigatur, vel accipia-
 tur. 2 quia id quod datur pro iustitia
 obtinenda, vel iniuria vitanda, non cen-
 setur dari sponte, sed coacte, & ex metu
 iniuriæ proueniente ab eo, cui datur:
 ergo necessario est restituendum; quia

cenſetur per tacitam quandam iniuriam extorrum: hæc eſt vera ratio, cur ſit reſtituendum.

22 Hinc ſequitur, Iudicem teneri reſtituere id, quod accepit, vt iuſtam ſententiam ferret: Intellige, ſi datum eſt timore iniuriæ, alias non dandum: ſecus ſi inſtar muneris liberalis, vt maiorem, quam ſolet, quamque teneri, diligentiam in cauſa adhibeat.

Vbi aduerte in ſententia iudicis duo conſiderari poſſe, Prius, quod ſit actio maxime utilis, & neceſſaria Reipublicæ, egens multo labore, & examine actoris, & probationum, & magna auctoritate perſonæ. Alterum, quod ſit iuſta. Ratione prioris aliquid pro ſententia à partibus accipi poteſt, ſi alias inſtum ſtipendium non eſt aſſignatum: ſic enim debita eſt ei merces lege iuſtitiz, ſicut & labori Aduocatorum, & Iuriſconſultorum. Ratione alterius, nullum ei debetur ſtipendium: ſed ſuppoſito officio Iudicis, gratis hanc qualitatem in ſua actione procurare debet.

Quod etiam locum habet, cum ea eſt varietas ſententiarum, vt ei liberum ſit vttramlibet partem in iudicando ſequi: vt enim ſententia ſit iuſta, ſemper gratis curandum eſt Iudici.

23 Verum, quia tunc vtraque pars iuſta cenſetur, dubitari poteſt, vtum contra iuſtitiam peccet, ſi aliquid accipiat, vt hanc potius, quam illam in iudicando ſequatur. Viderur, non ita peccare: 1 quia rationes prædictæ hic ceſſant. 2 quia non tenetur ad alteram determinatè, ſed liberum eſt ei ſequi quam maluerit: ergo ſi aliquid accipiat, vt hæc ſequatur potius, quam illam, non facit vlli iniuriam. 3 quia non accipit pretium pro iuſtitia ſententiæ, ſed quia in hac cauſa hanc opinionem præfert iſti, ad quod nullo modo tenebatur. Hoc autem eſt pretio æſtimabile: tum quia vtiliſſimum parti: tum quia ſequendo hanc opinionem amittit fauorem alterius partis, quæ potuiſſet gratificari. 4 quia nemo dixerit, illi parti, à qua Iudex aliquid in hoc caſu accepit, factam eſſe iniuriam: imo paſſim hac mente dantur à partibus, & accipiuntur munera à Iudicibus, vt quantum intra limites iuſtitiz poſſunt, Iudices ſuum fauorem impendant: quamuis hoc ſit valde reprehenſibile, & merito

legibus vindicandum. Idem ſæpe ſit in collatione officiorum ſæcularium. In beneficijs tamen erit ſimonia: quamuis forte iure naturæ non ſit obligatio reſtituendi.

Hæc argumenta, ſi ſolum ius naturæ ſpectetur, faciunt hanc ſententiam ſatis probabilem: Nihilominus legibus id vetitum eſt, quæ etiam poſſunt ad reſtitutionem obligare: imo etiam incapaces reddere dominij rei hoc titulo datæ acquirendi.

24 Sed an Iudex aliquid accipiens pro ſententia iniuſte ferenda, tenetur ad reſtitutionem? Eſt vna ſententia affirmas, quod pro nullo opere, quod per ſe turpe, ſeu peccatum ſit (vt eſt ſententia iniuſte lata, fornicatio, adulterium, homicidiũ) poſſit aliquid accipi: Et ſi quid acceptum eſt, id neceſſario reſtituendum, niſi videatur gratis donatum. Ita Ioannes de Medina Cod. de reſtit. quæſt. 20. & 28, Idem aliquando ſenſit Nauarr. cap. 17. num. 38.

Secunda ſententia eſt, Pretium acceptum pro opere turpi, quod non ſit contra iuſtitiam, non eſſe reſtituendum: ſecus vero ſi ſit contra iuſtitiam. Ita Soc. lib. 4. quæſt. 7. art. 1. ad 2. Tertia ſententia. Acceptum pro omni opere prauo, quod legibus punitur, eſſe reſtituendum: ſecus vero de accepto pro opere, quod leges non puniunt. Ita ſere omnes vtriuſque iuris Doctores relati à Couarr. ad reg. peccatum p. 2. §. 7.

Pro reſolutione Dico

Primo, ſi ſolum ius naturæ ſpectetur, acceptum ob turpem cauſam, ſeu propter opus, quod eſt peccatum, opere impleto, non eſt neceſſario reſtituendum, ſiue illud opus ſit contra iuſtitiam, ſiue non, colligitur ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 32. art. 7. in ca. & quæſt. 62. art. 5. ad 2. vbi docet, poſſe retineri id, quod propter opus malum eſt acceptum. Nec diſtinguit, ſit ne opus illud contra iuſtitiam, an non. Idem docet Caiet. ibid. & Couarr. ad reg. peccatum. §. 2.

Probatur. 1 quia ſi iure naturæ eſſet reſtituendum, deberet reſtitui ei, qui dedit: atqui huic non debet reſtitui, quia in accipiendo nulla huic facta eſt iniuria, libenter enim, & libere dedit pro opere, quod tu facere non tenebaris. 2 quia & ſi opus malum pro quo dedit,

Index accipiens aliquid pro iniuſta ſententia.

Auth. opinio.

non sit æstimabile pretio, quæ malum: tamen quia delectabile, vel vtile vni, & alteri damnosum, periculosum, laboriosum, inter homines pretio æstimatur: ergo quod hac ratione pro eo est acceptum, non est restituendum: nisi forte quis communem æstimacionem excesserit: vsi meretrix, quæ vsuram sui concedere solet vno aureo, ab aliquo iuvene extorserit quinquaginta, tanquam pretium. Hoc tamen locum non habet in ea, quæ putatur honesta: vt si matrona aliqua, vel filia centum aureos pro vsura sui corporis accipiat ab eo, qui dare poterat, retinere potest: nam tanti, & pluris potest suam pudicitiam æstimare. Res enim, quæ certum pretium non habet, nec ad vitam sunt necessaria, sed voluptatis causa queruntur, arbitrio venditoris possunt æstimari, vt probabiliter docet Petrus Nauar. & alij.

Notandum tamen est, Couar. & Caiet. excipere id quod acceptum est à Iudice, vt iniustam sententiam ferat: hoc enim putant iure naturæ esse restituendum: quia iniusta sententia, & peruersio iudicij non est res vendibilis. Sed hæc ratio non est firma: nulla enim est causa; cur magis debeat iure naturæ restitui, quod acceptum fuerit pro iniqua sententia, quam quod pro iniqua occisione, quod tamen etiam illorum iudicio non est necessario restituendum.

Dices, Dñi. August. epist. 54. ad Macedonium ait: *Sceleratius accipi pecuniam pro sententia iniusta, quam pro iusta: pro testimonio falso, quam pro testimonio vero.* Atqui pecunia accepta pro sententia iusta est restituenda: ergo & pro sententia iniusta. Ita Sorus.

Resp. negando consequentiam: Non enim quia aliquid sceleratius est, ideo magis, vel æque obligat ad restitutionem: Hæc enim obligatio non sequitur magnitudinem sceleris, sed damnum per iniuriam datum. At qui accipit pro sententia iniusta, nullam infert iniuriam danti, sicut is qui pro iusta.

Secundo dico, verius etiam videtur neque iure positiuo id necessario restituendum: ita D. Anton. p. 2. tit. 2. cap. 5. in princ. Angel. verb. restitutio. S. rurpe. Sylu. v. restitutio 2. & verb. elemosyna quæst. 4. Nauarr. capit. 17. num. 30. & 36. Couarr. & Caietan. vbi sup. qui tamen

excipiunt id, quod acceptum est à Iudice pro sententia iniqua ferenda: iniuriæ non iuri positiuo, sed naturali: quod supra refutatum est.

Tertio dico, & si hæc sententia verior sit: contraria tamen, quæ censet, id quod acceptum fuerit ob crimen legibus punibile (nisi censeatur donatum) esse restituendum, non est improbabilis. Patet, quia est fere communis omnium iurisperitorum, vt docet Couarr. vbi sup. num. 6. Item Medin. & Nau. olim (licet postea mutarit) & aliorum: habetque rationes ex legibus petitas, vt cunq; probabiles.

25. Sed tunc difficultas est, cui restitutio sit facienda: Sorus, & Couarr. putant, cui faciendum est, esse potius restituendum ei, qui dedit. Couarr. docet, quod communior sententia determinat, esse restituendum pauperibus: nam cum leges non velint restitui illi, qui dedit, & induxit ad maleficiam: neque possit retineri, iuxta hanc sententiam consequens esse videtur (eo quod pactum fuit irritum) vt in pijs causis sit expendendum. Sed re vera hoc potius est salutare consilium, quam præceptum, vt recte docent Anton. Nauarr. & alij.

26. Quod dicimus de muneribus à Iudice acceptis, potest etiam applicari modo suo ad Iudices Regulares, quando à subditis falsis accipiunt vel munera realia, & formalia, vel munera pretio æstimabilia, inter quæ connumerari possunt Quadragesimalia, & alia huiusmodi manuscripta: reliquaria magni pretij, & huiusmodi: tales enim Iudices de hoc conuicti, possunt à reo accusari tanquam suspecti.

27. Octauo recusatut Index, parti, siue aduersario nimium familiaris, & amicus caput. ad hæc, de resc. cap. cum de offic. deleg. Nauar. in cap. cum contingit, de resc. causa 10. nullat. num. 3. & hoc tam ante, quam post litem contestationem, dummodo fiat ante causæ conclusionem. cap. insinuanda, de offic. deleg.

28. Nono, qui non habet iuris peritiam. 9. Non loarg. cap. ex literis de consang. & affin. cap. 1. de poenit. dist. 6. verb. Iudicaria potestas. gloss. c. scilicet, de resc. v. impedimento. I. ad probandum ff. de offic. Ptetor. Quod in Ecclesiasticis maxime

Contraria opinio probabilis.

Restitutio sit facienda.

Iudices regul. alio modo quando accipiunt munera.

8 Familiaris & amicus nimium part. sis.

9 Non loarg. minus iuris peritiam.

time causis observandum fore advertit gloss. in cap. cum nobis, de elect. Illum vero peritissimum esse debere, minime dicimus, sed sufficit, competentem habere scientiam. arg. c. cum nobis, de elect.

Limitatio. 29 Quod si illiteratus quisquam existat, peritiam tamen iudicandam habeat, causa illi committi poterit. l. certi iuris. C. de iudicijs. Talibus postea Assessor datur, etiam ex expensis partium. cap. statutum S. assessorum, de refer. in 6. Syluest. 1. Iudex 1. q. 4. D. Anon. 3. p. tit. 9.

10 *Modum excedens in exequendo.* 30 Decimo recusatur Iudex, qui modum excedit in exequendo. cap. super quaz. ff. S. 2. iuncta gloss. ibid. Stephan. in lib. de recusat. ea. 73. Sed audians isti Ciceronem, qui licet ethnicus, dicit tamen quaedam vere a rectoribus in Oratione pro Cluentio: est sapientis Iudicis, inquit, meminisse se hominem: cogitare sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit, & creditum: & non solum sibi potestatem esse datam, verum & fidem habitam esse: meminisse posse, quem oderit, absolvere; quem non oderit, condemnare: & semper, non quae vult ipse, sed quae lex, & religio cogat cogitare: animadvertere, quae lege reus citetur: de quo reo cognoscere: quae res in quaestione versetur. Cum haec sint videnda: tamen illud est hominis magni, Iudicis, atque sapientis, habere in consilio legem, fidem, religionem, & aequitatem: libidinem autem, & invidiam, metum, cupiditates omnes amovere: maxime affirmare conscientiam, mentis suae, quam a Dijs immortalibus accipimus, quae a nobis disbelli non potest.

Psal. 81. 31 Audiant denique id quod dicit Dauid in psal. 81. Deus stetit in synagoga Deorum &c. ubi ad litteram loquitur de iudicio ferendo: nam ibi introducit Iudices assessores, qui vocantur Dij, in synagoga Deorum. Introducitur reus, cum quo simul stat ipse Deus in iudicio. In medio autem deos diiudicat: quia quando reus vel bene, vel male, iuste, vel iniuste iudicatur, Deus ibi stat, approbando scilicet, vel reprobando sententiam, & eos tanquam iniquos Iudices condemnando.

Verba illa. 32 Hinc solet Iudices, quando dant sententiam, dicere in principio, *De vultu suo iudicium in suo iudicio meum prodeat, oculi tui domini aequitatem.* Quae verba si recte pon-

desarent Iudices, oculatiores essent in danda sententia: talia enim verba tria importent. Primum, *De vultu suo iudicium meum prodeat*, id est, haec sententia adeo iusta sit, ac si ore Dei ipse lata sit, & quod ipsi iudices voce tantum illam expriment. Alterum est: *De vultu suo &c.* id est, ego profero hanc sententiam cum rectitudine tali, ac si praesentem Deum habeam: unde sicut coram Principe aliquem iniuste sententiarum non audeam: sic nec in conspectu Dei. Postremum, *De vultu suo &c.* id est, ego inuoco Deum ipsum in testem pro rectitudine sententiae.

Sed pro dolor, vereor, ne quam plurimis Iudicibus quam rectissime a commodentur ea, quae in eodem psalmo sequuntur, *et sicut quo iudicatis iniquitatem, et facies peccatorum iunxit; Iudicis egeno, et pupillo, lamellam; et pauperem infirmo: eripito pauperem, et egenam de manu peccatoris liberato.*

At quomodo hoc praestabunt haec, qui cum prava voluntate, habent etiam id quod sequitur propheta dicere, *Nescierunt, neque intellexerunt, in conspectu audientium: mouebunt omnia fundamenta terra.* Nam iniquis coram iudicibus mouentur omnia iura, & leges, quibus Imperia, & Principatus firmanur, vel ad litteram, Imperia ipsa, & Principatus, quae iniquis subuerit iudicis, nemo non cognoscit, funditus evertatur.

Gaudent quam plures, & latantur de loco, de gradu, de dignitate; & quod velut terreni Dij a subditis reuerentur: ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Sed ni recte iudicent, sciant, quod ad ipsos conuenit id quod sequitur, *vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus de Principibus cadetis.*

33 Undecimo recusatur Iudex, a quo in II *Qui alias fuit recusatus.* alta causa fuit appellatum, vel quia alias fuit recusatus ab eo, qui appellauit, aut recusauit: t. adhuc. el. primo. & cap. proposuit, de appellat. gloss. c. accusatores. el. 3. q. 5. Nauar. in 10. caus. null. n. 7. cuius ratio firma est illa, quam tradit Nauar. ibid. sub num. 6. nempe, quod qui me grauauit in vno, merito dici potest in respectu in alio, & confirmatur conclusio per c. conf. de restitu. spol. quod habet, posse quem recusare Iudicem, qui extrajudicialiter grauauit, si postea iudicialiter procedere voluerit.

12 *Qui si-* 34 Duodecimo recusatur similem cau-
milis cau- sam habens. cap. causam 2. de iudic. iun-
sam habet. Et glof. parti. enim nimium favorabilis
 esset.

13 *Qui ha-* 35 Tertio decimo. Qui commensalem
bes com- habet aduersæ partis aduocatum. cap.
mensalem ex infinuacione; de appell. glof. cap. ac-
aduocatum culatorios, & 3. q. 5.

14 *Su fra-* 36 Quartodecimo, qui aduersarij sus-
ganens ad- fraganus est, vel de terra illius, cum
uerfarij. partes extra patriam, vel altera saltem
 sit. cap. accedens 2. vt lit. non contest.

15 *Si accu-* 37 Quinto decimo, si accusator, vel tes-
facor de do- tis de domo illius egreditur, seu produ-
mo illius citur. cap. contra factum 4. q. 4. cap. cau-
egreditur. sam, de offic. deleg. l. qui iurisdictioni ff.
 de iurisdic. omnium Iudicum.

16 *Propa-* 38 Sexto decimo, si Iudex propalaue-
lans notã. rit votum suum ad fauorem partis ad-
 uersæ, vel minatus fuerit recusantem.
 Casar de Hassis decil. 39. n. 5. & 9.

17 *Si est* 39 Decimosextimo, recusari potest Iu-
causã pa- dex, eo quod eiusdem patriæ atque ciui-
tricia. tatis sunt ipse, & aduersarius, & in ea-
 dem patria, longe ab hac ciuitate tem-
 pore huius processus morabantur. Quod
 iuxta Nauar. cap. cum conting. de rescr.
 in 10. caus. null. sub num. 4. sufficit ad re-
 cusationem: quia extra patriam conter-
 ranei plus debito se diligere solent, se-
 cundum Io. Andr. & Dom. in cap. legi-
 tima, de appellat. in 6. & specul. in tit.
 de deleg. §. superest ver. Item, & Pa-
 norm. cum Foelin. & commun. c. acce-
 dens 2. vt lit. non contest.

40 Reus igitur, siue secularis sit, siue
 regularis Iudicem aliquo ex supradictis
 modis sibi suspectum recusare potest.
 Nec quia regularis est quis, hoc priuile-
 gio debet priuari, cum hoc sit de iure
 naturæ, & vt diximus in principio huius
 §. ad legitimas pertinet defensionones, vt
 docet Victoria cap. 26. n. 4. vide de hoc
 infra in §. 10. sub num. 21.

41 Cum autem Iudex recusatur, in-
 casus in causa procedere minime debet, nisi fri-
 uola recusatio sit. Illa autem est friuola
 debet pro- la appellatio (dicunt Iuristæ) quæ sine
 oadere. causa legitima interponitur, vt quando
 quis appellat, vbi non est grauatus iniu-
 ste: & sic, idem est dicere, friuolam ap-
 pellationem, quod vanam, & inanem, &
 sine iusta causa interpositam, quæ nulli

poterit sortiri iuris effectum, vt declarat
 Gemin. in c. cum appellationibus col. 2.
 vers. Quarto quid importet, de appell. in
 6. Io. Andr. & Hostiens in c. vt debitus,
 de appell. post glof. in c. pastoralis, de
 offic. deleg.

Quod si fueris ausus procedere, acta
 quauis post recusationem huiusmodi
 sunt nulla ipso iure, vt dicit Nauar. vbi
 supra n. 10. Quod intelligendum esse, &
 afferendum post iustam appellationem,
 docet, ac probat idem Nauar. loco cit. in
 fine. Achilles de Grassis decil. 205. n. 1.
 vide etiam infra in §. 10. per totum.

§. V.

DE EXCEPTIONIBVS

Compta. 208. 210

Magna pars defensionis est inquit *Testes quo-*
 Clarus qu. 54. exceptio, quæ fit modo exci-
 contra testes, à quibus reus grauatur: *piantur.*
 potestque hæc exceptio ex triplici capi-
 te proponi.

1 Primum quorum respicit personam
 ipsorum testium, quia scilicet non essent
 in causa criminali examinandi, sunt enim
 infames, periurij, & similes. Bene verum
 est, quod non sufficit opponere generali-
 ter, quod testes sint periurij, infames, &c. *Infames,*
 & *periurij*
 & *repelluntur.*
 Sed opus est specificare locum, & tem-
 pus commissi delicti, & circumstantias.
 Sunt qui dicant, quod excipiens repea-
 tur etiam probare, quod ille testis, quem
 dicit esse infamem, communi omnium
 opinione esset tentus, & reputatus pro
 tali, sic Bart. in l. 1. n. 4. C. de testib. Sed
 opinio in contrarium est magis commu-
 nis, nempe quod sufficiat probare, quod
 est infamis ex tali causa, vel tali crimi-
 ne: absque eo, quod dicatur, quod pro
 tali reputabatur. Et ita attestatur Alex.
 conf. 152. num. 16. lib. 5. quem refert
 Crocius, de testib. num. 4. in fin.

2 Cauent tamen illi, inquit Clarus *Non pro-*
 vbi supra: qui opponunt contra testes, *bantes cri-*
 & non habent in promptu probationes *mima oppo-*
 criminum oppositorum: quia si non pro- *sita, tenent*
 bant crimina opposita, tenentur actione *tur actione*
 iniuriarum: & est communis opinio, vt *iniuriarum.*
 dicit Boss. in tit. de iniur. num. 21.

Nam generaliter obijciens aliquod
 crimen in iudicio: siue agendo, siue ex-
 cipiendo; si illud probat, non tenetur:

Un hoc conveniunt omnes, vt dicit Boerius consil. 4. num. 37. Si vero non probat, tenetur: etiam excipiendo illud proposuerit: & est communis opinio, vt dicit Boerius vbi supra in fine. Dicit tamen ibi post num. 49. quod de generali consuetudine Regni Franciæ, ille, qui opponit, excipiendo contra testes, non tenetur, etiam si non probet. Et Clar. ipse dicit, quod ipse nunquam vidit super hoc procedi. Semper autem aduocati in exceptionibus, quas faciunt contra ipsos testes, apponi faciunt protestationem, quod citra animum iniuriandi &c. prout etiam communiter fieri solere attestatur Boerius in consil. præalleg. n. 23.

Testes non iurati re- pelluntur.
3 Secundum caput exceptionum contra testes respicit processum ipsarum attestatorum, quia scilicet testes ipsi minus legitime recepti sint, puta, quia sine iuramento deposuerunt. Vel alias minus legitime examinati fuerint, non seruatis seruandis. Vel quia forte recepti fuerint super generali inquisitione: quo casu fidem non faciunt, nisi repetantur, vt dicit Iulius Clarus in quest. 11. vers. Item quæro.

4 Tertium caput exceptionum respicit dicta, seu depositiones ipsorum testium: puta quia sunt falsi, contrarij, singulares, & quod non concludenter deponant, vel huiusmodi: de quibus infra in hoc eodem §. sub num. 9.

Reus potest capitulare contrarij.
5 Reus igitur potest se defendere excipiendo testes, & capitulando contrarij, & pro viribus probare intentionem suam: & stabitur postea testibus suis, si erunt digniores, & verisimiliora depo-

Testibus pro reo quæ stabitur.
 nent: vel etiam si erunt plures, cap. in nostra, de testib. vbi etiam glos. & Doctores: alias stabitur testibus accusatoris, seu actoris dignioribus, & verisimiliora deponentibus contra reum, & vbi sit paritas in dubio, iudicandum est pro reo, præualentibus eius testibus, vt docet Bos. tit. de defens. reor. num. 7.

Imo amplius, etiam quod præualeant testes actoris, adhuc pro reo iudicandū esset, vt habetur per glossam notab. in cap. clerici 81. distinct. vbi duo laici, qui deponunt ad fauorem rei, præferuntur duobus clericis, qui stabant pro accusatore: atque ita qualitas clericatus non tollit reo prærogatiuam absolutio-

nis: & ita inquit Abbas in capite ex literis, & in cap. ad nostram ext. de probat. Bos. loc. prox. cit. num. 8. & 9.

Qui tamen subdit, esse in facultate iudicis, etiam in hoc casu magis credere testibus actoris, exprimendo causam maioris credulitatis: & maxime quando atrocitas delicti, qualitas accusatoris, & natura testium faceret eum inclinare pro accusatore.

Judicis arb.
6 Dubitatur vero, si reus non probat plene intentionem suam, quid operabitur eius imperfecta probatio?

Probatio- nes imper- fecta quid probent.
 Respondeo, quod quando probationes sunt de directo contrarij, plena probatio actoris confundit minus plenam ipsius rei: secus autem si inuicem admittantur: atque adeo vbi reus diceret, Non occidi, aut furtum feci, & ita probaret debilius, nihil faceret.

Sed si diceret, occidi, sed id feci ad meam defensionem: vel vulneraui, sed ipse decessit à vita ex malo regimine: aut diceret, rem alienam subtraxi, sed cum voluntate domini: vel quia in extrema necessitate eam constitutus: tunc vnus testis integer redderet rem accusatoris, vel iudicis inquirentis ita dubiam, quod reus absolueretur.

7 Verum, vt plenior cognitio de qualitate testium hic habeatur, sciendum, quod multi secundum iura testificari prohibentur:

Primo in causis criminalibus iure canonico repellitur mulier, ob fragilitatem sexus, & ingenij mutabilitatem, cap. forum, sub fin. de verb. sig. & cap. mulierem 33. q. 5. Iure tamen ciuili in omni causa admittitur. lex eo ff. de test. præterquam in testamento. I. qui testamento §. mulier ff. qui testam. facere possunt. Hoc autem limitatur, vt procedat quoad probationem, scilicet, vt quis condemnatur: nam quoad inquisitionem possunt assumi mulieres in testes contra clericos quando sumuntur informationes contra ipsos, vt inquit glos. per illum tex. in cap. quoniam ext. de test. & ibi Doctores: licet postea eorum dicta non habeant vim ad illos condemnandos.

Testis excludi- piendo eorum qualitates. Mulier ubi potest esse testis.
**Minor 25. annis non potest esse testis.
 Secundo repellitur minor viginti annis. I. in testimonium ff. de testibus: dicendum tamen eius facit indicium ad capiendam informationem, non tamen ad iuramentum, vt docet Gomezius, vnde non est ve-**

est verum quod tradit Syll. v. testis q. 1. dicitur scilicet impuberis facere iudicium ad torturam: si tamen sit puer (id est, quatuordecim annorum in masculo, duodecim in femina) admittitur in ciuilibus.

Inimicus non potest esse testis. Tertio, inimicus eius, contra quem testimonium dicitur, si inimicitia est capitalis, secundum Clarum in quest. 4. ver. Item quarto, alias secus, cap. accusatores el. primo, & duobus seqq. 3. q. 5. Etiam in criminibus exceptis, cap. per tuas de simonia. Crauer. cons. 9. num. 60. Etiam in crimine violatae religionis. Paris. cons. 3. num. 61. Et nedum inimici veri, sed etiam praesumpti. Taf. cons. 167. num. 8. lib. 4. licet inimicitia publica minime sit. Marsil. sing. 178. post Bart. in l. 1. ff. de his, quibus, vt iud. Farinac. q. 53. nu. 15. Etiam si reconciliati sint. cap. accusatores el. primo 3. q. 5.

Quarto, ascendentes & descendentes accusatoris: item collaterales: sed hiantur vsque ad quartum gradum, vt docet Gomezus. Aduerte tamen, coniuncti non sanguineos, & affines rei interdum admissi esse mitti posse ad reum defendendum, eiusque innocentiam probandam, sic enim habet vsus, teste Claro q. 40. n. 12.

Confessio non potest esse testis. Quinto, domesticus ipsius producetis. Sexto, infamis infamia iuris, qualis est infamis omnis, qui de crimine aliquo est damnatus. Infamis autem factio, etiam regulariter repellitur: potest tamen interdum admitti in subsidium, quando aliter veritas cognosci nequit, sed cum tortura, vt docet Clarus vbi supra num. 13.

Domesticus neque. Septimo periuirus, qui in aliqua causa possunt esse falsum cum iuramento deposuit: qui enim semel peierauit, putatur facile secundo peieraturus.

Periuiri non possunt esse testis. Octauo, socius criminis. I. fin. C. de accusat. & cap. veniens de test. Ratio est, quia hic facile alium nominabit: vel quia eius privilegio veniam sperat, vel quia odio cupit illum eodem supplicio perire, vt habetur in d. l. fin.

Non criminis non possunt esse testes. In criminibus autem exceptis admittitur socius, vt idoneus testis, vt in fixaretur, in crimine lesae Maiestatis, falsae monetae, maleficio, sortilegio, sodomia, & furto famoso. Addit Gomezus num. 16. Idem dicendum in delictis, quae non possunt sine socio committi. Itaque in huiusmodi, depositio socij non solum

Limicatur etiam sufficiens iudicium ad torturam, sed etiam erit semiplena probatio, & accedente alio socio, qui idem deponat, erit plena probatio, & poterit reus condemnari, vt docet Cynus in d. l. vlt. C. de accusat. & Panor. in c. 1. de confessis. Debet tamen haec depositio fieri aequam a teste, nempe cum iuramento, & citata parte: cui etiam danda est copia depositionis, vt possit se defendere.

Nono, persona vilis, & inops, de qua pauperis suspicio est, facile posse pecunia corrumperumpi, & est communis opinio. Clar. q. testis. 24. vers. Quarto etiam. Quod tamen intelligitur de paupere, & turpi persona: secus autem si sit persona honesta vitae, & bonae conditionis, & famae: vide l. 3. & 4. ff. de test. Quis autem dicatur pauper, statur iudicio iudicis.

Haec autem exceptio, licet prima facie non videatur posse habere locum inter Regulares, qui paupertatis votum emisserunt; aliquando tamen possent habere locum respectu parentum, & consanguineorum egenorum, quando fortasse ab aduersario notabiliter fuissent adiuti: ex quo postea motus consanguineus regularis, testificatur in fauorem accusantis. Sed hoc arbitrio Iudicis stat.

Decimo, Conspiratores etiam repelluntur: & sunt illi, qui ex pacto conuenerunt, vt vnus accuset, seu denunciaret, & reliqui sint testes, quorum accusatio, & testimonium, non solum admittenda non sunt; verum & Praeclari tales debent grauius puniri, tanquam impostores, & Republicae perturbatores: vnde ex sacris sanctionibus tales priuandi, & deponendi sunt. Vide cap. cum I. & Al. de sent. & re iudic. cap. per tuas, de Simonia, cum glos. c. conspirationum, cap. confurationum, c. si qui Clerici, vel Monachi, cap. si cleric. & c. si qui olericorum. 11. q. 1.

Vndecimo, laici contra clericos repelluntur, cap. nullus 2. q. 7. cap. beatus 6. tra Clerici q. 1. c. Sacerdos, ead. q. cap. de cetero, de cor non p. testibus, quamuis sint tutum in minori. Foelini in cap. de cetero, vbi sup. Neque clericus contra laicum in criminalibus. Farinac. q. 61. n. 59.

Duodecimo, mente captus, aut furiosus repellitur: nisi habeat lucida intervalla. Syll. v. testis vers. dicitur.

Decimo tertio, pupillus etiam repellitur

Pupillus hinc fecundum Clarum in q. 24. verſ. vi-
non poteſt di quandoque, qui tamen, licet non poſ-
ſe teſtis. ſit eſſe teſtis ad condemnandum; poteſt
 tamen eſſe teſtis ad inquirendū, & facit
 iudiciū, maxime in criminalibus atrocibus
 ad veritatem indicandam; dummo-
 do deponat de rebus, quas vidit proxi-
 mus pubertati, & de illis, quæ eo tempo-
 re intelligere poterat, alias ſecus. Eſt
 autem indubitatum apud omnes, quod
 factus pubes poteſt teſtificari de his, quæ
 vidit in pupillari ætate, & eſt communis
 opinio, vt dicit Calcan. conf. 110. poſt n.
 8. verſ. nec obſtat.

Teſtes inha- Circa tamen teſtes aduertenda ſunt
biles quan- tria, Primum, quod teſtes inhabiles poſ-
do poſſunt ſunt, & debent admitti in criminalibus
& debent ad deſenſam rei, vt per ſpecul. in titulo
admitti. de teſtibus §. 1. verſ. ſed nunquid.

Quod tamen intelligitur, vt non pro-
 bent plene, ſed vt deinde, in ſpecta facti,
 & perſonarum qualitate, iudicis ipſius
 arbitrio relinquatur, quanta ſit eis adhi-
 benda fides. Secundum eſt, quod in re-
 bus difficilis probationis, quando veri-
 tas delicti aliter haberi non poteſt, ad-
 mittuntur teſtes inhabiles, ne delicta de-
 ſectu probationum impunita remaneāt;
 & eſt regula, quod quando ex natura
 facti, alij teſtes haberi non poſſunt, ad-
 mittantur teſtes, qui alias prohibentur,
 vt tradit Decius conf. 342. num. 9. Clar.
 q. 24. verſ. ſciendum eſt tamen, & Carer.
 fol. 63. n. 45.

Quoniam in his, quæ ſunt difficilis
 probationis admittuntur probationes
 minus legitimæ, & præſumptiones, &
 tales probationes dicuntur claræ, & le-
 gitimæ, vt dicit Alex. conf. 24. & conf.
 69. in 2. vol. Cacer. vbi ſupra num. 32.

Quod intelligitur, quando res & fac-
 tum de ſui natura actu, & habitu eſſet
 talis, quod per alios teſtes, quam inhabi-
 les probari non poſſit: ita quod veriſi-
 milititer alij teſtes ad eſſe non poſſent, vt
 inquit Ant. de Butt. in cap. 3. ext. de pro-
 bar. Marſil. ſing. 33. Roland. conf. 24.
 num. 67.

Nam vbi de natura actus potuiſſent
 regulariter ad eſſe teſtes habiles, ſi non
 interſuerunt, non per hoc inhabiles, qui
 interſuerunt, admitti non debent. Facit
 ad hoc id, quod tradit Abbas in cap. de
 cætero ext. de teſtibus, qui inquit, quod
 quando delictum, de quo clericus accu-

ſatur, commiſſum eſſet in loco, in quo
 non eſſent clerici; tunc laici poſſent eſſe
 teſtes contra clericum. Sequitur Iaſon.
 in l. fin. Cod. de his quibus vt indignis.
 Decius conf. 133. col. vlt. cum alijs.

Tertium eſt, quod cum huiusmodi
 inhabilitates ſint vt plurimum inducæ
 à iure ciuili, & canonico, ſicque ſint iu-
 ris, ſolemnitates, & iuris apices huius-
 modi, & ſolemnitates in puniendis
 Regularium exceſſibus non ſunt obser-
 uandæ, ſicut concedit Bonifacius VIII.
 Ordini Fratrum Minorum in hæc verba:

*Nos veſtris pijs ſupplicationibus inclinati,
 vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus, vt
 ad correptiones, & poenitentias Fratrum eius-
 dem Ordinis delinquentium in ſiſtigedas, Præ-
 lati Ordinis ſupradicti, ad quos ea ſpectant
 moſtætur, rimulæ iuris, & apicibus eius poſt-
 poſitis, libere procedere valeant, ſecundum
 conſuetudines approbatas, & generalia facta,
 & faciendæ Ordinis ſtatuta.* Et ne huius-
 modi priuilegium aditum maioræ, vt
 aiunt, præbeat admittendi crimina, id
 totum erit iudicis arbitrio relinquendū,
 vt in ſimili inquit Panorm. in cap. de cæ-
 tero ext. de teſt. & maxime cum S. An-
 tonin. & Syl. velint, quod Prælati poſſint
 admittere teſtes alias inhabiles.

Et certe ſi in Religionibus non admit-
 terentur huiusmodi teſtium inhabilita-
 tes, & maxime mulierum, & laicorum,
 infinita Religioſorum crimina remane-
 rent impunita. Quin imo animum ſu-
 merent quam plurimi Regulares perpe-
 trandi multa crimina, præſertim carna-
 lia, & inhoneſta, in grauiffimam perni-
 ciam, tum Religionis, tum animarum,
 ipſorum Regularium. Omnia ergo præ-
 dicta ponderet reus, ſi non vult errare in
 exceptionibus faciendis.

9 Poteſt etiam repellī teſtis, ſi in ſua de-
 poſitione conuincitur, falſum dixiſſe, non poteſt
 vnde tanquam periuro, nulla fides ei
 adhibenda, vt tradit Alex. conf. 152. n.
 10. lib. 7. qui atteſtatur hanc eſſe com-
 munem.

Dubium tamen eſt, quando teſtis in *Dubium.*
 vno falſum dixit, nunquid eius de poſitio
 vitabitur in totum, ita vt nullam prorsus
 fidem faciat? Reſpon. cum Alex. Reſp.
 in l. ſi ex falſis Cod. de tranſact. quod
 ſic, & dicit, hanc eſſe communem Doc-
 torum ſententiam: cuius ratio eſt, quia
 iuramentum indiuiſibile eſt: vnde meri-
 to vbi

to ubi testis in vno est suspectus, totum eius testimonium redditur suspectum: & quando eius dictum in vno reprobat, non creditur ei neq; in alijs, vt tradit Clarus in q. 53. vers. sed quero, qui plures allegat, dicentes hanc esse communem opinionem. Quam conclusionem ipse Clarus extendit, vt procedat, siue capitula super quibus tales testes deponunt, sint separata, siue sint coniuncta, & connexa: nam veroque casu, eius testimonium tanquam vnicum, & super vnico iuramento fundatum, nihil valet.

Limitas.

Limitatur hæc concl. vt intelligatur, quando testis falsum deposuit circa factum principale, vel qualitates substantiales; secus autem si circa alia extrinseca, & accessoria: nam eo casu non dicitur falsus, nec vitatur eius dictum, vt dicit Alex. in cons. 23. num. 19. lib. 5. Decius in cons. 105. num. 2. quos refert, & sequitur Clarus vbi sup. vers. scias tamē, qui in versu sequenti dicit, quod prædicta omnia locum habent, quando vnus testis ab alijs de falso conuincitur. Sed quando ipsemet testis vnus dixit aliquando, & modo totum oppositam testificatur: magna est altercatio inter scribentes, an ei sit credendum, & an standum sit primæ, vel secundæ depositioni: & quia Doctores confusē circa hoc loquuntur: propterea ipse Clarus distinguit plures casus, quos hic libuit transcribere.

Plures casus notat.
10. Primus casus est, quando testis vnus dixit extra iudicium: deinde in iudicio contrarium deposuit: & in hoc casu standum est secundæ depositioni factæ in iudicio, & hanc dicit esse communem opinionem, & allegat plures eam tenentes, & in specie Forlinus in capit. cū in tua num. 10. ext. de testibus, qui attestatur, quod hæc pars est communior, & verior.

Bene verum est, quod si testis, illud, quod dixit extra iudicialiter, dixisset cū iuramento, deinde contrarium etiam deposuisset in iudicio cum iuramento; tūc forte procederet opinio, quam tenuit Bart. in l. eos ff. de falsis, quod scilicet possit de periurio condemnari: ex quo reperitur positus inter duo iuramenta contraria.

Quam opinionem esse communem,

dicit Cameraa in suo cons. matrimoniales post cons. Zabarella num. 5. quam etiam se vidisse in practica obseruari, attestatur Boss. in tit. de oppos. contra test. num. 3.

11. Secundus casus est quando testis deponit vnum in iudicio cum iuramento: deinde extra iudicialiter illud dictum reuocauit: & tunc standum est eius primo dicto iudiciali. Et hanc inquit Boss. esse communem opinionem plures allegando eam tenentes.

Quod etiam procedit, etiam si talem reuocationem faceret testis iste in articulo mortis constitutus, vt videretur tenere Bart. in l. si quis graui, §. si quis moriens in vltim. vers. ad ff. de Syllan. qui in hoc casu communiter probatur, vt inquit in l. sciendum, num. 53. in fin. ff. de verb. obligat.

12. Tertius casus est, quando testis in vno iudicio deponit contrarium eius, quod deposuerat in alio iudicio: & in hoc casu, cum vtrumque dictum sit iuratum: certum est, quod tanquam falsius puniri potest. Hæc est communis opinio, vt inquit Cameraa in cons. 3. n. 3. & in hoc nulla est difficultas. Sed difficultas est, quodnam dictum attendi debet, primum, an secundum? Et in hoc *Dubium* variz sunt opiniones. Aliqui dicunt, Responsum quod ex quo apparet, quod in altero dictum est falsum, ei non creditur, neque in vna, neque in alia causa. Alij vero dicunt, quod etsi testis reuocet primum dictum in iudicio, statur primo dicto: & hæc dicit esse communem opinionem Alciatus de præsump. in 2. reg. præsump. 29. num. 7. Quæ opinio placet Claro, quia cum ex primo dicto iudiciali iurato quæsitum sit ius pareri, non debet illud sine eius culpa, vel facto auferri. Debilitatur tamen primum dictum quoad fidem probationis: & hanc dicit esse communem opinionem Decius in cons. 189. col. 3. prout illum refert Boss. ut de opposit. cont. testes.

Sed quid si testis in primo iudicio dixerit, se nihil scire, deinde in secundo iudicio deponat de veritate facti? Responsum Clarus in quæst. 53. vers. sed quid si testis, quod nihil probat, quod ita tenent Doctores, nullo discrepante.

13. Quartus casus est, quando testis eadem instantia, & inter easdem partes, sit

Uterque personarum contraria testimonia deposuit. In hoc puncto est distinguendum: nam aut testis est sibi contrarius in eadem depositione, aut in alia depositione contradicit primæ suæ depositioni.

Si est contrarius in eadem depositione, dic quod aut testis contraria deposuit in eadem depositione, & examinae sine iusta correctionis causa, & tunc illi prorsus non creditur. Et hoc omnes passim faciunt. Neque etiam reducitur ad concordiam, ut per hoc non solum sit manifesta contrarietas, & non de facili concordabilis, sed etiam si sit aliquando compatibilis. Et hanc inquit esse communem opinionem Crotus de testib. nu. 328. & Alex. conf. 10. num. 3. lib. 4. Et ipse Clarus attestatur hanc esse opinionem tutioram, & magis comunem. Aut vero deposuit contraria in diuersis examinationibus, & tunc aut deposuit contrarium secundo loco, non dicendo in specie, se errasse in prima depositione, sed simpliciter loquendo: & tunc, si secundum dictum comparitur cum primo, debet, quantum fieri potest, reduci ad concordiam, & in hoc conueniunt communiter Doctores. Aut ipsemet testis dicit, se velle seu n. primum dictum corrigere: & tunc si illud vult facere in continenti, est admittendus capit. præterea ext. de testib. cog.

Et dicitur hoc casu in continenti, anrequam testis ipse alloquatur partem: & hoc comuniter attestatur obseruari Felin. d. capit. præterea num. 9. quem refert Capicinus decis. 141. Si vero vult illud corrigere ex intervallo, non auditur, sed tanquam periurus, & falsarius puniri debet. Et in hoc conueniunt omnes Doctores: standum tamen est primæ eius depositioni.

Subdit tamen Clarus vbi sup. in vers. Ego etiam puto, quod in huiusmodi reuocationibus multum tribuendum est arbitrio Iudicis, qui considerare poterit ex illis depositionibus contrarijs, quæ videatur magis verisimilis, & cum qua concurrant plura adminicula, & illi ad hæzere: præsertim, vbi subesser aliqua species subornationis.

Scias tamen, quod si testis primo loco deposuit per verbum, credo, & secundo loco deponit per verbum assertiuum veritatis: eo casu semper standum est se-

cundo dicto: ita inquit Glossa in l. de tutela vers. proba. Cod. de integr. restit. minor. quæ communiter approbatur, vt inquit Clarus in dict. q. 53. vers. verum etiam volo.

Quintus casus est, quando testis non s. *Casus.* contrariatur de directo suæ depositioni, sed negat, ita se deposuisse, prout à Notario scriptum reperitur: & tunc distinguendum est: nam aut tractatur de puniendo testem de falso: & hoc casu tantum creditur testi, quantum Notario: aut tractatur, cui plus credendum sit, an Notario, qui dicit, ita testem deposuisse, vt scriptum est, an testi id neganti, & tunc plus creditur Notario.

Ad evitandas tamen omnes contro- *Causela 2.* uersias bonum esset, quod Iudices assisterent Notarijs recipientibus dicta testium: nam eo casu non auditur postea testis, dicens, se non ita deposuisse, sicut à Notario scriptum est, præse Iudice. Imo si contrarium postea deponit, potest de falso puniri, vt inquit Clar. ibi.

Hinc optima cautela traditur à Doctoribus, vt testi relegatur eius depositio, quam si confirmat, scribatur à Notario, sic, & si relectum confirmauit, faciat testem subscribere propria manu si scribere: sed si nescit scribere, faciat aliquod signum, puta cruce[m], & dicat signum N. testis, scribere nescientis: nam tunc testi neganti, se non deposuisse, prout scriptum est à Notario, non ita de facili creditur.

15 Sed quid si plures testes inter se dis- *Testes plu-* senserint? S. Thom. vt refert Sorus lib. *res quando* 5. de iust. quæst. 2. art. 2. constituit hanc *dissentiunt,* regulam. Si testes actoris, & testes rei *quid agendum.* ad inuicem fuerint discrepantes: tunc, cæteris paribus, standum est à parte rei: quoniam cum melior sit conditio possidentis, Iudex propensior esse debet ad absoluendum, quam ad condemnandum: nisi testis pro actore faciens, aliqua magna auctoritate, & dignitate, vel probitate emineret.

Si vero testes eiusdem partis inter se dissenserint, & pariter testes alterius partis inter se: tunc Iudex vtri partium assentiri debeat, ex multis potest pendere, vel ex numero testium, vel ex dignitate, vel ex favore causæ: aut si agatur de libertate alicuius, & de alijs negotiorum qualitatibus. Hæc S. Thom.

Et quando testes sunt contrarii, creditur testibus verisimiliora, & aptiora deponentibus. Et de hac materia videatur etiam S. Anton. 3. p. tit. 9 §. 20. Cepol. conf. 1. & conf. 62. Marfil. in sing. 278. Carer. in tract. fol. 38. num. 6.

At vero quando testes discrepant in aliquibus circumstantiis; quæ ad substantiam causæ parum afferunt momenti; tunc inquit S. Thom. & Sor. ubi sup, quod non ideo testimonium eorum infirmatur; ut puta si vnus dicat, commisisse vna hora, veluti hora tertia, & alius dicat, hora quarta: vel quod tempus erat obnubilosum, & alius, quod erat subclarum: aut quod domus erat depicta, aut secus, ad quas circumstantias non solent homines esse attentæ. Secus vero esset, si testes discrepant in substantia actus, ut puta, quia vnus dicit, quod percussit alapa, & alius quod percussit fuste: vel in loco, & tempore, quæ sunt proximæ actionum, quia vnus dicit, quod fuit mane, & alius quod fuit sero, aut in agro; tunc enim, aut testimonium refuratur, aut non satis ad sententiam facere censetur: quandoquidem iudicantur ut testes singulares; hoc est, de diuersis actibus loqui, maxime si assertiue loquantur tanquam de rebus certis; nam si vnus dicat, se non meminisse; non vsque adeo inficiatur eius testimonium,

Testes ut plene probent 4. requirunt 1.

16 Pro maiori autem intelligentia eorum, quæ vltimo loco dicta sunt, sciendum, quod ut testes plene probent, requiruntur. 1. ut deponant iurati. 2. de eodem facto. 3. quod sensu externo illud perceperint; verbi gratia, quod viderint occidentem, furantem, audierint blasphemantem, &c. 4. ut sint omni exceptione maiores.

Primum ut sint iurati, capit. nuper de testib. Ratio est, quia absque iuramento facilius est mentiri, quam cum iuramento: diuini enim numinis reuerentia prohibet mentiri iuratum,

Secundum, ut de eodem facto, quia alioquin non erunt cõntestis, sed testes singulares, quorum alter alterius dictum non confirmat, sed vterque suum tantum; & sic erit probatio tantum per vnum testem: vnde debent conuenire in tempore, loco, & delicti specie: nam ex diuerso tempore, & loco, colligitur, non esse idem factum, de quo deponunt;

Sitamen alter exprimat eorum dictum alter vero dicat, se non meminisse, valet secus tamen, si alium diem exprimeret; tunc enim putaretur aliud factum: nisi ipsum sit tale, ut non possit bis fieri.

Vnde sequitur, si vnus deponat de vna propositione hæretica asserta à teo, & alius de alia, non plene probari hunc esse hæreticum, quia neutra hæresis est plene probata. Quare fallitur Gomezius, & Iurisperiti, quos ipse citat in capit. 12. num. 12. contrarium abique sita ratione, vel textu tenentes; nam, quod ipsi dicunt, hæresim cõtinerere multas species, ac proinde, si vnus testis deponat de vna hæresi, & alius de alia, plene probari delictum in genere, quod ex speciebus resultat: idem dici potest de furto, & reliquis delictis. Fatendum est tamen, huiusmodi probationem esse plus quam semiplenam, nam vtraque est semiplena: sed quia sunt de factis diuersis, non possunt vnam plenam conficere: altera tamen alteri dat nouum iudicium, seu suspicionem. Vide Sessium de accusatore, & teste, dub. 4. Quod si duo de eadem hæresi deponant, & solum in tempore discrepent, plene probant, quia in substantia delicti conueniunt: & quamuis non sit idem numero significatum, habetur pro eodem actu; imo discrepantia temporis interdum facit ad maiorem fidem,

Tertium est, ut sensu externo perceperint. l. sola. Cod. de testib. vbi gloss, & Doctores, capit. si testes. §. solum. 4. quaest. 3. Ratio est, quia non possunt esse certi de facto externo, nisi per aliquem sensum; vnde si solum ab alijs audierint, non probant plene: sed solum faciunt iudicium ad inquirendum.

Quartum est, ut sit omni exceptione maior, quales sunt illi, contra quos nihil potest iure opponi.

17 Est tamen bene notandum, quod testi testis minus idoneus non probet semiplene: facit tamen aliquod iudicium, quod cum alijs coniunctum sufficiat ad toruram: nisi repellatur ob subiectio-nem, vel reuerentiam, quam debet accusatori: ut si sit seruus, vel liberus, vel filius: tunc enim nullam facit iudiciu, similiter si ob grauem inimicitiam.

Testis inhabilis facit iudiciu.

Denique, si repellatur, eo quod sit receptus ante litem contestatam, val

partis non habet, et hoc enim casu attestaciones non valent, cap. quod hiam, vt. lites non contest. præterquam in casibus ibidem, & in Glos. exceptis.

Quidam tamen dicunt, testes minus idoneos non facero yllum indicium, si tempore depositionis pars opposuit exceptionem inhabilitatis, idque probat Gomezius, vbi supra, num. 20. sed non puto receptum in præxi.

18 Aduertendum est etiam id quod diximus supra in hoc eodem §. num. 8. quod testes minus idonei admittuntur tanquam idonei, quando delictum est commissum eo loco, & tempore, vbi copia testium haberi nequit, vt in campo, silua, cubiculo, monte, vel nocturno tempore: cui ratio addimus, & nisi aliter testium sit, vt si dignus fide: tunc enim potest suppleri defectum, qui est in altero minus idoneo, ita vt simul efficiant plenam probationem, vt tenet Bald. in l. si quis ex argentarijs §. 1. Cod. de edendo, & Doctores alij ibide.

Testium 19 Interrogabis. An licitum sit reo crimina & occulta crimina testium detegere ad laesam l. et benefactandam eorum testimonium. Aliquando suo proprio. Ad hoc dico plura;

Primo, quod si illa crimina valeant ad infirmandum testimonium, non est contra iustitiam ex aperire: maxime si alius modus illius repellendi sit incommodus: est communis Doctorum sententia. Vide Sor. lib. 5. de iust. quæst. 7. art. 3. & Clarum quæst. 24. Ratio est, quia quisque potest seipsum tueri cum iusto moderamine eodem genere armorum, quo oppugnatur: nec aliter potest conueniri de iniuria, cum sit inuasor, & sponte huic periculo se exponat, hoc ipso, quo testatur, vel accusat.

Talia crimina sunt, perurium, crimen falsi, & omnia, ob quæ incurritur ipso facto excommunicatio, si nondum est absolutus: denique omnia, ob quæ incurritur infamia iuris, vel facti.

Secundo dico, quod fieri potest, vt sit contra charitatem talia crimina patefacere. Primo, si testis sponte non se ingessit, sed coactus à Iudice: & crimen, quod ei obijcitur, est graue, ob quod capere est peccandum, vel iniuriosum: causa vero rei non sit magni momenti. Quod si sponte se obtulisset ad testificandum, non esset tanta ratio habenda istius in-

comodi: sibi enim imputare debet illud detrimentum, quod per alterius exceptionem incurrit. Secundo, si alia ratione minus noxia poterit eum repellere, vt si sit consanguineus, vel affinis actoris, vel de eius familia: si testis sit tibi inimicus, vel pauper: si mente non firma, si impuber: & in causa criminali si nondum est viginti annorum: de quibus supra dictum est.

Dices. Quando reus testem aliter repellere potest, videtur esse contra iustitiam, si occulta eius crimina pandat: quia si ratione minus noxia se possit tueri: non habet ius vtendi defensione nocentiore: sicut qui inuasorem minore incommodo potest repellere, non potest ei grauem læsionem irrogare.

Respondeo, reum habere ius repellendi testem quocumque modo magis idoneo: cum testis, hoc ipso, quo vult testari, videatur cedere iuri suo, & permittere seo, vt omni modo, qui ipsi erit commodior, se tueatur.

In illo tamen modo tenetur non excedere debitam moderationem: sicut is, qui inuaditur armis, non tenetur ex iustitia fugere, aut terrere inuasorem clamoribus: Præsertim quando hæc decore facere non potest: sed potest se armis tueri, faciendo id, quod necessarium est ad euasione: quamuis aliquando ex charitate possit obligari, vt alio modo vtatur.

20 Petes, An si reus impingat accusatori crimen mendacij, seu calumniæ, an peccet impeccet, & teneatur ad restitutionem? Ad hoc dico primo, quod reus saltem ex charitate tenetur ita respondere, & se quod erime defendere, vt quam minimum accusatorem lædat: vt si de occulto accusetur, sufficit, vt simpliciter neget. Quare abstinentum est ab illa verborum asperitate, quæ calumniæ, vel mendacij crimen accusatori ingeritur: nam contra charitatem est, si primo maius malum inferas, quam ad tui defensionem sit necessarium.

Secundo dico, reus accusatus de crimine, quod iuridice probari nequit, non peccat contra iustitiam, etiam si neget crimen: imo etiam si dicat, accusatorem mentiri, & calumniari: ita Sylu. verb. test. 3. quæst. 3. Nauarr. cap. 18. num. 49. Petr. Nau. lib. 2. cap. 4. num. 348. & collig-

colligitur ex D. Th. 2. 2. quæst. 69. art. 2. vbi dicit reum se posse tueri quacunque via, modo non dicat mendacium: atqui, dum dicit, talem accusatorem mentiri, & calumniari, non dicit mendaciū: nam qui accusat de eo, quod probare nō potest, calumniator præsumitur, vt dicit Glossa in cap. 2. de calumniator.

Ac proinde etiam censetur mentiri. Præterea, quia contra mentem, seu contra dictamen conscientie suæ loquitur: tum quia falsum præsumitur in iudicio, quod probari nequit.

Idem quoque dicendum esse docent Doctores de eo, qui etiam extra iudicium negat, se dixisse, aut fecisse quippiam, vel tanquam amico ex confidentia tibi patefecit, & tu id alteri referas, qui inde grauius offenderet: tūc enim si ille mecum de eo ex postulet, possum negare, me dixisse, conuenienti modo, intelligendo vt mendacium vitetur: negando enim vt iure meo: quisq; enim ius habet sua occulta delicta, & facta, vnde nasceretur offensio, tegendi quantum potest. Quod si iniquo delatori inde aliquid obueniatur incommodi: id sibi ipse imputet, vt recte docet Petr. de Nau. lib. 2. c. 4. num. 348. Secus quando aliter poterat licite patefacere: tunc epim fieret ei iniuria, si negaretur: nam sine sua culpa infamaretur, vt mendax.

S. 6.

De exceptionibus contra processum.

Sexto potest reus excipere contra actionem processus, circa quā nullitates occurrere possunt, de quibus loquitur Clarus in q. 50. per totum, & alij consimiles Criminalitæ. Nos claritatis gratia, differemus primo de substantialibus, seu essentialibus processibus, vel iudicijs, nam ex illorum defectu vniuersisque poterit iudicare de nullitatibus.

Iudicij. 1. Sciendum ergo, quod in iudicio quædam seu processum ad solemnitatem spectant, quædam sus. quædam vero ad substantiam, & essentialiam ipsius. s. ut de so. Ea dicuntur ad iudicij solemnitatem, solemnitate, pertinere, quæ sunt iuris positivi civilis, quædam de vel etiam canonici, vt sunt citationum essentia. interualla, contestatio litis, dilaciones interlocutorie, & cætera huiusmodi.

Ea dicuntur substantialia, & essentialia *De solemnitate qua. De essentialia qua.* iudicij, quæ sunt de iure diuino, naturali, vel gentium, vt declarat Panorm. in cap. delicti, ext. de iudic. & Syluest. v. Iudex 1. q. 7. D. Anton. in 3. p. tit. 9. cap. 15. §. 6. & Nauar. consil. 1. in fine, de sent. & re iudic. vbi inquit, quod fratres Minores in iudicijs suis debent seruare ea, quæ sunt iure naturali, & diuino necessaria, & sufficientia ad inquisitionem, & inuentionem iustitiæ. Idem etiam docet in cons. 5. num. 1. de appellat. in fin.

Hæc vero in genere sunt quattuor. *De essentialia iudicij qua. tuor.* Primum, vt contra aliquem non procedatur, nisi accusatum, denunciatum, aut infamatum, iuxta tres modos procedendi à iure statutos, per accusationem, denunciationem, & inquisitionem, de quibus supra in principio huius tractatus. Secundum, vt testes examinentur cum iuramento. 3. vt absens vocetur. 4. vt indefensus non condemnetur, nisi fuerit contumax.

2. Sunt autē ad accusationē hæc omnia *Ad accusationem necessaria sex.* necessaria, vt dictum est sup. 1. vt fiat in scriptis. 2. vt exprimat dies, & annus, quo intentatur: 3. nomen accusatoris, & accusati. 4. species delicti. 5. locus, & tempus, nempe annus, & mensis, quo delictum commissum est. 6. inscriptio accusantis: vide supra in hoc eod. tract. de iudicio regul. De accusatione, in principio. Si ergo deficiat processus in aliquo istorum, reus habebit exceptionem.

3. Præterea sciendum, quod processus, vel factus est ad instantiam partis, vel Iudex fecit illum ex officio. Si ad instantiam partis, possunt in eo reperiri multe exceptiones.

Primo enim non admittitur accusator inimicus, vt supra dictum est, nisi quando agit de proprio interesse, si arbitrio Iudicis talis iudicatur. Et quis sit inimicus, diximus supra ex Pegoa in §. 4. num. 5.

Secundo, neque admittitur infamis. 1. quia accusatorem ff. de accusat. c. prohibentur, & glos. in cap. 1. de accusat. quæ sentit, quod etiam infamis infamia facti repellitur ab accusando, quæ glos. esse seruandam iure Pontificio, tenet Panor. communiter receptus ibid. & Nauar. consil. 3. n. 2. tit. de accusat.

Quis autem dicatur infamis infamia iuris, vel facti, dicam breuiter. *Infamia iuris qua.*

Inis ea vocatur, quæ à iure introducta est: & cum duplex sit ius, civile scilicet, & canonicum, duplex quoque erit infamia iuris, civilis nempe, & canonici. Infamia iuris civilis, siue à iure civili introducta, incurritur, Primo per sententiam diffinitivam (non tamen per interlocutoriam, vel arbitri) Iudicis propter crimen publicum, vel priuatum, vt furti, homicidij, stupri, falsi, & aliorum quorumcumque criminum, siue delictorum. cap. infames 3. q. 7. §. porro. cap. cum te. de re iudic. l. quid ergo §. ex compromisso, & seq. ff. de ijs, qui notantur infamia. In hoc in c. qualiter, & quando, de accusat. 2. incurritur ipso facto in casibus, in quibus iure tale quid operari iuratur infamia, vt puta, qui pugnat in arena. tex. & glos. cap. infames vbi sup. v. Iurarius. improbū foenus exercens. cap. vsurarius 3. q. 7. in adulterio deprehensus l. palam §. quæ in adulterio ff. de ritu nupt. qui cum duabus viuentibus nupsit l. quod igitur ff. de his qui not. infamia c. nuper à nobis de bigamis. conuictus de furto glos. in cap. infames §. porro 3. q. 7.

Infamia facti quæ, Infamia vero facti dicitur illa, quæ propter aliquod turpe factum incurritur, siue per homicidium, siue per adulterium, siue per lenocinium, & huiusmodi: quæ quidem infamia incurritur, non solum propter crimina, verum & quandoque propterea, quod iuste quis ad poenam carceratus est, vel à testimonio ferendo repulsius. cap. testimonium, de test. alijsque modis, & casibus, de quibus vide apud summistas v. infamia.

Inter Reges Inter Regulares incurritur infamia laicos quæ, In omnibus casibus supra dictis, ex sententia, videlicet, aut facto ipso iure infamia notato, & etiam ex publica penitentia, ex deiectione à gradu professionis: ex priuatione actiuz, & passiuæ. yocis: ex priuatione officij, & dignitatis; ex mancipatione alicuius carceribus. Vide Victorinum Auerfanum in modo procedendi in causis Regularium. c. 23. n. 13. & Hostiens. in summa tit. de maledicis.

Infamia facti quis Infamia facti repellit quemcumque; illa notarum à dignitatibus cap. inter dilectos, de excess. prælatorum, & cap. infamibus, de reg. iur. in 6. à testimonio quoque ferendo cap. null. 3. q. 4. à pro-

uisione quoque ad ordines: cap. rancis probari possit D. Thom. 2. 2. q. 68. art. 1. Daniel. 81. dist. & cap. omnipotens Deus, de accusat. vide Sylu. v. infamia num. 6. Tab. eod. num. 4. Ang. eod. n. 3. 8. Infamia facti tollitur per contrarium factum. Panorm. in c. diligenti, de simon. facti quæ, vel per emendationem vitz. Armilla v. modo tolli infamia n. 10. Nau. conf. 3. de rapt. n. 2. tur. vel per ipsiusmet Principis, alteriusve superioris ad illud iurisdictionem habentis dispensationem. Panorm. in c. cum te, de sent. & re iudic.

9 Iuris infamiam tollit solus Princeps cum sibi subiectis. cap. cum te. vbi sup. Nau. vbi sup. n. 3. Farinac. q. 6. n. 45. Et vero infamiam, quam Regulares incur- runt propter superius dicta, quæ iure communi nequaquam incurritur, tollere, ac dispensare valet Capitulum generale, siue etiam Generalis cum Diffinitoribus capituli Generalis. Victorinus vbi sup. num. 4. & Panorm. in præd. c. cum te.

Tertio, neque conspiratores admittuntur ad accusandum. c. cum oporteat, & cap. cum dilectus, de accusat. cap. per tuas, de simonia. Panorm. in c. cum l. & A. de re iudic. specul. 3. par. tit. de accusat. §. tertio videndum v. & nota.

10 Verum vt reus exceptiones inuenire possit, si quæ fuerint ex hoc capite ad se defendendum: nota quod per leges, & canones plures venantur accusare. 1. ini. lego. mici. 2. suspecti. 3. de domo inimici prodeuntes. 4. qui cum inimicis commorantur familiariter. 5. consanguinei inimicorum. 6. laici contra clericos. 7. excommunicati. 8. criminosi. 9. infames. 10. calumniatores. 11. inopes. 12. dominus aduersarij. 13. accusatus nequit accusatorem reaccusare. 14. impubes. 15. mulier de quibus dictum est in præced. §.

Notandum est tamen primo, quod si suam, vel suorum iniuriam quis prosequatur, quisquis ille sit, etiam inimicus capitalis, accusare quemlibet potest, modo sit iudicij capax, vt omnes præcitati Doctores fatentur, & probat Farin. in q. 12. num. 57. Idque ratio ipsa naturalis dicitur, vt qui offensus est, vel in seipso, vel in suis, tueri se, suosque mediante iustitia queat.

Notandum secundo, quod in crimini-

In criminibus exceptis; quæ in Republica sunt detrimentum quali sunt, hæc res; similes omnia; perduellionis, læsæ Maiestatis; sacrilegij; dilapidationis bonorum Ecclesiarum, & Reipublicæ, omnes ad accusationem admittuntur. Et à simili quoque Regularibus, quando relaxationes publicas viderent; cõtraria eorum Regulas vel statuta. Solum excipiuntur inimici suspecti, & conspiratores, vt dictum est supra.

Ac casare tenetur quis liber pro bo no Reipublica.
 Notandum tertio, quod quilibet accusare tenetur, quando crimen eiusmodi est, quod in Republica detrimentum redandat: seu quando delictum est publicum, & sufficienter probari potest. Sor. de iust. lib. 1. q. 7. art. 1. Vbi vero de privato delicto agitur, quod est; cum in priuatarum tantum personarum, vergit detrimentum: vel etiam cum tractatur de publico delicto, si desint probationes, nullis accusare tenetur: cap. plerumque 1. q. 7. Barr. in l. in eum ff. de accusatum. 2. Doctores supra citati. Ex predictis ergo sciet reus quando, & quomodo poterit excipere contra decessatorem, quando processus factus est ad instantiam partis.

Processus ex officio re quirit, ut procedatur infamia.
 Quando vero processus fit ex officio: tunc necesse est, vt præcedat infamia, & clamorosa instigatio, quæ famam ipsam ad aures Iudicis referat, non vna vice tantum, sed pluribus, ac sapius, vt expressè inquit text. in cap. qualiter, & quando &c. Non est autem determinatum quoties requiratur, quod clamor & infamia ad aures Iudicis perueniat ad hoc, quod possit ex officio contra aliquem inquirere: vnde hoc erit ad arbitrium Iudicis, & ita tenet communi rector Doctores, vt inquit Mariantus in d. cap. qualiter, & quando.

Nota.
 Est tamen obseruandum, quod prædicta procedere debent, quando inquisitio fit contra Prælatum: in eo enim casu non sufficit simplex fama, sed requiritur, quod sit talis, quæ non possit sine scandalo, & periculo tolerari. Secus autem, quando inquisitio fit contra subdolum: tunc enim sufficit, quod fama præcedat, etiam quod non sit scandalosa, & periculosa: atque ita tenent communiter Doctores, vt inquit Clar. q. 7. vers. Item quero, Sor. de rat. teg. m. 2. q. 6. concl. 7. ubi 3.

14 Debet autem hæc fama habere eam à Personis fide dignis, & probis, autem à maleuolis, & indignis, vt nens fatentur, & est text. in d. cap. quali d fide dicitur, & quando. Et insuper debet probari saltem per duos testes, & non per pauciores, & in hoc omnes concordant, inquit Clar. vbi sup. vers. sciendum est tamen, & tales testes debent rationem reddere sufficientem scientiæ de tali fama, alias non probant, vt dicit Barr. in l. de minore §. plurimum ff. de quæst. ar. que adeo si fuerint interrogati, debent nominare à quibus audierint; vt sciatur, famam habuisse originem ab honestis, & probis, & testes non fingere: vnde si eos non nominarent, non probarent in criminalibus, vt dicit Barr. vbi supra, & ante eum Innoc. in c. quæritur, & quando. Anima duertat ergo reus, & ponderet, si fama contra ipsum habuerit ortum à maleuolis, & debito studio à talibus sit disseminata, & habeat exceptionem.

Processus factus de mandato Principis non requiritur.
 Dubitatur hic, An ea, quæ dicta sunt de infamiae præessione ante processum in captionem, habeant locum, quando inquisitio, seu processus formatur de mandato, aut conscientia Principis: Ad hoc respondeo cum Claro in q. 6. vers. Præterea scias, quod in tali casu non requiritur, quod præcedat aliqua diffamatio: hoc autem intelligitur, quando tale mandatum emanauit motu proprio: sed si vero si ad instantiam partis: nam eo casu adhuc præcedere debet diffamatio, ita tenet glos. in cap. 2. in verbo fuerat de accusat. in 6. quæ in hoc communiter à scribentibus approbatur, vt dicit Marfil. in pract. crim. in §. constante post num. 21. vers. sed hanc tantum.

Delegatus à Principe quando venatur cognoscere de infamia.
 Ex dictis inferitur, quod Commissarius simpliciter deputatus à Principe, vel à superiore ad inquirendum, tenetur prius cognoscere de infamia, vt rectè Salic. in l. ea quidem n. 44. C. de accusat. & ante illum Bald. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. infe. quod etiam statuitur, vt super quolibet crimine liceret inquirere, non tamen licet, nisi præcedente infamia, & id seruat consuetudo vbi que terrarum recepta secundum Ioh. Fabr. in g. l. ea quidem, & merito, quia intendit Principe statutorum auctore, non potest limitare legem naturæ, etiam cum casus per illa multa, quæ tradit hoc

hoc folius in cap. quo in Ecclesiarum, de constit. num. 32. Et licet Bald. contrarium teneat in nullus C. ad I. Iulia Maiestatis: nihilominus Alex. in conf. 179. in causa Anglorum, probatus à Decio in conf. 120. responderet, debere limitari, vt tantum procedat, quando exprimitur in Commissione, consistere Principi de fama. Et idem habet Innoc. in cap. cum oporteat, de accusat. in hac verba: *Si non fiat inquisitio in literis de aliquo denunciante, sed tantum dictum sit, Ad audientiam nostram peruenit, tunc poterit procedere sine aliqua inquisitione fama.* Sic ille.

Inquisiturus ergo specialiter virtute infamiae, vel alicuius ei equipollentis, debet in primis super ipsa informationem accipere: quod tenuit Aug. cont. Angelum in lib. de malefic. col. 18. v. l. vii autem: probatum ab Alex. in c. 2. de offic. ordin.

87 Nec assentiendum est Alciato, quatenus dixit in d. cap. 1. de offic. ordin. posse contra Regulares inquiri, nō procedente infamia; tum quia eodem præcepto decalogi 8. vetatur infamatio eorum, quo aliquorum; imo magis, quia ceteris paribus eorum fama magis seruanda, vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 92. art. 2. relato à Nauar. in cap. inter verba concl. 6. & in cap. 18. Man. num. 43. Tum quia licet Io. Andr. in cap. olim col. 2. de accusat. id dixerit, non tamen probauit, quia textus cap. in singulis, de stat. monach. quem in id citat, loquitur de generali inquisitione, de qua nemo dubitat, non prærequirere infamiam; nos autem de speciali inquisitione agimus. Tum quia licet ordo procedendi contra Regulares non seruetur adeo strictè, ac contra seculares, quoad alia, cap. qualiter, & quando 2. sub fin. de accus. quo ad hoc tamen sic, vt clare sentit S. Thom. 2. 2. q. 92. ubi etiam Caiet. & Sor. de rat. segm. 2. q. 6. sim.

Sed neque sequendus est idem Alciatus, qui paulo post dixit, posse in omnibus criminibus atrocibus absque infamia inquiri: quod & ante ipsum dixerat Aug. si vacanti C. de bon. vacan. efficaciter ab Alex. in e. qualiter, & quando conf. 179. Sed neque quod postea (cū dubitatione tamen) tenuit, quod toties potest iudex inquirere sine infamia.

quous non presumitur calumniare id facere: tum ob ea, quæ dicit Salicer. in l. ea quidem col. 8. C. de accusat. & Aret. in d. cap. qualiter, & quando n. 59. tum quia ratio, cur vetatur iudex inquirere, non est, quia presumitur calumniari, vt Bart. quem ipse citat, ait, in §. si publico in l. 2. ff. de adult. Sed quia iure naturali incluso in 8. præcepto decalogi prohibetur. Vide Nauar. in rubr. de iudic. sub num. 91.

18 Sed, vitum probanda sit praxis Iudicum secularium, qui ex denuntiatione publici officialis, ad id muneris deputati, vulgo dicitur (Fiscale) vel alicuius priuati, aut ad querelam partis offensæ, quæ tamen onus probandi in se suscipere non vult, procedunt ad capiendas informationes, & indicia, quibus habitis firmant libellum inquisitionis. Ex doctrina enim Theologorum, & Canonistarum videri posset alicui hæc praxis damnanda, qui docent, sine præuia infamia, vel equipollenti, non posse procedi ad inquisitionem. cap. inquisitionis §. tertie, de accusat. cap. qualiter, & quando de accusat.

Et ratio videtur fauere, quia licet regulariter vitis sit Reipublicæ criminis puniatio; id tamen verum non est, quando crimina sunt occulta, & non est accusator verus, vel fictus: tunc enim vitior est Reipublicæ quieta conseruatio famæ, & honoris subditorum, quam puniatio, qua turbatur Respublica, & illi priuantur maximis suis bonis, honore, & fama. Hinc insert Nauar. legem de non damnando sine infamia, vel alio equipollenti, esse naturalem, & diuinam ac proinde nulla contraria consuetudine posse abrogari.

Verius tamen existimo, illam praxim non esse dampnam, si circumspecte, & secundum leges, vel consuetudines in Prouincijs receptas fiat: idque in grauib. causis (vt in furtis, homicidijs, sacrilegijs, incestibus, alijsq. criminibus Reipublicam turbantibus) & non ad nudam puniatiorem, sed quia censetur necessarium bono Reipublicæ. Probatur vero intentum.

Primo, quia est praxis Iudicum secularium, timentium Deum in omnibus pene Prouincijs, & maxime per Italiam recepta, vt testatur Claua q. 3. neque tamen

Praxis Iudicum secularium an probanda.

Alciatus rejicitur.

tamen à summo Pontifice, vel Episcopis idcirco reprehenduntur, aut censentur in malo statu.

Secundo quia ita sentiunt doctissimi Iurisperiti cum Bart. in l. 2. §. si publico, ff. ad l. Iuliam, de adult. Alciat. in cap. 1. de offic. iudic. Angel. in l. si vacantia C. de bon. vacant. & alij.

Secundo ut non fiat inquisitio sine infamia auctoris præuia, non est iuris diuini, aut naturalis, sed est iuris positivi humani, vt fatetur Sor. de rat. teg. m. 2. q. 6. dub. 2. vnde infert Papam in Ecclesia, & Principem in suo foro posse ex causa rationabili in eo dispensare. Vnde etiam si esset iuris naturalis, vt non fiat inquisitio absq; præuia infamia; id tamen esset intelligendum, nisi Respublica, vel ipse inquirendus cesserit iuri suo: quod enim illud sit illicitum, prouenit ex iure, quod quisque habet ad famam suam: cui iuri si cesserit, non erit illicitum: atqui Respublica videtur cessisse iuri suo, dum probat tales inquisitiones, easq; cupit fieri; ergo non sunt illicitæ.

Præterea hic modus videtur necessarius ad plurimas iniurias, maleficiaque prohibenda, & ad innocentiam illarum præstandam: cum enim pauci sint, qui velint accusare, & sæpe ex maleficio non sequatur infamia: sine metu improbi viris probis, & religiosis iniurias, & damna inferrent: quam ob causam multis locis constituuntur officiales publici (fisciales) qui denuncient Iudicibus ea, quæ viderunt, vel audierunt, & iudicant à quibus plenior informationem habere possint: quæ res mirifice maleficos terret, & coerct: & si enim sibi persuadeant, eos, qui iniuria affecti sunt, aut alios, qui interfuerint, non accusatos; tamen valde metuunt, ne per hunc officialem ad Iudicem res deferatur: qui deinde plenior informationem à testibus oculatis accipiet.

18 Aduerte tamen, primo Iudicem non posse vnquam ex se ipso incipere inquisitionem, sed semper debere aliquid præcedere, quod inquisitioni viam aperiat, & Iudicem cogat, vt ex officio procedat, vt notitia publica, infamia, suspicio communis, querela partis, denuntiatio officialis, aut simile quiddam: alioquin totus processus esset iure nullus

Clar. q. 5. num. 4. Vnde non potest procedere ex delatione facta ei, non vt Iudici, sed vt priuato, vel certo auctore, vel suppresso nomine: etiam si in schedula nominarentur testes, qui nossent factum, vt idem docet, & exemplis declarat: quod ideo statutum est, ne Iudices possint pro arbitrio impetere quos volent: & quia illis casibus idem esset accusator, & Iudex: quod iure gentium reprobatur. 2. Antequam Iudex inquiret de persona, priuatas informationes capiendo, debere aliquo modo ei constare de crimine, an sit commissum: vnde si crimen relinquat vestigium, debet id prius inspicere, vel curare inspicere, prout fert rei conditio: si autem non relinquat, sufficit denuntiatio, vel querela ad capiendam informationem, vt dictum est in §. 1.

3. Vbi iam constat de delicto commisso; si nihil sciatur de auctore, potest de eo generatim inquirere: & habito aliquo indicio, vocare illum ad se defendendum, instituendo contra eum inquisitionem particularem, vt docet Clar. q. 5. ex Innoc. III. & alijs. Neque prædictis obstat communis Theologorum, & Canonistarum doctrina (à qua in re tanti momenti non est recedendum) qui docent, non esse procedendum ad inquisitionem specialem, nisi præuia infamia: quia id intelligendum est, quando solum intenditur punicio criminis: neque inquisitio putatur necessaria ad bonum Reipublicæ & mali compressionem: hoc autem prædicta sententia non negat: & hoc modo videntur istæ sententiæ posse conciliari.

Ad Canones autem in principio citatos, responderi potest. 1. canones illos loqui de iudice Ecclesiastico, qui non debet procedere ad inquisitionem absque præuia infamia, & clamorosa insinuatione, qua res sæpius ad aures ipsius defertur: harum enim infamia plus scandalizat sæculares, quam castigatio ædificet: & quia facilius correptione fraterna emendari solent: & quia denique Prælatorum potius est in spiritu lenitatis subditos quosuis, etiam seculares corrumpere, quam asperitate pernarum lauire, vnde Canones iubent, vt non ad primam famæ insinuationem inquirent, sed tum demum, quando sæpius eorum aures

pulsauerit: quod tamen minime necessarium videtur in iudiciis secularibus. Rursus iubent, vt dispositiones contra eum, qui infamia non laborat, minime recipiantur, etiam si tres, vel plures iurati affirmant, se vidisse illum crimen committentem, vt patet per c. inquisitionis: quod etiam minime locum habet in iudice seculari: hic enim statim per suum fiscalem debet causam prosequi, etiam si tantum essent duo testes iurati, alioquin à Principe punietur. Deniq; iubent, vt accusationem præcedat legitima inscriptio, & inquisitionem clamorosa iniquatio: at si hoc in foro externo seruarietur; raro possent delicta puniri: rarissimi enim sunt, qui se velint inscribere, id est, sub pœna talionis suscipere onus probandi. Imo in multis regnis non permittitur, nisi in suis, & suorum iniurijs, vel in causa ciuili.

Ad rationes adductas dico, quod vere prohibemur iure naturæ inordinate aliquem infamare, aut dare causam infamandi: sed negamus, illos Iudices inordinate id facere: sicut enim qui accusat aliquem de crimine occulto, quod testibus, vel sufficientibus indicijs probare potest, non infamat illum inordinate: sic neque Iudex, qui ex denuntiatione informationes capit: nam habet causam iustam id faciendi, nempe vt criminosi non inualescant: vt innocentia in Republica sit tuta: vt omnes securè, & tranquille degant. Debet tamen Iudex vt magna prudentia, & habere rationem personarum, & donec videat, an res probari possit, eo modo capere informationes, vt quam minimum fama lædatur: vnde si videt eam probari non posse, debet desistere. Idem dicendum est de Fiscali, qui grauius peccat, si accusationem sulcipiat, cuius probationem putat sibi defecturam.

§. 7.

De exceptionibus contra propriam confessionem.

Contra propriam confessionem exceptiones

Septimo potest reus se defendere: etiam contra propriam confessionem excipiendo: contra ipsam: & hoc multis modis, de quibus abunde Clarus in q. 55. vsque ad 60. inclusiue. Aretin.

in sua pract. crim. fol. mihi 273. & alij communiter: nos selectiora hic breuiter tangemus.

1 Primo potest dicere, quod talis confessio fuit extraiudicialis, quæ non sufficit ad probationem delicti: Et ita communiter dicitur, vt ait Paris de Puteo, de Synd. fol. 439. cap. 3. in primis verbis. Bene verum est, quod falsis confessio extraiudicialis sufficit ad torturam, vt dicit Clar. in q. 21. vers. confessio extraiudicialis.

2 Potest dicere etiam, quod iudex non erat competens: etenim confessio facta coram Iudice non competente, non valet in vim iudicialis confessionis, sed tantum valet, vt extraiudicialis. Et hæc est communis opinio, vt dicit Aret. conf. 26. cir. fin. & ideo non sufficit ad probationem delicti, sed bene sufficit ad torturam.

3 Tunc autem secundum iuris ordinem interrogatur reus, vt dicit Nauar. in Man. cap. 25. n. 36. cum tria concurrunt. Primum, vt delictum sit notorium, famosum, aut semiprobatum: quod contingit, quando vnus est testis oculatus, & omni exceptione maior: aut vnum indicium, vel plura æquipollentia, vt sentit Bart. in l. fin. n. 7. ff. de q. Secundum, vt posita sit probatio iam in processu. Tertium, vt sit reo notificata, quo videat, se ad obediendum mandato Iudicis teneri, secundum verumque Thomam in 2. 2. q. 69. art. 1.

4: Notandum est etiam, quod tria requiruntur ad iustum iudicium, ex Thom. quest. 60. art. 2. Primo, certitudo in cognitione causæ, & defectu huius iudicium dicitur temerarium. Secundo, iustitia in ipso actu iudicij, id est, vt seruetur æqualitas in iure suum cuique reddendo: ad hoc requiritur, tum vt iudiceretur secundum leges, tum vt seruetur ordo iuris, id est, ordinata ratio procedendi à iure Iudicibus præscripta: & defectu huius, iudicium dicitur peruersum, & iniquum. Tertio, auctoritas in iudicante: qui enim auctoritate caret, siue in personas iudicandas, siue in causam (vt si sit exempta) iniuriam facit, tum partibus, causæ illarum se ingerendo, tum legitimo Iudici, cuius potestatem, & officium sibi assumit, huius defectu, iudicium dicitur usurpatum, vel præsumptum. Dico

Iudices 5 **Dico** igitur, omnes eos peccare vsurpatione iudicij, qui iudicant eum, qui vel absolute non est ipfis subdians, vel non in ijs causis, in quibus eum iudicare debent: ac proinde sententia illorum est irrita.

Ratio est, quia in his iudicijs deest potestas in eum, qui iudicatur, quæ ante omnia requiritur, quia Iudex debet habere auctoritatem, & obligandi conscientiam (sententia enim est veluti lex quædam particularis imposita alteri, quæ ille tenetur subire) & cogendi ad executionem eius, ad quod obligauit: alioquin sententia esset inefficax.

Quinque 6 **Quinque** autem modis potest quispiam alteri esse subiectus, ita vt ab eo iudicari queat.

modis **Primo**, ratione potestatis ordinariæ: sic fideles Summo Pontifici, & Episcopis sui, & cives Regibus sunt subiecti.

potest **Secundo**, ratione potestatis delegatæ: sic Legato Apostolico sub hinc Prouinciæ ad quas ipsius delegatio pertinet, & cives Proregi, vel Gubernatori.

esse **Tertio**, ex consensu partium, vt quando partes ex compromisso se alicui subijciunt, siue vt Iudici (vt si ille alias auctoritatem iudicandi habebat, & si non in illos) siue vt arbitro, de quo vide Syluest. verbo arbitro.

sub- **Quarto**, ratione delicti in alieno loco perpetrati: nam ratione delicti sortitur quis forum, ca. postulasti. & capit. fin. de for. comp. vbi gloss. verb. Ratione delicti. Simili modo sortitur quis forum ratione contractus, domiciliij, & rei, de qua contra possessorem causa mouetur, vt eodem cap. dicitur.

ditus **Quinto**, ratione iniuriæ subito alterius Principis illatæ: si enim superior eius, qui iniuriam fecit, interpellatus, velit illam vindicare: poterit id facere Princeps eius, qui iniuriam accepit.

Quicumque igitur iudicat aliquem, qui aliquo horum quinque modorum non est ei subiectus, peccat vsurpatione iudicij, quia vsurpat sibi auctoritatem iudicariam in eum, in quem non habet.

Iudices 7 **Sic** peccant Iudices seculares iudicantes clericos, quia sunt exempti ab omni iudiciorum iurisdictione; tam in civilibus, quam in criminalibus, vt patet tota distinct. 66. & 11. q. 1. per totum, & in Decretalibus, de iurisdictione Ecclesiarum,

& in Conc. Trid. sess. 23. c. 20. de reform. vbi renouantur omnes Canones, qui de hac re agunt. Idem patet de iure civili: Authent. vt cler. proprios Iudices conueniant coll. 6.

8 Adde, nec posse clericos hinc exemptioni renuntiare, vt à Iudice seculari valide possint iudicari, etiã in civilibus, vt patet capit. inoluta. vnde cit. quæst. 1. capit. placuit. ibid. capit. deligenti ext. de foro comp. vbi etiam redditur hæc ratio, quia non est beneficium hoc personale, cui renunciare valeat: sed potius toti collegio Ecclesiastico publice indultum, cui priuatorum passio derogare non potest.

9 Possunt tamen in civilibus se subijcere Iudici seculari, vt arbitro, qui tamen nolentem stare sententiæ, non potest per se cogere. Item potest clericus, vt actor, laicum pertrahere ad Iudicem secularem, non autem vt reus pertrahi in casu tamen conventionis, potest à Iudice seculari iudicari: vt si dum laicum pertrahit ad Iudicem, laicum vicissim illum in causis civilibus reconueniat, vt expressè docet Glossa communiter recepta in capit. 2. de mutuis petitionibus, & colligitur tum ex illo capit. tum ex capit. 1. 3. quæst. 6.

10 Simili modo censetur vsurpatione iudicij, & irrita est sententia, si eum qui ad Ecclesiam tanquam ad asylum confugit, vel fraude extrahat, & ad mortem, vel mutilationem condemnet: saltem si quoad hæc penam itrogandam: & Iudex teneatur eum Ecclesie restituere, vt colligitur ex capit. inter alia, de immunit. Eccles. & ex multis canonibus 17. quæst. 4. de quo vide Clarum quæst. 30. & Salom. quæst. 60. art. 4. controuers. 2.

11 Dicitur etiam potest vsurpatione iudicij, si Iudex iudicium exerceat, vel sententiam ferat in Ecclesia: nam eo loco in faciendi potestatem non habet, cum quicquid ibi actum fuerit, sit irritum, vt statuitur capit. decet. 8. ordinarij, de immunit. Eccles. in 8. vbi dicitur, Processus Iudicium secularium, ac specialiter profatæ sententiæ in eisdem locis (Ecclesiasticis) non habeant roborem firmitatis. Denique vsurpatione Iudicij peccant ordinarij, dum exemptionum causas discutunt presuntiuè, in quibus Conc. Trid. eos non subijcit.

Clerici non possunt exemptioni renuntiare.

Clerici possunt in civilibus subijci Iudici seculari.

Iudex extrahens eum qui ad Ecclesiam confugit, vel mutilationem condemnet: saltem si quoad hæc penam itrogandam: & Iudex teneatur eum Ecclesie restituere.

Iudex tenetur eum restituere in Ecclesia.

4. *Quod* 13 Potest dicere, quod licet Iudex fuerit competens: nihilominus talis confessio facta fuit coram ipso Iudice non sedente pro tribunali, & sic tanquam priuato: talis enim confessio non dicitur iudicialis, vt reus ex illa possit condemnari: sed tantum facit iudicium ad iururam.

5. *Quod* 14 Potest etiam allegare, quod talis confessio fuit extorta à Iudice cum promissione impunitatis: quo casu non videtur, quod ex ea possit condemnari, & ita refert Clar. in q. 55. vers. allegare, quod quædam Catharina Candolia, quæ coram Prætorè Vagoniæ confessæ fuerat, se partum necasse: quum deinde afferret illam confessionem à se per ipsum Prætozem blandis verbis, minisq; extortam fuisse: idq; probasset coram Prætoze per Senatuz ad id delegato: fuit tantum torturæ subiecta: & cum perstitisset in negatiua, fuit absoluta.

Iudex an possit facere tales promissiones.

15 Dubitatur vero hic, an Iudex, vt verum eliciat à reo, possit, aut debeat huiusmodi promissiones facere? Ad quod breuiter responderetur, quod licet, & est communis opinio, vt dicit Apost. ad Dec. in l. ea est natura, sub n. 7. ff. de reg. iur. Certum est enim, quod licet Iudicibus indagandæ veritatis gratia aliquid simulare, vt colligitur ex Salomonis exemplo, de quo in cap. afferre de præsumpt. At si reus sic allectus confiteatur, non potest ex tali confessione condemnari, tanquam dolo extorta. Ita Carer. in pract. crim. in §. homicidium vlt. n. 43. quod etiam placet Lulio Claro vbi sup. qui prædictum modum gruendi veritatem non probat, cum sit illaqueare reum fraude, & mendacio: quod Iudicem probum, maxime Regularem, non decet; consultius enim tales agent, si ab huiusmodi promissionibus, quantum fieri potest, abstant; atq; alijs iustioribus modis studeant veritatem delictorum inuenire, prout etiam dicit Dynus in tract. de quæst. quem refert Paris de Pur. de synd. fol. 485. cap. 7. circa princ.

Iudex an teneatur seruare tales promissiones.

16 Sed quid si Iudex faciat tales promissiones, an teneatur, aut debeat illas obseruare? Resp. quod circa hoc variæ fuerunt scribentium opiniones. Imola consil. 309. consuluit, quod reus virtute talis confessionis extortæ, vt ipse dicit, per dolum, & fraudem, non possit condemnari,

Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo possit, & debeat reus, non obstante tali promissione, condemnari, tenuit Cyn. in l. præsentī. Cod. de his, qui ad Eccles. confug. & in hanc sententiam frequentius itum esse, dicit Alciat. in leg. natura in fin. ff. de verb. sign. Hanc etiam dicit esse commun. opin. Apost. ad Dec. in d. l. ea est natura, sub num. præalleg. quem refert Viuius in lib. commun. opinion. in verbo. Iudex promittens. Clarus vbi sup. licet asserat opinionem Cyni esse magis communem: tamen faretur opinionem Imolæ esse æquiorē, præsertim vbi promittens impunitatem delicti, poterat etiam in ipso delicto gratiam, seu indulgentiam concedere: puta, quia esset Princeps, vel ab eo auctoritatem habens tales gratias delictorum, concedendi: & apud Regulares Generalis, vel eius Commissar. Gener. tunc enim omnino dicerem, seruandam esse ab eo promissionem impunitatis: turpe est enim fidem fallere, maxime Regulares, Boss. in tit. de confess. per torturā dicit, quod ita semper vidit seruari. Si vero promissa sit impunitas ab eo, qui non potest illam concedere: tunc sibi impuret, qui tali promissioni credidit. Bene verum est, quod nunquam huiusmodi reum condemnare ex tali confessione ad poenam ordinariam delicti, nisi esset etiam alijs indicijs grauatus.

17 Potest etiam contra confessionem allegare, quod non constat de corpore delicti: vt dictum est supra in primo §. de corpore per totum: nam vbi aliter non apparet de crimine, quam per confessionem ipsius rei, non debet reus cum sola sua confessione condemnari. Et licet Ioann. Andr. in addit. ad specul. in tit. de accusat. §. fin. vers. sed pone; dicat, quod contrarium seruatur de facto: Clar. tamen vbi sup. vers. potest etiam, dicit, quod Io. Andreas male dixit, quia imo seruatur, quod nisi constet de delicto, nunquam reus condemnatur ex sola sua confessione. Et ideo Ponzinib. de lamb. post n. 60. dicit, quod Iudex debet inquirere de veritate confessionis, quia aliquando aliqui confessi sunt delictum, & postea reperti sunt non deliquisse.

Sed adnotanda est doctrina quam tradidit Clarus vbi supra, sic dicens. Ad effectum, vt aliquis possit condemnari ex sola

sola confessione, ego ita distinguerem. Aut delictum, quod reus confitetur, est tale, quod solo animo perfici possit, ut est hæresis, & similia. Et tunc ex quo tale delictum vix aliter probari potest, quam per propriam confessionem: crederem, quod sola confessio (modo esse verisimilis) sufficeret. Aut vero est dictum, quod etiam facto committitur; & tunc, si quidem reus confiteatur in genere aliquod delictum commississe, puta vnum, aut plura homicidia, vel multa furta, non exprimendo in specie, quos homines interfecerit, aut cuius res furto subtraxerit: certe non debet ex tali confessione condemnari: & hic casus nullam habet difficultatem apud Doctores, ut dicit Bos, in tit. de delicto num. 15.

Si vero confitatur in specie aliquod delictum, puta se aliquem certum hominem interfecisse, aut alicui furto certa bona subtraxisse: tunc est distinguendum: nam aut est delictum facti transeuntis, cuius scilicet nulla solent remanere vestigia, puta adulterium, furum, & similia: & tunc ubi cum querela partis concurrat etiam confessio rei: vti que erit sufficiens ad condemnandum, & ita quotidie seruat, teste Bos, ubi sup. num. 19. Et in quæst. 1. subdit, quod in furto practica est, quod sufficiat querela partis. Vbi vero non adsit querela partis, aut aliqua alia informatio, sola confessio non sufficeret. Et ideo Iudices, quando fures confitentur coram eis maria, & montes, & plura furta se alibi commississe debent mittere nuncios ad habendam informationem: alias sæpe innocentes condemnarentur, ut dicit Angel. de malef. in verb. & vestem cœlestem num. 25. quem refert Bruno, de indie. & tortura fol. 183. n. 10.

Quod non 18 Potest etiam reus allegare, quod fuerit ser- talis confessio fuit facta super processu formati per Iudicem, non seruato iuris vti ordo. ordine. Clarus ubi sup. ver. Item posset, animaduertit, quod hæc defensio non ita absolute procedit. Sed est distinguendum, an confessio ipsi sponte manauerit, an vero in tormentis: nam primo modo facta, etiam quod fuerit facta super processu nullo: adhuc potest reus ex illa condemnari, & est doctrina Innocent. capit. qualiter & quando, quam dicit communiter esse approbatam Ale-

xand. in l. in re stipulantem, §. 1. cir. fin. ff. de verb. oblig. ubi etiam Iason. nu. 11. idem attestatur. Quod tamen intelligendum est, ut locum habeat, in quod nullitas non procedit ex defectu iurisdictionis, sed ex aliqua alia causa: & ita colligitur ex mente omnium Doctorum, ut attestatur Gomezus capit. 12. delictum. oct. dicit tamen Angel. cons. 178. circa fin. quod quando confessio emanat super processu nullo, tutior est via, quod reus absoluitur ab obseruatione iudicij, & de nouo procedatur: & Iudex, qui ita faceret, non erraret. Si vero confessio facta sit in tormentis: tunc si legitima indicia non præcesserint, & seruata non fuerint seruanda, talis confessio est ipso iure nulla: nec potest confessus ex ea condemnari, etiam quod in illa perseueret. Ita sensisse videtur Glos. vnica in l. quæstionis habenda ff. de quæst. quam sequuntur communiter Doctores, ut ait Follerius in pract. crim. fol. 307. num. 1.

19 Potest etiam reus, qui alium ad sui defensionem interfecit, se defendere, ne- *Quod ad* *defen-* *sionem* gando, se homicidium commississe, subijciendo, & si id feci, feci ad meam defensionem: quæ quidem responsio admittitur, & propterea pro negatiua habetur. Est enim indubitata iuris conclusio, quod homicidium factum ad sui defensionem, non est punibile: cum licitum sit vnicuique vim vj repellere: quod quidem est vulgatissimum: ita ut etiam sacrificans, inualus ad inimico, iuste possit armis assumptis sese defendere, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, occiso eo, contineret missam continuare secundum Io. de Signano, de iusto bello, probaturum à Panorm. in cap. clerici, num. 2. de vit. & hon. cler. & à Nauar. comm. 3. de regular. sub num. 5. Bene verum est, quod talis defensio debet fieri inconuenienti, non ex intervallo, ut docet Carer. in pract. crim. §. homicidium 6. cum limita à num. 107. vj; ad num. 112. & 124.

Limitatur tamen conclusio, ut in tali *Limitatio* defensione seruetur moderamen inculpatæ tutelæ, ut scilicet id faciat solum eo modo sine quo iniuria non posset vitari, ut dicit Nauar. cap. 15. num. 3. & 4.

20 Moderamen autem inculpatæ tute- *Moderamen* *læ*, circa tria consistit, scilicet, modum, inculpatæ tempus, & causam, & ita dicunt omnes *tutela* *cr-* *Doct.* ut dicit Blanc. in pract. crim. fol. ca tria *con-* *sistit*.

146. num. 2. vbi ea omnia declarat.

Proinde, inquit Nauar. vbi sup. non licet se defendere maiori vi, quam sit ad propulsandam iniuriam necessaria: nec consequenter armis ab eo, qui sine illis inuadit, nisi quando pugio inuasoris est ita, aut paulo minus fortis, quam ens inuasi. Alias si excessit modum in se defendendo, vtique peccat, & venit puniendus. Verum est tamen, quod in hoc casu non debet puniri poena ordinaria homicidij, sed solum de excessu poena extraordinaria, & mitiore, arbitrio Iudicis.

Et hoc non solum quando excessisset modum ex culpa, sed etiam si excessisset modum ex dolo, sic communiter Doctores, vt dicit Caser. fol. 499. num. 152. Hinc, si aliquis insulset me cum baculo, non licet mihi illum percutere cum gladio, si aliter me defendere possim: sic etiam, si poss. sedatam rixam, vulneratus ex interuallo insultum faciat in vulnerantem, non videtur id fecisse causa defensionis, sed vindictæ.

Sot. expli- casur. Quod vero ait Sotus lib. 5. de iust. q. 1. art. 8. Si inuasor sit Princeps, vel persona admodum utilis Republicæ, ego vero parum vilis: teneri me perpeti mortem: tantum verum est eo euentu, quo ex interitu alterius sequeretur magnum Reipublicæ damnum, vt bella ciuilia ob successionem. In reliquis vero vnici- que licet vim vi repellere.

Pro defen- sione pudicitiæ licet violare?

inuasorem occidere. Resp. quod licitum est mulieri, adolescenti, & cuius alteri, pro defensione pudicitia occidere inuasorem: est communis sententia Doctorum, quamuis Diuus Augustinus lib. 7. de liber. arbit. capit. 5. videatur dubitare. Ratio est, quia pudicitia pluris merito æstimatur, quam multa opes. Idem Ethnici senserunt: nam vt scribit Cicero oratione pro Milone, adolescens, qui Tribunum occiderat, volentem vim inferre eius pudicitia, à Mario eius exercitus Imperatore absolutus fuit.

Pro defen- sione pro- prij honoris licet inua- sorem occi- dere. 22 Idem quoque dicendum, quod liceat alicui alterum occidere pro defensione proprij honoris, nam periculum fame æquiparatur periculo vitæ. I. iusta ff. de man. vindic. & ita si imminet pericu-

lum honoris iniuriæ personalis, poterit quis licite aggressorem interficere, ita dicit Barthol. in l. 1. num. 9. Cod. unde vi. Sed præstat hic audire Nauar. de hac re differentem in Man. vbi supra. Idem, inquit, nobis videtur, quando nisi armis se defenderet, iniuriam maximam honoris, aut personæ pateretur: si quidem rectè quis potest obsuarum rerum custodiam alterum occidere: at honor pluris valet, quam alia bona fortunæ, & iniuria personæ maior est, quam fortunarum; Ex quo inferitur, quod si ille, què alius aggreditur, non potest absque suo dedecore fugere, non tenetur id facere: & si non potest vitare vulnus, aut alampam, quam sibi alter molitur impingere, nisi ipsum occidendo, poterit occidere. Contra vero, qui iam est vulneratus, vel quem iam aggressor reliquit, & fugit, nõ potest absque peccato illum occidere: quoniam iam illud est vindictam sumere, & limites defensionis transgredi.

Quod limitandum existimo, quando *Limitatio.* affectus iniuria vulneris, aut alapæ, vel alia, magnam sui honoris iacturam faceret, si fugientem non persequeretur: nam talis posset eum persequi, & percutere tantum, quantum ad sui honoris defensionem opus esset: nam licet illud nõ esset defendere personam, neq; fortunas: esset tamen defendere honorem, quam licet defendere, etiam occidendo, si eo ad id opus esset. Vide Nauar. vbi sup. vbi multos allegat.

23 Idem quoque habet locum in defen- *Pro defen- sione con-* sione eorum, qui sunt sanguine coniuncti, vt communiter Doctores probati per sanguineo- Gomezium conf. 68. num. 4. Et in factis licet contingentia quidam Antoninus Pertinacius: cui vt auxiliaretur fratri suo, inter- *cidere.* fecerat alium cum eo rixantem, fuit ab- solutus.

Imo pro defensione alterius extranei secundum Bartolum in l. vt vim num. 7. & in l. si quis in seruitute, num. 3. ff. de furtis.

24 Quibus adde, quod conclusio habet *Limitatio.* locum, vt & licitum sit occidere alium non offendentem, si ab illo insultante se aliter defendere non poterat, nisi illum interficeret, ita dicit glos. in l. si familia verbo poterat ff. si fam. fur. fecit. dicatur. Et est communis opinio, vt dicit Decius in d. l. vt vim post n. 9. v. & quod dictum Quod

Quod bene perpendat, qui de facili se in-
serponunt rixantibus, vt diuidant, multi
enim ipsorum remanent vulnerati.

Quod adeo verum est, vt etiam in-
sultatus possit se fugiendo saluare, po-
test nihilominus ipsum insultantem im-
pune interficere. Et est communis opi-
nio, vt dicit Iason. in d. l. vt vim, & quod
insultatus ab aliquo, non tenetur fuge-
re, etiam quod possit sine periculo illud
facere, dicit esse communem opinionem
Alex. conf. 109. num. 4. lib. 1. Felin. in
cap. suscepimus, de homicidio: siue in-
sultatus sit persona, cui sit dedecori fu-
gere, siue non: Quæ omnia dicta sunt
quantum ad forum fori: sed quantum
ad forum conscientie, omnia regulanda
sunt iuxta doctrinam Nauarri supra
positam.

*Notandū
hoc.*

*Dub.
Resp.*

25 Interrogabis, qui poterit probare,
quod fecerit ad sui defensionem? Respo-
deo, quod non est necesse, vt proberur in
specie ista necessitas defensionis: sed
fatis est, quod probet simpliciter, quod
fecerit ad sui defensionem, ita sentit
Bald. in l. solum post num. 11. C. de test.
Hinc inferitur, quod ad probandum,
aliquem fuisse in periculo vite, sufficit
probare, quod eius aduersarius veniebat
armatus contra ipsum: ita tenet gl. in l.
2. in v. moder. C. vnde vi. Non enim te-
netur quis expectare, quod prius ab al-
tero percutiatur, vel offendantur, sed si
ille sibi mortem minetur, potest ipse sta-
tim illum percutere, ita allegatur tene-
re. Bald. in d. l. 1. n. 18. C. vnde vi: Et
ante eum tenent gl. ibidem vide Clar.
§. homicidium sub num. 26.

*Notū rurs
reuocari
suam con-
fessionem.*

26 Potest denique reus reuocare, si ve-
lit, confessionem à se sponte factam, &
probare contrarium, docendo quod prior
confessio facta fuerit per errorem: quod
& tenetur probare, sic communiter om-
nes, vt dicit Arz. in cap. cum dilecti, in
vltimis verbis, de accusat.

Potest bene reus se excusare, & aliquid
deducere contra propriam confessionem,
quod tamen possit stare simul cum ipsa
confessione, absque eo quod illam peri-
mat, & prorsus eueruet, & ita dicunt
omnes, vt ait Bos. in tit. de defen. reor.
num. 39. Clarus autem vbi supra dicit,
quod nunquam admittitur reuocatio
confessionis sponte factæ, nisi probato
errore.

Hæc autem omnia, quæ huc vsque di-
ximus, intelliguntur de confessione
sponte facta: quia si sit sermo de confes-
sione facta in tormentis, vel metu tor-
mentorum, præcedentibus legitimis in-
dicijs, cum non sit sufficiens ad condem-
nationem, nisi ratificetur extra tormen-
ta: si eam ratificet, non videtur, quod
habeat postea, quod contra eam oppo-
nat. Si vero efficit confessio facta in tor-
mentis, non præcedentibus legitimis in-
dicijs, & iuris ordine non seruato; cum
talis confessio sit ipso iure nulla; non
potest confessus ex ea condemnari, etiam
quod perseveraret in ea. Clarus, in d.
quæst. 55.

S. 8.

De exceptionibus contra sententiam.

Octauo potest reus se defendere ex-
cipiendo contra sententiam ad-
uersus se latam.

1 Pro quo sciendum, quod triplex est
sententia diffinitiuæ, Absolutoria, De-
claratoria, & condemnatoria. Absolu-
toria sententia, tunc à Iudice ferenda
est, quando nihil contra accusatum, vel
denunciatum, vel inquisitum, fuerit in
processu probatum. Declaratoria tunc
ferenda erit, cum exceptus, habilis, aut
inhabilis ad beneficia, dignitate sua per
sententiam indicandus est. Condemna-
toria vero, cum de crimine, de quo ac-
cusatus est, vel denunciatus, vel inquisi-
tus ipse reus, conuictus extiterit, aut il-
lud ipse confessus fuerit.

2 In proferenda vero tali sententia, ex
indulto Bonifacij VIII. de quo supra,
Prælati Regulares non obseruant tumu-
las, & apices Iuris, seu solemnitates iu-
ris: Sed ex cap. olim ext. de accusat. pro-
cedunt de plano, & sine strepitu Iudi-
cij: ideo non erit necessum, quod Index
ore proprio eam pronunciet, & sedendo
in tribunali, & itando. Præterea vale-
bit, etiam si sit lata de nocte, vel diebus
feriatis: Nec similiter est necessarium
vt Index exprimat causam, vt inquit
Clarus in q. 93. vers. fuit aliquando.

Est bene necessum vt reus citeur, vel
saltem admoneatur, si vult aliquid dice-
re ad sui defensionem cum defensio sit de
iure natura, vt dictum est.

3 Circa quam sententiam reus potest se defendere multipliciter.

Primo, quod lata sit a Iudice non competente, & propterea ipso iure est nulla, rōto tit. C. si non a compet. Iudic. & cap. cum super, de offic. deleg.

Secundo, si contra se non confessum, neque conuictum, cap. 1. & 2. 2. q. 1. & cap. nos in quenquam 2. q. 1. nam sic est fet contra ius.

Tertio si precipitanter, & festinato lata sit sine causæ discussione, & cognitione: nam talis sententia, inquit Menochius lib. 1. q. 42. etiam quod feratur ab Imperatore, vel à Papa, nulla est.

Hoc autem verum est, quando est preferenda sententia declaratoria pœnæ incurse, nam tunc debet præcedere citatio, vel monitio: At quando proceditur ad modum belli, aliter feruatur, vt praxis docet.

Quarto, quod in ipsa ferenda non sit seruatus ordo Iuris, qui de ipsius Iudicij substantia est, vt diximus supra in §. 6. num. 1.

Quinto, quod lata sit super alijs, quæ in processu non continentur, nec in eo probata sunt: sententia enim ferri debet super his, quæ in processu continentur, atque in eo probata sunt, dicti processus limites nequaquam excedendo. Et si sententia ex actis non iustificatur, dicitur notorie iniusta, Casar de Grasis decif. 147. num. 6. & 10.

Sexto, quod ante sententiæ prolationem non fuerit citata pars: clem. sape §. fin. de verb. sign. nam sententia data non citata parte, est ipso iure nulla: ita optimus text. in clem. præfenti verbo consistit, de censibus vbi pulchre Abbas, Imola in cap. extirpanda n. 15. de præbend. Ratio est, quia multæ defensiones possunt subesse, quæ non debent auferri. Et etiam, quod factum sit notorium, pars est citanda, & vocanda, quia sape multa dicuntur notoria, quæ non sunt. Vide Bald. in l. fin. C. de legibus 10. Andr. in cap. olim, de re iudic. Felin. cap. quæ in Ecclesiis, de constitut. num. 66. Clar. q. 3. 1. vers. vltimus quarto. Nauar. consil. 5. de appellat. n. 3.

Hoc quod dictum est, habet veritatem de Iudice inferiori: sed difficultas magna est de supremo Principe, an scilicet possit aliquem ex priuata scientia, aut

certe non citatum, & auditum condemnare.

Quidam tenent partem affirmatiuam, Ita Couar. lib. 1. var. c. 7. n. 7. Cyn. Bart. & alij in l. 1. C. vt quæ sunt aduocati partium, Iudex suppleat, Felin. in c. pastoralis §. quia vero, de off. & pot. iud. deleg. Quia supremus princeps potest dispensare in illo iure, quo statuitur, vt ex allegatis, & probatis sententia feratur, cum non sit naturale, sed posituum. Secundo, quia Principi supremo non minus credendum est, quam duobus, vel tribus testibus: ac proinde iudicium, & scientia æquivaleret scientiæ publicæ, quæ censetur esse in duobus, vel tribus testib.

Sed contrarium est verius, ita Caiet. in summa. v. homicidium, in principio. Nauar. in Man. c. 25. n. 9. Sot. lib. 5. de iust. q. 1. art. 3. & colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 3. vbi dicit, eundem hominem non posse esse simul accusatorem, & testem. Quia, quod solus Iudex vidit, censetur adhuc occultum in iudicijs humanis: vnde reus potest negare (in sensu tamen vero) si de tali crimine rogetur: ad hoc enim ius habet, vt omnes passim fatentur: non enim tenetur ad mentem Iudicis respondere, nisi quando iudicis interrogatur. Itaque grauis ei iniuria fieret, si de tali crimine puniretur.

Nec quia Princeps est, id ei fauet, nam Princeps non habet maiorem potestatem, quam sit ea, quam Respublica in illum transfertur, quæ nunquam Principi dedit talem potestatem, vt pro suo iudicio eos posset absolueret tanquam innocentes, vel damnare tanquam nocentes contra publicas probationes: id enim esset, ei licentiam exercendæ tyrannicis, & omnia pro sua libidine exercendi dare.

Ad aliud vero respondeo, quod et si Principis affectio in testamentis, & contractibus possit æquivalere pluribus testibus, non tamen in causis criminalibus, quando agitur de aliquo condemnando, maxime si probationes sunt in contrarium.

Addo tamen, sententiam oppositam non esse improbabilem in atrocibus, ita vt valde expediat auctorem puniri, & rum non conueniat rem vulgari, ob infamiam coniunctam, vt si aliquis vim Reginæ, vel filię Regis intulerit, solusq;

Rex id sciat; tali enim casu videri possit Respublica consentire. Præterea quando non agitur de puniendo crimine, sed de auertendo in posterum malo, quod Reipublicæ, vel innocenti intentatur, potest Princeps ex priuata scientia, si alia ratio non suppetit, iubere interfici auctorem: quia hic non agit vt Iudex auctoritate publica puniens, sed vt quis priuatus, se aut rem sibi commissam defendens.

Vnde licet, ordinarie loquendo, Princeps ex certa scientia, inaudita parte non possit reum condemnare, vt dictum est: in quibusdam tamen casibus id non est necesse seruare.

Primo, si crimen est publicum, vt recte Nauar. c. 25. n. 10. Sic Latrones reperi in crimine, interdum è vestigio suspenduntur sine vlla defensione. Ratio est, quia factum notorium, seu publicum, est loco accusatoris, & testium: nec relinquit reo ius vllum defendendi se in iudicio.

Secundo, quando esset periculum rebellionis, vel alterius grauis turbationis, si iuridice procederetur: vsi esset valde potens: tunc tamen debet eius causa priuatum discuti, nisi sit omnino euidentis. Vide Nauar. vbi sup. n. 9. vbi subdit. Per quod exsequimus magnam quandam Monarcham, qui virtute processus in absentia facti, & sententiæ sine citatione lata, fecit capite plecti quendam suorum militum Ducem, sibi in alio regno militantem: quia nec capi, nec sine metu rebellionis illius, & magna partis exercitus audiri poterat. Sic Nauar. vbi supra, vide etiam eundem in conf. 1. n. 16. de for. comper.

Tertio, quando quis machinatur Reipublicæ, vel priuatis perniciem, quæ aliter auerti nequit, vt ante dictum est. Sed hoc non tam est punire crimen commissum, quam impedire malum impendens.

Quarto. Si crimen soli Principi, & tribus alijs notum sit, ita vt iuridice probari possit: tunc enim posset occulte interficere reus sine citatione, & probationibus, si publicæ absque graui aliquo incommodo puniri non possit. Ratio est, quia quando crimen sic est probabile, manifestum est reum non habere iustam vllam defensionem in iudicio: Ita Pet.

de Nauar. n. 191. & Arragon. q. 67. ar. 2. qui pro eadem sententia citat Lopez. Idem sentit Couar. lib. 1. var. c. 1. n. 7. & alij.

Septimo. Sententia in scriptis ferenda est. l. vltima C. de sent. ex h. recit. cap. 8. & si sententia, de re iudic. in 6. Etiam in iudicio summano: de clement. saepe loco citato.

Quod non in scriptis late fuerit.

Octauo, si in sententia, & in pœnis assignatis sit excessus: nam tunc, quando Iudex excedit dispositionem Iuris, vel statuti, sententia est nulla, vt dicit Ioannes de Cane mortuo, conf. 33. num. 2. inter consilia criminalia diuersorum lib. 1. Quinto multi tenuerunt, quod etiam in totum vitietur. Et hanc opinionem communiter probari attestatur idem Ioannes de Cane mortuo in loco præalleg.

Quod in assignatis pœnis sit excessus.

Et Iudex qui male iudicauit, tenebitur ad interesse, vide Clarum quæst. 93. vers. Quæro si Iudex.

¶ Vt autem Iudex non excedat in taxandis pœnis, dicam quod Iudex Regularis imponat pœnas iuxta delictorum grauitatem, ita vt pro mensura delicti, sit plagarum modus. Pro leuibus criminibus non imponat pœnas grauiores: nec pro grauibus pœnas leues. Sed quantum doli, & malitiæ inesse in crimine poterit intelligere: sic digna pœna punire nocentes debet, vt nec ipsi Reij, qui iustitiz feruoritate experiantur, de eius excessu iuste conqueri possint: Nec alij, qui zelo iustitiæ æstant, iniquitatem pœnæ reprehendant.

Quid faciat Iudex ne excedat.

¶ Debet autem in primis imponere illas pœnas, quæ singulis delictis per statuta Religiosis ordinatae sunt: & si non assignatae sint, aliquæ pœnæ per statuta decretæ, recurrat ad constitutiones antiquas: quod si nec in illis pœnæ statuta sint, tunc recurrat ad pœnas canonicas, scilicet ad sacros Canones, si Regularibus conuenire possint.

Pœna à statutis assignata.

¶ Omnibus autem delincentibus, Prælati imponat pœnas ex arbitrio suo: nam cum nõ tam specificè omnibus clericorum excessibus statuta pœnæ legantur: nec euiam statui possint: tunc inquit Innoc. in cap. qualiter, & quando, et 2. col. fin. vers. item nota ex, de accusat. procedendum est de similibus ad similia.

Pœna ex arbitrio.

Nota, & pondera de quo loquuntur.

Arbitriū dicitur Et licet in imponendis poenis arbitriis sit æquitas à Iudicibus amplectenda : ea tamen non à capite, nec imaginaria esse debet, sed à iure regulata, ut tradit Bald. in rubr. C. de constitut. pecun. Romanus conf. 149. & Lopez in addit. ad Diaz. c. 149. in v. conf.

In arbitrandis In arbitrandis autem huiusmodi poenis, discretus Iudex plura debet considerare, videlicet, delinquentis conditionem, an soleat delicta sæpius perpetrare, an casu ceciderit, lubens ne, an coactus, vel lacessitus : & an scandalum ortum fuerit à delicto, vel ne. Attendere præterea debet qualitatem loci, ubi delictum commissum fuit : an scilicet fuerit commissum in Ecclesia, vel extra, in foro, aut via publica, vel in domo : delicti in supergrauitatem, & diuturnitatem : iniuriamque illatam modum, atque atrocitatem : aut damni illati magnitudinem examinare conuenit : personæ in superoffense qualitates ponderandæ sunt, cum ipsæ sint, quæ augere, vel minuire soleant quodcumque facinus, videlicet, an vilis fuerit, an dignitas prædicta : an superior, an laicus, vel clericus, & alia multa, quæ considerat Diaz. in d. pract. c. 238.

In criminalibus Sciendum est etiam, quod regulariter in poenis criminalibus nunquam quis puniri potest corporaliter, nisi dolus interveniat : ita tenet Barr. in l. 1. §. 1. n. 1. ff. si quis in testamen. liber. & est communis opinio Doctorum, ut inquit Cepolla. cons. crim. 33. col. 2. vers. quod sic probatur. Nec sufficit lata culpa, nam in criminalibus lata culpa non equiparatur dolo, & hanc esse communem opinionem inquit Iason. in l. in actionibus num. 27. & 26. ff. de in litem iuran. quam sequitur Blancus in pract. crim. fol. 26. num. 22. cum alijs allegatis per Clarum in §. 84. in principio, qui subdit, quod ex hac conclusione inferitur, quod si status non disponat, quod homicida sit decapitandus, debet intelligi dummodo hoc homicidium sit commissum dolo, non autem culpa, ut inquit, hanc esse communem opinionem, pluresque congerit hoc attestantes. Pro culpa vero punitur delinquens, quando culpa præcessit delicto, & ita dicunt communiter Doctores, ut ait Ioan. de Anan. in cap. de infamibus num. 4. ex de his qui filios occid. quem refert Clarus vbi supra, qui

tamen subdit, & reperire aliquos etiam tenuisse, quod etiam pro lata culpa potest quis corporaliter puniri, licet non eadem poena, qua pro dolo, sed alia leuiore : quam opinionem dicit esse communem Maranta in suo speculo fol. 26. n. 59. in fin. Et quod aliquando ita videtur observari in Senatu Mediol. scilicet quod regulariter pro culpa non solet quis corporaliter puniri. Quæ conclusio non solum procedit quando imponenda est, set poena mortis, vel mutilationis membrum, verum etiam si agitur de imponenda qualicumque poena corporali secundum gl. in l. in actionibus in v. Nec etiam ff. in lit. iur. quæ simpliciter loquitur, quam Doctores communiter sequuntur, ut inquit Cl. vbi sup.

Et regula generalis est, quod dolus non præsumitur. l. dolum C. de dolo & l. si creditur C. de pignorat. act. & ibi dignoscendum quædam præsumptio. lib. 5. præsumpt. 3. Et ratio huius conclusionis est, quia qui libet à natura bonus præsumitur. c. 1. de script. in ord. sac. cap. dudum, & cap. vlt. de præsumpt. & ibi Doctor. Licet patet §. rogo ff. de lega. 2. cum suis similibus. Si ergo præsumitur bonus, cessat præsumptio doli, cum bonus non sit, qui alterum dolo circumiecit, ut inquit Bald. in leg. 1. §. vlt. C. si quis omnia caus. test. Et dolus est delictum, ut tradit Soc. Iun. in cons. 113. num. 8. lib. 3. Et hæc præsumptio nullò magis locum habet, quam doli, & fraudis causa excogitari non potest. Ita respondent Aret. conf. 61. col. 3. versic. In contrarium, & Cornelius cons. 89. ad fin. lib. 2. quos sequitur Crauet. consilio 6. num. 22. & consilio 8. num. 15. Ita quoque dolus minus præsumitur, quando alioquin dolus ille nullum ei affert lucrum, & commodum : ita respondet Bald. in consilio 150. incipit, Inquisitione col. 2. lib. 1. Menochius vbi sup. num. 18. Et multo minus præsumitur, quando ei refutaret odium, & damnum, ut inquit Crauet. d. conf. 8. num. 4. & Menochius vbi sup. num. 19. Et procedit etiam, ut non præsumatur dolus commissus aduersus hominem, frugem, & beneuolum, neq; aduersus sanguine coniunctum, ut per Crauet. d. conf. 319. num. 6. & Menoch. vbi supra num. 21. & 22.

Et malto minus præsumitur dolus in eo, qui facit id, ad quod faciendum incitabatur amor, & fama: cum fama à dolo excusare soleat in multis, vt tradit Crau. d. conf. 319. n. 4. & Menoch. ibid. num. 26. & 27.

Et multo minus præsumitur ex qualitate personæ, vt in muliere, & rustico, in quibus simplicitas potius præsumitur; quam dolus, vt inquit Declus conf. 180. col. 2. cum alijs allegatis per Menoch. vbi sup. num. 28.

Et in tantum est vera supradicta conclusio, vt potius præsumatur error in iure, quam dolus, vt tradit Alciatus in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 30. Et magis præsumitur error in facto, quam dolus, vt per Bart. in l. si librarius htm. 7. ff. de reg. iur. & Menoch. vbi supra num. 31. & 35.

Limitatur

10. Fallit tamen supradicta regula, qua diximus, dolum non præsumi, vt locum non habeat, quando extant coniecturæ, & probationes commissi doli; & enim dolus coniecturis detegi, & probari potest l. dolum C. de dolo. Paul. de Cast. in l. quod Nerua num. 3. ff. de deposit. Curtius sen. conf. 44. col. 7. v. dolus, cum alijs allegatis per eundem Menoch. vbi supra num. 42. qui subdit, quod ratio huius sententiæ est, quia dolus est quid latens in animo, atq; consistens, qui sane animus non potest aliter probari. Et subdit etiam, quod hæc præsumptiones debent esse vigentes, & concludentes secundum Paulum de Castro in d. l. dolum, C. de dolo, & quas sufficere dixit Daçarius in conf. 32. num. 4. lib. 2.

Coniectura doli commi-

11. Et quamuis multæ coniecturæ enumerentur ab ipso Menochio, & ab alijs per eum allegatis: hic tamen solum illas apponere statui, quæ ad Regulares spectare possunt.

Prima ergo coniectura doli commissi est, quando quis aliquando graue perpetravit delictum, siue homicidium, vel aliquem vulnerauit, vel grauem intulit iniuriam. Hoc sane casu lex dolum præsumit, nempe quod dolo occiderit, vulnerauerit vel iniuriam fecerit: ita probat rex. l. 1. ad legem Corn. de sicarijs, quo in loco Imperator Antoninus statuit, quod homicida probare debet, hominem à se percussum, non occidendi animo percussum fuisse, cum aliquin

dolo, & occidendi animo percussus præsumatur, sic & in l. si non conuitij. C. de iniurijs habetur, cum, qui iniuria aliquæ affecerit, animo iniuriandi fecisse: argue ita dolus expresse præsumitur: & in specie ira notarunt Angel. in d. l. si non sicarij conuitij, & in l. Plagij. C. ad legem Flauiam, & de plagia. Aretin. in cap. in præsentia in 8. not. extrauagante, de probat. & Dec. in eodemmet cap. num. 14. v. difficile videtur, cum pluribus allegatis per Menoch. in d. præsumpt. 3. num. 45.

Secunda coniectura, qua lex dolum præsumit, est quando quis mendacium dixit, l. si quis affirmauerit §. 1. & l. quod venditur, & l. & eleganti. §. Pomponius ff. de dolo, & l. falsus §. Si quis ff. de furtis, & manifeste scripsit Paul. de Cast. in conf. 136. vists, & consideratis in fine lib. 1. & Ancharan. conf. 226. col. 2. cum plurimis alijs congestis per eundem Menochium vbi supra num. 53.

Tertia coniectura, qua lex facit dolum esse commissum, est quando quis promissa non seruat, vt inquit rex. in l. dolus, & in l. si præstatorum §. dolo ff. mandati & in l. 1. §. est autem ff. depositi, & ita manifeste responderunt Alex. in conf. 2. col. 1. & in conf. 84. col. 2. lib. 6. & alij relati per Menoch. vbi supra num. 63.

Quarta coniectura est, quando quis non facit id quod pro suo officio, & munere teneret l. dolus ff. mandati, & l. dolo. C. ad l. Falcidiam, tradit Bart. in l. tutor, qui reparatorium ff. de administr. tut. & Menoch. vbi supra,

Quinta coniectura est, quando quis contractu secum inito contraheentem decipit, l. si superstite C. de dolo, in summa ff. de peculio, Menoch. vbi sup. n. 69.

Sexta coniectura, qua lex facit dolum esse commissum, est quando quis non obtemperat magistratibus l. non potest dolo carere ff. de reg. iur. Menoch. vbi sup. num. 36.

Septima coniectura est quando quis facit, quod sibi non prodest, & alteri nocet, vt responderunt Alex. conf. 174. num. 4. lib. 2. Corn. conf. 35. num. 10. Menoch. vbi sup. n. 97.

Octaua coniectura est, & colligitur ex materiali effectu subsecuto; vt docuit Bald. in l. 1. ad fin. Cod. si quis omiffa causa testa. & sequens est Craue. conf.

162. num. 8. vers. 3. arguitur, & Menoch. vbi supra, num. 99.

Non coniectura doli est, quando quis vltus est nimis cautela, & diligentia, ac que ita plus fecit, quam fieri consuevit. Si quis sub conditione ff. de condit. instit. vbi notat Bal. & idem Bal. in l. rogasti S. si tibi col. 2. ff. si conu. Con. nel. in conf. 205. num. 7. *lib. 2. Menoch.* vbi supra, num. 102.

Decima coniectura doli est, quando sine suo commodo, vel aliq. proprio interesse accusat aliquem: ita responderit Alex. d. consil. 174. col. penult. lib. 2. & Craet. conf. 35. num. 10. & in conf. 75. num. 10. Menoch. vbi sup. num. 106.

Vndecima coniectura est, quando quis clam, & occulte facit, quod palam fieri solet, l. vlt. ff. de ritu nuptiarum, et adit Craet. in conf. 34. num. 11. & Menoch. vbi supra, num. 107.

Duodecima, & vlt. coniectura doli, que colligitur ex precedenti tractatu: ita tradit Decius conf. 4. num. 10. lib. 1. Craet. conf. 2. col. 2. & Menoch. vbi supra, num. 10.

13 Sed quia dictum est, quod Iudex non debet excedere in assignanda poenitentia, dubitatur hic, an possit ex causa minuere poenam ordinariam impositam a iure pro aliquo delicto. Ad quod responderetur, quod sic, siue agatur de poena imposita per ius commune, in quo omnes fere conueniunt, vt attestatur Dec. in capit. de causis num. 8. ext. de offic. deleg. siue etiam agatur de poena imposita a statuto. Quo casu licet aliqui teneant contrarium: opinio tamen magis communis est, quod Iudex poenas etiam statutarias potest ex causa minuere, vt attestatur Aret. in capit. qualiter, & quando, el. 2. num. 34. ex. de accus. quem refert Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 9. num. 8. & Clarus quæst. 84. vers. Vltimus quæro.

Hæc conclusio recipit duplicem declarationem. Prima, vt procedat ante sententiam, prout loquitur Glossa in l. quid ergo S. poena grauior vers. onerasset circa princip. ff. de infami. quam dicit etiam esse communem Didacius in pract. quæst. 35. circa princ. Secus autem post sententiam, vt inquit Clarus loco alleg. qui subdit, quod debent cauere Iudices, ne id sine iusta causa, & a iure

approbata faciant, ne aliquid eis derogatus contingat: nam Iudex, qui in causis criminalibus maiorem poenam imponit, quam de iure imponere debet, efficitur infamis, l. seruus. Cod. ad l. Iuliam. de vi publ. & præterea debet puniri eadem poena, que erat puniendus Rens, vt colligitur ex textu in leg. 3. in fin. Cod. ne sane baptil. geit. tradit Paris de Puteo, de Syndic. fol. 338. post num. 3.

Secunda declaratio est, quod Iudex, qui minuit poenam a iure, vel statuto impositam, exprimere debet in sententia causam, propter quam mouetur ad illam minuendam, prout se frequenter de facto fieri vidisse attestatur Iacob. de Beluiso in pract. crimin. fol. 40. in rubr. de fuga. Rerum, num. 62. & refert Clar. loco prox. alleg. qui tamen subdit, se putare sufficere, quod Iudex dicat, ex iustis causis omnium suum mouentibus id facere, absque eo quod in specie causam ipsam exprimat: quam sententiam esse communem inquit Menoch. controuerf. illust. cap. 14. num. 5. Idem tenet Lopez in add. ad Diaz. cap. 147. in vers. causam exprimere: qui paulo ante inquit, quod illud, quod dictum est, Iudicem minuentem poenam debere exprimere causam, esse intelligendum, vt procedat ad ipsius Iudicis excusationem, nõ autem ad sententia firmitatem. Nam si sine causa facit, lex supplet id, quod deest, l. 4. S. si quis condemnatus, ff. de re iudic. & allegat Bald. ita dicentem in l. quid ergo. S. poena grauior ff. de his, qui notant infamia, & Barthol. in l. relegatum, S. ad tempus, in fine ff. de interdicitis, & multos alios.

13 Aduertendum est etiam circa hanc Iudex cum poenarum impositionem; quod quando causa poenitentis non est capax poenitentia: tunc potest Iudex mutare poenam illam in aliam commutare: & ita dicunt Doctores, vt attestatur Bald. in l. veniant num. 5. Cod. intra certum tempus. Anan. in cap. 1. num. 2. ext. de calumniator. quos refert, & sequitur Clarus dict. quæst. 85. vers. vltimo.

14 Similiter est aduertendum; quod vbi agitur de poena imponenda alicuius statuti, oportet, quod in illo casu verificentur omnes qualitates, & circumstantia in ipso statuto expressa, alias poena non incurritur, vt est doctrina Ioann. Andr.

Iudex an possit minuire poenam.

Concl. declaratur dupl.

Andr. in capit. 7. de homicid. in 6. quam dicit esse singularem, & ab omnibus apud probatam. Tortus inter consilia Ant. de Bad. conf. vltim. num. 1. in fine, quos refert, & probat Clarus quæst. 85. vers. Vbi agitur.

In punitionibus leuibus ad correptionem seruanda sunt leges Relig.

15 Vltimo loco aduertendum est, quod ea, quæ dicta sunt, procedunt quando Iudex procedit in criminibus grauibus, in quibus proceditur ad punitionem, quia in leuibus seruanda sunt leges, & consuetudines cuiusque Religionis, quando non proceditur ad punitionem, sed vel ad priuandum officio, vel ad mutandum loco, ne alij noceat: tunc enim non requiritur tanta probatio, vel infamia, sed relinquitur prudentiæ Superioris. Sic Salon. 2. 2. quæst. 69. art. 2. in fin. Nauar. conf. 70. alias 78. de simonia cap. qualiter, & quando. 2. de accusat. vbi postquam tractauit de triplici modo procedendi in Iudicio, concludit: *Primo tamen ordinem circa Regulares personas non credimus vsquequaq. seruandum: quæ cum causa requirit, facilius & liberius possunt administrationibus admodum.*

Superior regularis pot. amoueri, seu prohiberi ad officio, & dignitate absq. strepitu iudicij.

Ponderentur ad hoc verba Concil. Trid. sels. 12. cap. 1. de reform. quæ sic habent: *In causis uisitationis, & correctionis, siue habilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario Generali ante definitiuam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocunq. grauamine non appelletur.* Quod quidem decretum est conforme iuri antiquo, quoad cautas uisitationis, correctionis, habilitatis, & inhabilitatis, per cap. licet, de offic. ordin. capit. reprehensibilis, de appellar. cum eis annot. Vide Nauar. in Man. cap. 2. §. sub num. 15.

Et ratio huius assignatur à Ghislerio in cap. 10. sub num. 19. quia scilicet titulum ita fixum, & firmum, quemadmodum seculares Prælati Regulares, minime habent: quare & liberius, & leuioribus de causis à Prælatura queunt amoueri. cap. qualiter, & quando cit. & capit. per uas, de simonia §. fin. Vel etiam, quia cum studere humilitati Religiosorum Prælati debeant: non est illis valde curandum, vt ab administratione remoueantur.

S. 9.

De exceptionibus contra delictum confessum.

Nono potest se defendere reus contra delictum commissum, licet illud in foro fore sit sufficiens probatum. Primo, ostendendo præsumptionem delicti, quia scilicet à die commissi criminis lapsum sit tempus viginti annorum; nam eo temporis spatio omnis accusatio criminalis præscribitur. l. querelam. Cod. de falsis. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Abbas in capit. cū haberet num. 4. de eo qui duxit in matrimonium. Cardin. Alexandr. in cap. de accusatione, columna 48. vers. Item opponi potest 2. quæst. 8. & alij relati per Clarum quæst. 51.

Potest etiam hæc exceptio in aliquibus oriri: non solum ex cursu viginti annorum, sed etiam ex minori spatio temporis, puta in adulterij crimine, cuius accusatio quinquennij spatio præscribitur, l. mariti. §. hoc quinquennium ff. ad l. Iuliam, de adul. & stup. In simplicibus fornicationibus, spatio annorum trium præscribitur. Gram. consil. 50. in ciuil. num. 6. Aret. in sua præct. criminali, folio mihi 286. in prima exceptione, in fine. Clarus vbi sup. vers. Potest autē.

2. Opponitur etiam contra delictum exceptio rei indicatæ, vt pote si alias super eisdem fuerit absolutus, vel condemnatus: nam denuo super eisdem condemnari non debet. capit. de his, de accusationibus, Antonin. de malefic. in verbo, ad querelam, num. 9. Est enim conclusio communis, quod de his criminibus, de quibus quis semel fuit absolutus, non potest accusatio, vel inquisitio replicari: & ita tenent communiter Doctores, vt inquit Iulius Clarus in sua præct. crim. quæst. 57. in princ.

Quæ conclusio de plano procedit, quando quis fuit absolutus, eo quod non commisit delictum: nam eo casu procul dubio ei competit huiusmodi exceptio rei indicatæ.

Et Follerius in sua præct. crimin. folio 302. num. 3. inquit, quod hæc est vera conclusio ab omnibus approbata, tam secundum Legistas, quam secundum

Sed si fuisset absolutus, eo quod delictum probatum non fuisset, tunc utrique posset iterum accusari, & puniri, ut inquit Clarus vbi supra.

Sed quid de eo, qui fuit de delicto punitus, poteritne iterum puniri?

Respondetur quod si fuit punitus ea poena, quam requirebat qualitas delicti, nulla est difficultas, quod non potest amplius contra ipsum procedi. Ita confuluit Bald. in cons. 31. lib. 4. & Paulus de Castro in consil. 18. lib. 1.

Sed si fuit cõdemnatus minori poena, quam qualitas delicti requirebat: forte posset dubitari: sed veritas est, quod nec isto casu poterit iterum puniri, ut docet Clar. vbi supra vers. Dicitur est.

3. quod furiosus.

3. Potest etiam allegari furor, & insania: nam si delinquens tempore delicti commissi erat furiosus, aut mente captus, non potest propter illum puniri. tex. in l. infans ff. ad l. Corneliam, de sicar. Si etiam tempore delicti erat sanæ mentis, & postea est effectus furiosus, puniri non potest de his, quæ ante furorem perpetravit: & ita tenet Bald. in l. furiosum circa fin. Cod. qui test. facere potest.

Quæ conclusio intelligenda est, quod puniri non potest poena ordinaria: sed bene puniri debet poena extraordinaria arbitrio Iudicis, ut inquit Bald. in dicta l. furiosum. Cuius opinio communiter probatur, ut inquit Clar. vbi supra. Qui subdit hoc dictum Baldi sibi placere, quando furor superuenisset iam perfecto processu suarum defensionum, & non quando superuenisset ante: quia diceretur in defensus condemnari, ex quo furiosus semper pro absente habetur.

Si etiam furiosus effectus est post sententiam condemnatoriam, ita quod ille delinquens perseveravit sanæ mentis vsque ad sententiam: & post condemnationem effectus fuerit furiosus, non potest contra eum sententia executioni mandari, ut docet idem Clar. quæst. 60. vers. Sed quæritur: & est communis opinio.

4. quod in mortuus.

4. Præterea, ira quandoque delictum excusat, & interdum minime: nam, aut ira provenit ex iusta causa, & tunc non excusat in totum, sed vt delinquens mitius puniatur: ut in viro occidente uxorem in adulterio deprehensam. Aut provenit ex iniusta causa: & tunc in nihil

excusat: & hæc est communis opinio.

5. Ebrietas etiam excusat à dolo, sed non à culpa: atque adeo committens delictum tempore, quo est ebrius, puniendus non est poena ordinaria delicti, sed extraordinaria: atque ita tenent communi consensu Doctores. Cæterum, si sine culpa fuisset factus ebrius, puta si socij, ipso infcio, sal in vino apposuissent, inquit Clar. ipsum esse à culpa, & à dolo prorsus excusandum.

5. quod ebrius.

6. Dormiens itidem habet excusationem, puta si aliquis dormiendo vulneravit, vel interfecit quemquam, excusandus est: quoniam tempore delicti non erat compos mentis, & ita tanquam profurioso habendus est. Ita Clarus vbi supra.

6. quod dormiens.

Quod tamen intelligit, vt locum habeat, quando alias ei dormienti talia euenire non solent: sed si aliquando ei contingere solent, vt scilicet à lecto surgat, & ensẽ euaginet, & familia faceret, vt de multis auditur: tunc si ipse non præcauisset, claudendo ostium, diceretur esse in culpa: atque adeo deberet poena extraordinaria puniri, ita Bart. in l. penult. ff. ad l. Pompeiam, de parricid. & est communis opinio, ut inquit Clarus.

7. Aliter etiam potest se defendere Reus, si probet, illum, qui ab ipso interfectus est, fuisse in insidijs positum, & ipsum expectasse, vt interficeret: nam licitum est tales insidiatores præuenire, eos interficere: ita colligitur ex Glos. in l. 1. in verbo moderacione. Cod. vnde vi. Et hanc sententiam approbant communi consensu Doct. vt dicit Plac. lib. 1. delict. capit. 21. num. 12.

7. quod mortuus erat iam in insidijs: & tra ipsum.

Quod tamen debet intelligi, vt procedat, dummodo ex huiusmodi insidijs tale periculum adeo præsens immineret, vt non satis tuto vitari posset, nisi insidiator occideretur, sed si aut ipse insidiator comprehenditur, aut vitari potuisset, crederem, non esse homicidam ab ætqua poena extraordinaria excusandum.

8. Alia etiam defensio solet adduci ad excusandum eum, qui de homicidio imputatur, scilicet, quod vulneratus, non ex ipso vulnere, sed ex alia causa defecit. Vide Carer. in pract. crim. §. homicidium c. sub. num. 322. Et vt in hoc habeas perfectam resolutionem, debes distinguere tres casus. Primus casus est, quando

Quod ex alia causa mortuus sit.

Tres casus distinguuntur quando

quando vulnus illatum certum est fuisse mortale. Et tunc si mors superueniat, procul dubio vulnerans tenetur de occiso, & puniendus est poena ordinarij homicidij, iuxta text. in l. ait lex §. quod si mortifero ff. ad legem Aquil. & ita communiter tenent vbiq; Doctores, vt attestatur §ot. conf. 178. column. 2. vers. Pro culus conclusio nis fundamēto lib. 2.

Secundus casus est, quando certum est, quod vulnus non erat mortale: & tunc ex quo constat, vulneratum mortuum fuisse ex alia causa, quam ex ipso vulnere: non tenetur vulnerans de occiso, ita dicit Bald. in leg. qui occidit §. fin. ff. ad leg. Aquil.

Tertius casus est, quando sumus in dubio, an vulnus esset lethale, vel non; & tunc, aut non apparet de aliqua negligentia, seu culpa vulnerati, & eo casu ex euentu securo, præsumeretur decessisse ex vulnere, & punitur vulnerans de homicidio. Aut apparet negligentia, seu culpa, & tunc vulnerans non tenetur de occiso, iux. tex. in leg. si ex plagis, in princ. ff. ad l. Aquil. Ita tenet Gandin, de malefic. in sit. de homicid. post num. 24. vers. Sed pone quod aliquis,

Et ponit exemplum de rustico, qui in capite vulneratus iuit ad laborandum cum bobus ad solem. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Blanc. in pract. crimin. fol. 135. post num. 96. Ex quo itaque talis vulnerans non tenetur de occiso, non debet puniri poena ordinaria homicidij, sed alia poena extraordinaria,

De vulnere autem an fuerit lethale necne, standum est iudicio medicorum; id est chirurgicorum expertorum, non rāmen oportet quod sint Doctores, sed sufficit esse practicos tantum per Caret. in pract. crimin. tractat. de homicid. §. 6. num. 327.

Præsump. 19 Verum si vulneratus post illatum vulnus processit de malo in peius, & in vulnere mortuus sit. ita breue spacium mortuus est: eo casu præsumeretur mortuus ex vulnere, & vulnerans tenetur de occiso: & hanc sententiam videntur sequi omnes Canonistæ, & Legistæ, vt dicit Bologn. conf. 5. col. 2. vers. 2. pro eadem.

Longum 10 Sed in hoc proposito quantum distat internallium cetur longum internallium? Respondet quantum, Angel. in l. vnica Cod. de emend. seruor.

quod secundum sententiam medicorum, nullus lethaliter vulneratus potest viuere vltra 40. dies. Vide Blanc. in pract. crim. diuerso fol. 135. num. 121.

Si tamen vulneratus post illatum vulnus ambulauit per triduum, eo casu, etiā si postea moriatur, non præsumeretur ex vulnere decessisse, secundum Gloss. in d. l. vnica in verbo depulsa. Cod. de emend. seruor, quam approbant, & sequuntur omnes Doctores, vt ait Marf. in l. si in rixa num. 56. ff. ad l. Cornel. de ficar. & in pract. crim. §. & quia n. 16.

11 Credulitas quandoque excusat a 9. *Credul. delicto.* verbi gratia, quis credebat habitas alibi iustam causam illud faciendi: vel quādo ex credebat, non esse delictum: Sed distinguen- *duum* est, quia aut loquimur in delictis, in quibus dolus est de substantia, vt saltem peritrium, & similia; & tunc, siue sit iusta causa, siue iniusta, excusat: nam videtur cessare animus delinquendi: & de hoc vera est communis opinio, quæ tradit, quamlibet iustam credulitatem excusat, vt inquit Curtius Iunior conf. 132. num. 1.

Aut loquimur in delictis, in quibus dolus non est de substantia: & tunc causa si est iniusta, excusat quidem a dolo, sed non a culpa, & ideo punitur pro culpa, non autem pro dolo. Sed si causa est iusta, excusat a dolo, & a culpa. Et ita distingui debet secundum omnes: attestatur Bald. in l. plagij num. 2. Cod. ad l. Placi, de plag.

12 Frequens in criminalibus iudicijs est defensio, quam Rei faciunt, probando bonam vocem, qualitatem, & famam, *10. bona fama probans.* probatam maxime a iuuentute: talis enim verisimile non est, vt in senectute deliquerit, vt est text. clar. in cap. cum in iuuentute, adiuncta Gloss. ibi. Ad similem, de præsumpt.

Vnde talis defensio potest eis esse utilis ad multa, nam licet alias fama publica alicuius masculicij contra aliquem sit contra eum sufficiens iudicium ad torturam, vt dixi in explicat. quinti casus reseruari ibi. Si tamen ille, contra quem probata est talis fama, probet in suis defensionibus, se esse bonæ vocis, conditionis, & fame; non poterit torqueri, secundum opinionem Doctorum opinionem: vt ait Gandin. de malef. in tit. de præsumpt. el primo n. 15.

Quin imò dici solet, quod per probationem bonæ famæ expurgantur, & tolluntur indicia, quantumvis vrgentia, contra accusatum, vel inquisitum. Et hæc dicit esse communem omnium Doctorum sententiam Io. Arno. folioq. 37. licet communis.

Fama hæc 13 Aduerto tamen quod fama quando quædam oportum habuit à parte, in cuius fauorem tendit, nihil operatur. Narr. conf. 473. num. 17. Et quando dux famæ sint probatæ: posterior elidit priorem: & si eodem tempore concurrant, statim illi famæ, quæ processit ex verosimilioribus probationibus, per Narr. vbi supra, num. 20. & 21.

Item favore rei bona fama præualeat malæ. Boss. pract. crimin. tit. de fau. defer. num. 13. Item quando probantur dux famæ contrariæ, statim testibus deponentibus de bona fama. Crat. consil. 275. num. 12. Item, si sit probata fama affirmatiua in Castro, vbi delictum est commissum, & negatiua in ciuitate: tunc si qualitates testium, & causæ ex quibus fama processit, sunt æquales: tales probationes sibi inuicem derogant: adeo vt neutri fides adhibenda sit: sed si essent inæquales, illis stabitur, in quibus concurrunt meliores, & validiores causæ, & meliores testes, per Foller. in pract. crim. §. de iur. capitula, num. 24.

14 Hoc autem quod dictum est de bona fama, limitatur, vt procedat quando contra Reum nihil aliud est probatum, quam sola fama: secus autem, si vltra famam, esset etiam aliquod aliud indicium super delicto: nam eo casu, non obstante tali probatione, vtique possit torqueri. Clarus in quæst. 60. vers. Frequens etiam, in fin.

15 Prodest etiam probatio nobilitatis, vel dignitatis: nam licet, quando tractatur de pœna pecuniaria imponenda, grauius puniendi sint nobiles, quam ignobiles: tamen quando agitur de imponenda pœna corporali, seuerius puniendi sunt plebei, quam nobiles, aut viri in dignitate constituti. Ita dixit Glos. in cap. cum quidam, in Glos. 1. de iureiur. quam dicit esse communiter receptam. Didac. lib. 2. resol. cap. 9. num. 3. Sic etiam in ipsis pœnis corporalibus imponendis, magis ignominioso mortis genere puniuntur plebei, quam nobiles: quod

fuse probat Clar. vbi supra, vers. Prodest &c.

16 Prodest quoque probare insignem peritiam ipsius imputati, vel excellentiam in aliquo artificio: nam etiam ea causa pœna remitti, aut minui potest. Et ad hoc solet allegari l. ad bestias ff. armis prode pœnis. Et ita communiter receptum esse attestatur Didac. lib. 2. resol. cap. 9. Placa lib. 1. delictorum cap. 33. n. 1. & seqq. & refert Parif. de Puteo de Synd. in verba pœna, cap. 1. in fin. quod ita semel obtentum fuit in consilio regio in quodam bombardario, ipso Paride patrocinate. Refert etiam pract. Carer. fol. 14. n. 72. quod Dynus defendit quendam insignem fabrum, cui erat amputanda manus, & propter eius peritiam fuit ei mitigata pœna.

Ego quoq; audiui quendam commississe peccatum nefandum, & confitro de delicto, in sui defensionem ipsemet adduxit suam peritiam, quæ reuera erat magna, & mitigata fuit ei pœna, atque dimissus. Quod etiam ad Regulares recte potest accommodari.

17 Vtilis est etiam probatio meritorum ipsius Rei in Principatu, vel Republicam: nam quandoque remittitur pœna ei, qui in multis, & arduis negotijs Principi seruiuit, & Republicæ, vt dicit Glos. in §. plane in verbo ob meritam. Institut. de iure natur. gent. & ciu. quæ in hoc ab omnibus approbatur, vt ait Græ. conf. 29. nu. post. 40. vers. Quod maxime.

18 Quandoque etiam propter multitudinem Reorum, maleficium non est seuerè puniendum: hinc est, quod in Vniuersitatem non fertur sententia excommunicationis: & ita tenet & seruat Curia, vt ait Cardin. Alex. in cap. Episcopus q. 2.

19 Spontanea quoque confessio meretur, vt mitius cum Reo procedatur, quæ contra eum, qui probationibus est confictus arg. in l. vni. C. de his, qui se defer. & hanc sententiam dicit esse communiter approbatam. Simancas de hæret. c. 55. num. 6. quam etiam communem appellat Bero. in cap. at si clericus, in prin. num. 88. de iud. Et in Religionibus passim practicatur.

20 Meritum Rei in Principatu, vel Republicam: nam quandoque remittitur pœna ei, qui in multis, & arduis negotijs Principi seruiuit, & Republicæ, vt dicit Glos. in §. plane in verbo ob meritam. Institut. de iure natur. gent. & ciu. quæ in hoc ab omnibus approbatur, vt ait Græ. conf. 29. nu. post. 40. vers. Quod maxime.

21 Quandoque etiam propter multitudinem Reorum, maleficium non est seuerè puniendum: hinc est, quod in Vniuersitatem non fertur sententia excommunicationis: & ita tenet & seruat Curia, vt ait Cardin. Alex. in cap. Episcopus q. 2.

22 Spontanea quoque confessio meretur, vt mitius cum Reo procedatur, quæ contra eum, qui probationibus est confictus arg. in l. vni. C. de his, qui se defer. & hanc sententiam dicit esse communiter approbatam. Simancas de hæret. c. 55. num. 6. quam etiam communem appellat Bero. in cap. at si clericus, in prin. num. 88. de iud. Et in Religionibus passim practicatur.

23 Multitudo Reorum, maleficium non est seuerè puniendum: hinc est, quod in Vniuersitatem non fertur sententia excommunicationis: & ita tenet & seruat Curia, vt ait Cardin. Alex. in cap. Episcopus q. 2.

24 Spontanea quoque confessio meretur, vt mitius cum Reo procedatur, quæ contra eum, qui probationibus est confictus arg. in l. vni. C. de his, qui se defer. & hanc sententiam dicit esse communiter approbatam. Simancas de hæret. c. 55. num. 6. quam etiam communem appellat Bero. in cap. at si clericus, in prin. num. 88. de iud. Et in Religionibus passim practicatur.

25 Spontanea quoque confessio meretur, vt mitius cum Reo procedatur, quæ contra eum, qui probationibus est confictus arg. in l. vni. C. de his, qui se defer. & hanc sententiam dicit esse communiter approbatam. Simancas de hæret. c. 55. num. 6. quam etiam communem appellat Bero. in cap. at si clericus, in prin. num. 88. de iud. Et in Religionibus passim practicatur.

II. Nobilitas, & dignitas probantur.

11. Nobilitas, & dignitas probantur. Prodest etiam probatio nobilitatis, vel dignitatis: nam licet, quando tractatur de pœna pecuniaria imponenda, grauius puniendi sint nobiles, quam ignobiles: tamen quando agitur de imponenda pœna corporali, seuerius puniendi sunt plebei, quam nobiles, aut viri in dignitate constituti. Ita dixit Glos. in cap. cum quidam, in Glos. 1. de iureiur. quam dicit esse communiter receptam. Didac. lib. 2. resol. cap. 9. num. 3. Sic etiam in ipsis pœnis corporalibus imponendis, magis ignominioso mortis genere puniuntur plebei, quam nobiles: quod

S. 10.

De vltima rei defensione, qua est Appellatio.

Vltimum Reorum refugium est appellatio, quæ vna est ex legitimis defensionibus, vt dicit Dom. Sotus l. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 3. Nauar. conf. de appell. n. 6. Sayrus in Clau. regia lib. 12. cap. 17. num. 31. Nisi enim de iure naturali esset, D. Paulus, vt habetur Act.

Appellatio est de iure natura. 29. minime appellasset: quod intelligitur quantum ad appellationis substantiam.

For. pag. 12. etiam attrinet: nam quantum ad illius formalitatem spectat, siue modum, ac tempus, iure positiuo fuit constituta: vt vna C. de sep. præf. prætor. Abb. in rubr. de appellat. Sylu. Tabien. verbo appellatio num. 2.

Vt autem Reus sciat quando ad hanc defensionem recurrere possit, & quando minime, sciendum, quod

Appellatio non potest reus conuictus, & illud etiam sponre confessus, & tunc ei non licet amplius appellare, & c. Reus, aut est de ipso delicto plene conuictus, & illud etiam sponre confessus: & tunc ei non licet amplius appellare, vt est tex. clarus in l. 1. Cod. quorsu appellat. non recip. quæ non solum locum

habet in illis quinque criminibus exceptis, de quibus loquitur illa lex, videlicet, homicidij, veneficij, adpeticij, maleficij, & viæ publicæ: Sed generaliter etiam habet locum conclusio in omnibus alijs delictis: & ita hanc esse communem opinionem attestatur Imola in l. fin. §. porro, num. 4. ext. de appellat.

Appellans sic reus, nō est audiendus. 2. Si vero talis Reus conuictus, ac sponte confessus appellauerit, reiicienda est appellatio: neque debet ab executione supersederi: & ita de consuetudine seruatur, vt inquit Bart. in leg. qui vltimo, vers. fin. ff. de pœnis, quem refert Clar. quæst. 94. in princ. cum alijs per eum ibi allegatis. Ratio autem istius conclusionis, vt ait Carer. in sua pract. est, quia talis est præsumptæ calumniæ malicia: nam ex quo est conuictus per testes, & alias probationes cõgruas, & legitimas, & sponte confessus est: appellans censetur facere animo differendi executionem pœnæ, cum in causa appellationis contrarium, etiam de errore, probare non possit: nam conuictus per claras probationes non dicitur errare: sed veritas cum confessione consonat, vt per Bald.

in d. 172. & in l. ad dictos C. de episc. audient. Cum itaque contrarium probare non possit; sequitur, quod talis appellatio friuola censetur: & ideo non debet audiri: nam appellatio notorie calumniosa non impedit executionem: vt per Bald. in l. 1. v. modo quarto C. ne ex delicto defunct. & alios allegatos per Carer. loco prox. cit. num. 9.

3. Aut Reus confessus est tantum, & Confessus non conuictus: & tunc si non reuocauit sed non cõsuam sententiam, non auditur appellat. nictus, aut tex. est in cap. cum speciali §. porro, ex de possit appell. in 6. quem sequitur communis

practica assessorum, vt inquit Bald. in d. l. 1. post num. 10. vers. Interdum autem C. ne ex dele defunct. Hanc autem dicit esse communem opinionem Didacius in pract. quæst. 23. fol. 16. allegato versu. concl. 2. & Carer. pract. crim. 1. par. §. 3. casus est: num. 7. fol. 8. quem refert, & sequitur Clarus d. q. 54. & alij plures per dum relati: & hanc esse communem opinionem, tam de iure ciuili, quam canonico attestatur Bos. in tit. de appell. num. 25.

4. Si tamen Reus non simpliciter appellaret a sententia, sed in appellatione talis & allegaret causam probabilem contra suam confessionem: tunc audiretur appellans, sam proba- & super sedendum esset ab executione. hilem contra suam.

5. Si Reus est tantum conuictus, & non confessus, tunc potest appellare, quia debet audi- cõceditur appellatio etiam in causis cri- ri.

minalibus, tam de iure ciuili, quam canonico. De iure ciuili l. iugatoribus C. de appell. & in l. addictos C. de episcop. audient. de iure Canonico in cap. cum sit Romana, & ibi Decius ext. de appell. Quod etiam procedit in crimine læsæ Maiestatis, vt ibi per Decium, & Bos. tit. de appellat. in princ.

6. Nota tamen, quod ille, qui conuictus est, & iuste condemnatus est, si appellat, qui iuste, peccat mortaliter: quoniam appellatio, damnatus est peccati- nes conceduntur ad tollendum grauamen, vt habetur ext. de appell. cap. v. mortali- debitus. Sed qui iuste est condemnatus, ser. nullum patitur grauamen: & ideo si appellat, non vult seruare Iudicis sententiam: sicque offendit Iudicem, alique facit iniuriam: & nemini iuste, ac iuridice condemnato licitum est se à legitimo Iudice defendere: nam qui potest a cõ resistit,

resistit, Dei ordinationi resistit, vt habetur Rom. 12. appellare autem est resistere. Confirmatur hac conclusio argumento cap. quicumque 2. q. 6. vbi dicitur, quod quicumque non confidentia iustæ causæ, sed causa differendæ mortis, ne contra eum sententia proferatur, appellauerit: vel si de facto suo confisus, ne abijciatur, appellare voluerit: huiusmodi appellationes non recipiuntur; & in c. omnino ead. causa, & q. appellatores huiusmodi puniri iubentur. Hanc conclusionem tenet S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 3. & 4. Caiet. ibi. Sylu. verbo accusatio q. 14. Tabien. eod. verbo accusatio §. 9. Sotus lib. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 3. & Nauarrus in Man. cap. 25. in tit. de delictis

Gram. in decif. 36. in 6. dub. & declarat Carer. loco prox. alleg. n. 3. & 4.

9 Secundo intellige, dummodo probatum sit ipsum delictum, quod præsupponitur notorium; notorie fuisse commissum, id est, in conspectu populi, vel iudicis; vt supra, ita quod nulla tergiversatione celari possit. Non autem sufficeret, quod de eo notorie appareret; nam potest esse, quod vel per testes de visu per confessionem ipsiusmet Rei, ex quibus dicitur notorie constare de delicto, probaretur ipsum delictum: & tamen nullus sani capitis diceret, delictum ita probatum, dici posse notorium, ad effectum, vt super eo, tanquam super notorio non possit appellari, vt bene declarat Clar. quæst. 9. vers. Item quæro.

Limitatur etiam vt delictum sit probatum esse notorium.

Appellans talis tenetur ad omniniam danna. rei num. 39. qui inquit, quod talis appellans, obligatus est ad restituenda omnia damna, & interesse, quæ ex sua iniusta appellatione proueniunt. Nec per consequens absoluti potest a confessore, nisi appellationem renunciauerit.

10 Est etiam alius casus, in quo non admittitur appellatio in criminalibus, sed statim fit executio, quando scilicet quis esset condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure; cum tunc habeatur pro conuicto, & confessio, qui non appellat, vt dictum est, ita tradit Bald. in l. si quis adulter. ff. de adult. in 2. not. Marfil. in l. 1. vers. Item condemnatus C. de raptu virgin. & in rubr. de probat. sub num. 249. vers. teneas mente, & alij relati per Carer. vbi supra in §. 4. qui incipit. Quarrus casus est fol. 9.

Condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure, non audietur.

Appellatio non admittitur in notorijs. 7 Alius est casus, in quo non admittitur appellatio in criminalibus, quando scilicet delictum est notorium: nam criminofus manifestus non auditur appellans, vt est tex. in cap. cum sit Romana, in fin. cap. peruenit & c. cum speciali §. porro ext. de appell. Et hanc conclusionem tenent communiter Anania in cap. quam pernitiosum post n. 1. ex. de vsuris, Carer. late in d. l. 2. quæ est practica sua §. 2. qui incipit, Secundus erit casus in 1. col. fol. 1. & Clar. in diq. 94. vers. solet etiam dici.

11 Alius quoque casus est, in quo non admittitur appellatio, nempe in hæreticis: nam hæretici condemnati ab inquisitoribus, non possunt appellare, & est tex. clarus in cap. vt inquisitioni §. atque de hæreticis in 6. Et licet cap. ad abolendam §. illos ext. de hæret. disponat, quod tantum relapsi non possint appellare, tamen dictum cap. vt inquisitioni, quod est posterius, loquitur generaliter in omnibus hæreticis.

Hæreticus damnatus, & appellans, non est audiendus.

A sententia tamen Iudicis declarantis aliquid esse notorium, potest appellari, cum Iudex possit iniuste declarasse, vt inquit Nauar. l. 5. consil. tit. de sent. excom. cons. 10. num. 5.

Non solum in hæreticis ipsis, sed etiam in eis credentibus, receptoribus, & eorum fauoribus, vt ibi dicitur, vt non appellent, declarat Carer. vbi supra §. 9. qui incipit, Nonus casus fol. 81. Quam tamen conclusionem ipse limitat in duobus casibus. Primus est, quando appellaret ante sententiam ferendam: tunc enim posset: nam prohibita appellatione à diffinitiuâ, ante potest appellare, vt tradunt Philippus, & Archidiaconus & alij in dicto capite inquisitioni, vt per Dec. in l. si quis in conscrib. C. de pactis.

Ampliatur conclusio ad fauores. Limitatur

Limitatur de notorio facti. 8 Quod intellige de notorio facti, siue per euidentiâ, siue quod delictum notorium fuerit toti populo, vt puta factum in conspectu populi, vel per vehementis indicium, quia interfecto visus est fugere per plateam in conspectu populi cum ense euaginato, & sanguinolento: vel commissum est delictum in præsentia audientium, vt per specul. in tit. de notorio crim. Non autem in notorio per famam publicam: nam tunc admittitur appellatio, vt habetur in d. cap. cum sit Romana. Nec in notorio iuris tantum, quod resultat per confessionem, vt per

Secundus casus est, quando iudex ad quem fit appellatio, cognito de iustitia, adhæret iudici à quo, qui quidem potest inhibere, vt per Panorm. in cap. Pastoralis, in fin. vers. quantum autem, ext. de appell. gloss. in cap. Romana §. si autem, de appell. in 6. Idem Carer. extendit supradictam conclusionem, vt habeat locum etiam in Simonia, quod scilicet, non detur appellatio, cum crimen simoniæ æquiparetur hæresi, vt per Felin. in c. olim 1. ext. de simonia.

In correc-
tionibus nō
admittitur
appellatio
regularis,
nisi sit ex-
cessus.
 12 Postremo, est alius casus, in quo non Religiosus non potest appellare à cor-
 regulatione, rectione suorum Prælatorum, si fiat secundum statutum Regulæ, vel Ordinis, vt inquit text. in cap. ad nostram cap. reprehensibilis, & cap. cum speciali, ext. de appell. Quod tamen procedit, nisi Prælati excedat modum in corrigendo, vt declarat gloss. in fin. d. cap. ad nostram, quam refert, & sequitur Sylu. verb. appellatio §. 3. in quæst. 7. per text. in c. de priore eodem tit. de appellat. & in c. super quæstionem §. nos autem ext. de offic. iudic. deleg. Vide Nauar. lib. 2. consil. tit. de appell. consil. 4. vbi ex gloss. & Decio colligit, quod non solum potest appellare Religiosus in alia causa civili, vel criminali, sed etiam in causa correctionis, in qua regulariter etiam sæcularis prohibetur appellare, si modus correctionis excedatur. Cui gloss. est alia similis in d. c. licet, de off. ord. & notat Panorm. communiter receptus vtrouque: nam moderata debet esse correctio, alias ad superiorem recurri potest, vt Bal. dicit per illum text. in l. 2. §. dominorum ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, per quam dicit etiam Bald. in d. cap. ad nostram, de stat. monach. quod Abbate nimis seueriente in monachos, eis licet fugere de monasterio, nec dicuntur apostatæ: quin & Abbate odio grauante Monachum, potest pro defensione sua arma accipere, vt notabiliter Cardin. tradit in clem. 1. §. præfata de stat. monach. Denique in cap. ad Romanam 2. q. 6. conceditur omnibus oppressis appellare ad sanctam Sedem Apostolicam: nec ab hac cõcessione reperitur vsquam Religiosus exclusus. Sic Nauar. vbi supra. Naturalis etenim ratio cuique suadere videtur, vt seipsum, eo quo meliorti

potest modo tueatur: quare se grauati, vel grauandum sentiens quis, ad superiorem iudicem prouocare potest, vt hoc pacto se, suaque seruare queat.

13 A quavis autem prouocatur sententia, siue definitiua sit, siue interlocutoria. Definitiuam sententiam dicitur illa, qua iudicium ipsum terminatur, qua videlicet condemnatur quis, vel absoluitur. Interlocutoria vero illa nuncupatur, quæ causæ ipsi interponitur: vt cum iudex iustas, & rationabiles Rei exceptiones nequaquam admitti: Reum iniuste torqueri: vel non audiri: legitimas defensiones eidem non esse tribuendas, & è conuerso, decernit: cum accusatorem legitimum, illegitimumue: testes idoneos, vel non idoneos: huiusmodique alia in causæ progressu contingentia, determinat, siue declarat.

A sententia igitur definitiua, si quam iniustitiam in se ipsa contineat, aut præferat, appellari posse, omnibus est in confesso. Valent. 10. 3. disp. 5. q. 13. punc. 3. præterquam à sententia definitiua violatæ Religionis, à qua non admittitur appellatio propter fidei fauorẽ, ac odium hæreticorum, ne iudicium protrahatur. Pegna in Direct. inquis. com. 31. versic. sed hæc dubitatio.

A sententia verò interlocutoria, si ratio, causaque iusta, vel probabiles adit, de iure canonico potest appellari, cap. si post concilium minime, nisi appellat. Sed necesse est, vt in appellatione ab interlocutoria exprimat iusta causa appellandi, vt docet Nauar. lib. 2. consil. tit. de appell. consil. 1. licet in appellatione à definitiua, hoc non requiratur. Post concil. verò Trident. cap. 2. de reform. sess. 13. non licet, nec ab interlocutoria appellare, nisi quando grauamen illatum per illum non possit tolli per appellationem à definitiua: vel nisi quando interlocutoria habet vim definitiua. Nauar. vbi sup. in fin.

14 Modus autem in appellatione seruandus est, vt prouocatio fiat, aut viuæ voce, si incontinenti grauamine illato, prouocetur, eodemque die, iudice in eadem iudicij existente. figura 1. ff. de appell. l. litigatoribus C. eod. Aut in scriptis, si in continenti minime fiat. Achil. ne fieri de Grafs. decis. 8. n. l. & 2. Tunc enim, an

Intra decem dierum spatium appellatio-
nis libellus in scriptis prouocantem, iu-
dicium à quo, & ad quem, ac aduersarij
nomina continens, porrigendus est iu-
dici à quo, vt l. 1. §. si ff. de appell. sic de
iure ciuili. De iure vero Canonico debet
addi in libello expressio grauaminis
à quo appellatur. capit. cum sit. Ro-
mana, de appellat.

Nauar. in relect. cap. cum contingat
de rescr. in 6. caus. nullit. sub n. 9. tenet
quod non voce, sed scripto fieri debeat
appellatio, sic enim ait: Putauit enim,
vt arbitror, eius patronus, in quo etiam
alios vidi errantes, appellationem in-
scriptis ceteri factam, si quis coram
Notario dicat, se appellare, & roget eū,
vt id scribat: cum tamen id longe alienis-
simū à vero sit: iuxta sentent. Ang. com-
muniter recep. in l. à sententia §. 1. ff.
de appell. vbi concludit, quod vt quis
dicatur appellare in scriptis, debet of-
ferre libellum continentem scriptam:
nec sufficit, quod quis viuā voce appel-
let, licet in continenti faciat eam scribi
per Notarium, etiam cum expressione
causarum grauaminum.

Imò secundum eum oportet addere
verba in scriptis: quod tamen non esse
necessarium affirmat Imola ibi commu-
niter cont. Ang. in hoc receptus.

Facit, quod sententiam diffinitiuam
non dicitur in scriptis ferre, qui eam
verbo fert, & latam statim scribit, vel
dum eam fert, facit in scriptis per Nota-
rium redigi, secundum omnes in cap. si.
de re iudic. in 6. Aliud enim est aliquid
in scriptis fieri, aliud, factum in scrip-
tis redigi, secundum gloss. receptam;
quæ 2. est in illo c. fin. Sic Nauar. vbi
supra.

Sed quia hæc sunt apices iuris, ad quæ
ex concessione Bonifac. VIII. Regula-
res non tenentur: propterea, quocun-
que modo fiat appellatio, siue in voce,
siue in scripto, admitti debet in iudicio
regulari.

Appella- 15 Appellationem, si iusta, vel rationa-
tionem in- bili causa, & ratione fulciatur, admittit-
stā admittit- re debet ipse iudex, & non admittens,
vere debet puniatur c. decreto 2. q. 6. c. de priore, de
index, alio- appell. & c. 1. eod. tit. in 6. Nauar. conf.
quin puni- 1. tit. de appell. in fi. & conf. 4. n. 6. Me-
sur. noch. de arb. iud. cent. 4. casu 368.

16 Si appellatio iusta à Iudice non ad-

mittitur, vel à Reo ipsius iudicis time-
tur violentia: tunc pro appellatore re-
putatur: dummodo publicè protestetur: *fit coram*
tur, vel coram aliqua honesta persona *honestā per-*
appellet l. cum quidam ff. de appell. cap. *sona.*
fin. eod. tit. à qua honesta persona tri-
bui debet Apostoli testimoniales ipsi ap-
pellanti. Syl. verbo appell. n. 13. in fin.

Id etiam fieri potest quando copia iu-
dicis haberi non potest. l. 1. §. dies ff.
quando appellandum, & cap. bidualum §.
1. 2. quæst. 6. & tradit Egidius in decis.
381. in hæc verba. Si post sententiam
iudex se absenter à loco iudicij, sufficit
appellare coram persona authentica:
nec tenetur alibi iudicem querere ad
appellationem intimandam, & ad Apo-
stolos petendos ff. quemadmodum ap-
pellandum sit l. 1. §. dies.

Sed sufficit adire iudicem ad quem.
Ita ait Rot. in nou. decis. 166. Si appelle-
tur, quæ in nou. rub. est 2. de appell. in
nou. Quæ addit, sufficere coram Nota-
rio causa appellare, quando iudex abest:
adeo vt non oporteat eum adire absen-
tem, etiam si possit, & sciat, vbi sit intra
decendium appellandum, neque ad pe-
tendum apostolos intra 30. iuxta cap. ab
eo, de appell. in 6. Cassad. item in decis.
8. tit. de appellat. num. 6. in fine. testa-
tur, anno 1519. fuisse in Prætorio Ro-
mæ iudicatum nihil nocuisse cuidam, qui
appellauerat biduo ante cursum decen-
dij coram honesta persona, quæ sito iu-
dice à quo, & non inuento, nec curaue-
rat postea redire ad ipsum pro apostolis:
nec probare, quod fuisset in momento
impeditus: quod est singularissimum, &
quotidianum: quod ipsum repetit po-
stea in decis. 3. eiusdem tituli.

17 Si autem appellantis ratio dubia sit, *Appellatio*
quare anceps ipse fiat iudex, an admittit- *in dubijs*
tenda, nec ne prouocatio sit: illam vti *est admittit-*
que admittere debet. Io. Andr. in c. vt *tenda.*

debitus, de appell. Specul. eod. tit. §.
nunc dicamus. Archid. cap. 1. & cap. si à
iudice eod. tit. Felin. cap. significamus
de test. num. 1. Cuius illa ratio esse po-
test, quia existente opinionum varietate
(dummodo probabiles sint) iudex in
Rei fauorem iudicare debet: argument.
cap. cum sunt, de regulis iuris in 6. leg.
fauorabiliores ff. eod. tituli.

18 Duplex est autem appellatio, qua *Appellatio*
grauati vti possunt, altera qua fit, & *dupliciter*
grauati vti possunt, altera qua fit, & *fit voce, &*
factis.

proponitur verbis, & communiter fit: altera, quæ fit facta per arreptionem itineris ad superiorem, vt habetur in cap. dilecti 2. de appellat. vbi post alios, resoluendo Decius, probat, etiam hodie arreptionem itineris ad superiorem seruati seruandis in appellatione verbali, habere locum, & effectum appellationis verbalis. Nauar. in conf. 5. num. 7. tit. de appellat. & in com. 2. de reg. n. 16.

*Appella-
tione iusta
interposita
nequis pro-
cedere in-
dex.* 19 Appellatione probabili ratione ful-
tione interposita, nequit amplius procedere
interposita re iudex, aut aliquid innouare, cap. post
nequis pro- appellacionem 2. q. 6. l. 1. ff. nihil nouari,
cedere in- appell. interposita. Nanar. conf. 1. de
dex. appell. num. 3. Vnde pendente appella-
tione, integer, ac illæsus seruari debet
damnati status. Couar. lib. 1. var. resol. c. 16. num. 11. circa fia.

*A declara-
tione ex-
communi-
cationis li-
cet appel-
lare.* 20 Quamuis autem à sententia excom-
municationis non possit appellari ad ef-
fectum eam suspendendi c. 15. qui S. fin.
desent. excom. in 6. à declaratione ta-
men, qua quis declaratur eam incurrisse,
potest appellari, etiam ad effectum eam
suspendendi: ita quod appellatione
pendente, nihil ei obstat, iuxta gloss. recep-
tam in cap. cupientes S. quod si per. 20.
verl. priuatos, de elect. in 6. & latius tra-
dit Felin. in cap. Rodolphus num. 43. de
resecr. vbi adducit illud Panorm. in conf.
100. quod quamuis in facto verè notorio
non possit appellari, vt dictum est supra:
à sententia tamen Iudicis declarantis
factum esse notorium, posset appellari:
cum iudex possit iniuste declarasse: sicut
in simili dixit gloss. in d. S. quod si per vi-
ginti, quod licet à sententia iuris non
appelleretur, vt c. quia nos, de appell. a
sententia tamen iudicis declarantis quæ
incidisse in pœnam legis, bene potest ap-
pellari. Nau. conf. 9. de sent. excom. n. 5.

21 Regularis igitur non solum de pub-
licis delictis, verum etiam quando de
occultis delictis grauioribus, atque gra-
uissimis ad illorum infamiam, aut offi-
ciorum, siue etiam actiuar, ac passiuar vo-
cis priuationem, aut cæcerationem, aut
aliam grauiorem, vel grauissimam pœ-
nam contra eosdem agitur, si grauentur,
quemadmodum alij quicunque mortali-
um, & ipsi appellare, siue prouocare
queunt.

I. I. efficacissimis, atque verissimis ra-
tionibus probat Sayrus in Clari regia

lib. 12. c. 17. num. 38. & seq. ac Rodrig.
in q. 29. art. 2. tom. 1. q. regul. post Nau.
conf. 5. de appellat. num. 6.

Nec obstat, quod vox vulgaris habet
(inter probos regulares nec appellari,
nec appellationes admitti debere:) &
quod Conc. Trid. c. 4. de reg. fels. 25. sic
habet. Nec liceat Regularibus à suis
conuentibus recedere etiam prætextu
ad superiores accedendi, nisi ab eisdem
missi, aut vocati fuerint: qui verò sine
prædicto mandato in scriptis obtento re-
pertus fuerit, ab Ordinarijs locorum,
tanquam desertor sui instituti puniatur.
Et quod cap. ad nostram, de appell. sic
habet.

Remedium appellationis non ideo in-
uentum, vt alicui à Religionis, & obser-
uantia exorbitanti debeat sua nequitia
patrocinium exhibere, & c. reprehensi-
bilis eod. tit. habet. Nec subiecti contra
ecclesiasticam disciplinam in vocem ap-
pellationis erumpant. Et quod vulgus
ait, statutis Religiosorum prohiberi ap-
pellationes, & appellantes à suis supe-
rioribus in cæceres conijci, grauique
pœnitentia, & pœna purgari, & puniri.

Non, inquam obstat prædicta, vt op-
timè Nauar. omnino videndus, in com.
3. de regul. sub n. 51. & conf. 4. de appell.
per totum: quia vox illa vulgi intelli-
genda est de appellatione à correctione,
& mandatis regularibus legitime factis.
Concilium non vetat appellare, sed ira
ad superiorem sine licentia. cap. ad no-
stram, solum prohibet appellare ad de-
fendendam nequitiam, & ita de non op-
presso, & appellante iniusta de causa.
Nos verò loquimur de oppresso, & ap-
pellate iusta de causa, ob quam dicimus,
Religiosum ritè posse appellare.

22 Ordo verò appellationis assignatur
à S. Congregatione, nempe à Priore, vel
Guardiano ad Prouincialem: à Prouin-
ciali ad Generalem: à Generali ad Illu-
strissimum Protectorem: à Protectore ad
sacram Congregationem.

23 Nec quia Regularibus sit vejitum, *Appellari*
ne extra Ordinem appellent, alioquin *extra o di-*
pœnam excommunicationis incurrunt, *non est ex-*
vt habetur per multa priuilegia, qua *communi-*
possunt videri in Comp. priuili. tit. appel- *carus -*
latio, vt est illud præcipuè Innoc. VIII.
Ordini Cisterciensi concessum, in quo
motu proprio declarauit, huiusmodi ap-
pellari

pellantes, censuram, & poenam excommunicationis ipso facto incurrere, ac pro talibus ab omnibus publicari debere: appellationsque nullas, & inanes fuisse, & esse: & propterea ipsis iudicibus ad quos appellatum esset, inhibet &c.

Sacra Congregationis tribunal intra Ordinem censetur. Non, inquam, propter hoc aliquam censuram incurrunt, qui ad sacram Congregationem super Regularibus appellant: nam Tribunal istiusmodi sacre Congregationis tanquam tribunal intra Ordinem existimatur: ad hoc enim institutum est, vt causas Regularium, quādo opus fuerit, cognoscat. Et hæc de defensione rei, & de tota hac materia de iudicio regulari dicta sufficiant: in qua prolixiores fuimus quam institutum nostrum requirebat: sed ad solatium Regularium præcipue id fecimus, quibus labor noster defuat: à multis enim obnixè rogati fuimus, vt de tali materia aliquid scriberemus, quod & factum est. Nunc verò ad explicationem reliquorum casuum, qui supersunt, reuertamur.

SEXTVS CASVS.

Procuratio, auxiliium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum foetum, etiam effectum non secuto.

PAUCA de hoc casu dicenda veniunt, quia raro occurrit, & etiam quia cognitis terminis non habet difficultatē. Primo igitur videndum est. quomodo fiat, & procuretur abortus: & dicimus breuiter, quod pluribus vijs id potest procurari, scilicet potione, baculo, onere, vel alio modo, sed vt plurimum potione, quando post animatum foetum talis potio datur, quæ mulierem grauidam abortiri faciat, vt frequentissimè accidit illis fæminis, quæ ex fornicatione clam concipiunt, & procurant abortum, ne ex vteri tumore, aut partu sequenti infamentur ipsæ, & qui eas prægnantes fecerunt. Aliquando etiam id procuratur per Magiam, & sortilegia, & tunc peius est, nam præter peccatum procurandi abortum, committitur aliud grauius, nempe sortilegij, veneficij, aut incantationis, de quibus in primo casu.

Abortus grauius. Talis autem procuratio abortus grauiusimum delictum est, nam vt rectè

Syluester ait, verbo abortus n. 1. Abortus peccatum, & sterilitatis venena procurans, *Syluest.* homicida est, & mortaliter peccat, capit. aliquando, cum seqq. 32. quæst. 3. Et si factus inanimatus est, & nobilis est sceleris auctor, parte bonorum amissa, relegatur: si vero ignobilis, damnatur in metallum. ff. de poenis leg. si aliquid §. qui abortionis.

Si verò erat animatus, debet capite puniri, quia verus est homicida. Sic. n. præcepit lex, si quis necandi C. ad leg. Corneliam de sicarijs, cuius hæc sunt verba. *Si quis necandi infansis piaculum aggressus, aggressus est, scias se capitalis supplicio esse puniendum.* Cuius ratio est quia factus post animationem anima rationali est homo cap. sicut 2. de homicidio: nam sicut nihil est homo, quod non sit compositum ex corpore, & anima rationali: ita omne compositum ex illis est homo. cap. in quadam, de celebr. Miss.

Vnde qui occidit huiusmodi foetum, verè occidit hominem, & vere dici potest homicida, vt dicit Panorm. in d. c. Panorm. sicut n. 1. & errant, qui contrarium leuiter dicunt. Præterea, huiusmodi foetus antequam nascatur, habetur pro nato, quo ad ea, quæ sibi profunt, per l. qui in vtero ff. de stat. hom. quamuis non quoad ea, quæ alijs profunt, iuxta leg. quod dicimus ff. de verb. signif. Præterea lex supra posita includit occidentem foetum anima rationali animatum, ea firma ratio, quod dispositio quantumlibet odiosa, & poenalis includit omnia, quæ sua verba propria significant l. cum lege adiuncta gl. & doctrina Aretini communiter recepta ff. de testam. & per prædicta huiusmodi foetus est verus homo: & occidens eum, vere occidit hominem, & ita proprie est homicida: ergo includitur sub lege disponente de homicida, etiam si sit odiosa, & restringenda.

Hinc sequitur, quod talis, quod talis, qui id procurat, non solum incidit in casum referuatum, verum, & incurrit in irregularitatem, quia cum foetus ille sit animatus anima rationali, procurans abortum, homicida est, vt supra probatum est. Et propterea fit etiam irregularis. Vide D. Thom. in 4. dist. 31. in litera, quem sequitur Sylu. vbi supra. Si vero foetus nondum est animatus anima rationali, qui datur potum ad abortum faciendum, licet

peccet mortaliter, non tamen est irregularis, neque incidit in casum reservatum.

Dubium.

3 Quod si dubitatur de foetus animatione. An Religiosus dans, seu procurans potionem pro abortu, seu consulens, vel auxilium præstans, incurrat in irregularitatem?

Resp.

Resp. quod in foro contentioso, vbi agitur de poena, interpretatio fieri debet in partem mitiorem. I. interpretatio ff. de pœnis. Sed in foro animæ, vbi agitur ad placandum Deum, & emendationem, debet quis se reputare homicidam, quia in talibus, tutior via est eligenda, vt in c. iuuenis, de spons. & bonarum mentium est, ibi culpam timere, vbi culpa non est cap. ad eius, in fine dist. 5. argumen. cap. ad audientiam, de homicid. Vide Nauarr. in Manuali cap. 27. num. 223.

Nauarr.

Animatus 4 Secundo videndum est, quando dicitur animatus foetus; & circa hoc dicitur breuiter, quod in masculis est post quadraginta dies, & in foeminis post dies octuaginta: vnde hic non agimus de qualibet animatione pro casu reservato, sed de animatione anima rationali: nam licet quando est ibi anima vegetatiua, & quando etiam est sensitua in embrione, si quis procuret abortum, peccet mortaliter: non tamen incidit in casum, sed bene quando factus est animatus anima rationali, sic enim intelliguntur verba illa textus, *post animatum factum*.

Opus consummatum 5 Tertio ponderanda sunt verba illa textus, *etiam effectum non securo*: ex quibus inferitur, tunc dici opus consummatum in casu nostro, quando mulier accepit id, ob quod poterat sequi abortus, quamuis postea ille non fuerit secutus. Itaque Religiosus ille, qui id procurat, quocunque modo, vt dictum est, & facit, vt mulier potionem sumat, ad hoc ordinatam, licet postea effectus non sequatur propter aliquod impedimentum, nihilominus ipse incurrit in casum.

6 Quarto dum dicitur textus, *ad abortum faciendum*, intelligi debet, etiam si illud procurauerit ad bonum finem, scilicet ad præseruandam mulierem à morte. Facit ad hoc id quod habet Sylu. verbo Medicus §. 4.

Syluoff.

Dubium.

Dubitatur hic, quid dicendum sit de illo Religioso, qui nesciens mulierem

esse gravidam, daret ei potionem quandam, propter quam postea illa facit abortum, num incidat in casum reservatum?

Resp. quod non, quia copulatiuè omnia debent simul concurrere, scilicet, quod mulier verè sit grauida, quod foetus sit animatus anima rationali, quod detur potio, & quod detur tali fine, & intentione: alioquin non incurret in casum reservatum.

7 Duos casus ponit Nauar. in Man. c. 27. n. 235. & 236. quando in hac materia incurrat irregularitas. Vnus est, de clerico introducente meretricem per testam in domum suam, quæ si decidens moriatur, vel abortiat, sit irregularis: si vero introducat per viam planam, & idem contingat, minime: quia licet vtrique opus sit illicitum, & ex vtroque sit secuta deformatio casualis, prius tamen est sufficienter ordinatum ad eam, & posterius non. Et à simili si Religiosus introducit mulierem gravidam in Monasterium per testam, vel per muros, vel per serpes, & illa decidens moriatur, vel abortiatur: tunc incidit in casum, & sit irregularis, præter alias pœnas de iure sibi debitas: Si vero introducat per viam planam, & idem contingat, non incidit in hunc casum, neque sit irregularis, ratione dicta.

Alter casus est de eo, qui iocatur, aut saltat cum grauida muliere, quæ ob id abortit, non est irregularis, si licite id facit, vt frater propinquus, vt amicus honestus: secus si illicite, vt amator obscœnus, aut clericus, aut monachus, cui eiusmodi saltatio esset prohibita c. sicut ex tuarum, cum ei annot. per Pan. de homicid.

8 Quinto, ponderanda sunt illa verba textus, auxilium, seu consilium, per quæ verba patet, quod non solum ille, qui hoc procurat verum, & qui auxilium quoquo modo præbet, siue circa potionem consiciendam, siue circa portationem ipsius potionis, siue persuadent mulierem, & adiuuet ipsam ad tale faciendum: siue etiam ad hoc præstet consilium: nam semper peccat mortaliter, incidit in casum reservatum, & in irregularitatem incurrit.

9 Sexto, & vltimo aduertendum est circa hanc materiam: quod SIXTUS V. *Constitu. Sæc. Romæ, anno 1588. quarto calend. Decembris.*

cembr. Pontificatus sui anno IV. edidit
quandam constitutionem, in qua defini-
uit *Adversus quasvisque personas seculares,*
ecclesiasticas, & quorumcumque ordinum
Regulares, qui venenosiss medicamentis, po-
sionibus, vel alijs modis, abortus, maturi, sive
immaturi animati, sive inanimati factus
abiectionem procuraverint: vel venena, nec
poriones, ne maliores concipiant, propinave-
rint, vel consilium praestiterint, deponendi, &
degradandi sunt à Iudicibus Ecclesiasticis, ac
curia seculari postea tradendi, ut capitalem
penam patiantur, & ipso facto excommu-
nicanis, reservando absolusionem sedis Apo-
stolica.

Gregorij 10. Circa quam constitutionem est no-
XIV. mo- tandum, quod Gregorius XIV. anno
deratio. 1591. pridie calendas Julij Pontificatus
sui anno primo, constitutionem prædic-
tam in hunc modum moderavit, ut dicta
excommunicatio sibi, & successoribus
reservata, quilibet confessor ab ordina-
rio approbatus, & ad hoc deputatus,
possit ab ea in foro conscientie tantum
absolvere. Prælati vero Regulares per
eorum Privilegia, etiam in foro exteriori
possunt suos Religiosos de hoc crimine
Rodriguez conuictos absolvere. Vide Rodriguez
in 2. tomo qq. regular. quæst. 33. art. 4.

S E P T I M V S C A S V S .

Falsificatio manus, aut sigilli officialium
Monasterij, aut conventus.

Officialiū **P** R O declaratione huius casus,
nomine qui sciendum, quod nomine officia-
veniunt. lium Monasterij, seu conventus multi,
& diuersi veniunt, iuxta varietatem
Religionum: nam apud Monachos sunt
Abbas, Prior, Cellerarius, Procurator,
& huiusmodi: apud Moniales sunt Ab-
batissa, Priorissa, Vicaria &c. apud Re-
gulares Mendicantes sunt Generalis,
Procurator Generalis, Prouincialis,
Guardianus, Vicarius loci in absentia
Guardiani: Prior, subprior, Corrector,
& huiusmodi. Quando ergo quis falsi-
ficat manum aliquorum prædictorum,
aut falsificat sigillum alicuius eorum ad
malum finem, peccat; & incidit in ca-
sum. Et quamuis iuxta Syluestrum, ver-
Syluest. bo falsitas, ad falsitatem tria requiran-
tur, scilicet vt sit veritatis mutatio, & vt
fiat cum dolo, hoc est scienter, cū animo

inferendi damnum, & quod realiter il-
lud subsequatur: Nihilominus; ad in-
currendum hunc casum, sufficit mutatio *Pro hoc ca-*
veritatis, & dolus, licet non sequatur *do qua sus-*
damnum: & ratio est, quia per falsifica-
tionem manus, vel sigilli, iam est opus
consummatum, sic Pater Grassius hic.

2 Nihilominus, si nullum sequatur
damnum, nempe, quia noluit vti falsa
scriptura, seu sigillo, sed combussit, vel
lacerauit, non video, quomodo incidat
in casum reservatum, quando nec peccat
mortaliter: si non malo animo facit:
nam ex notatis per Dominum Antoniu *Anton. de*
de Butr. in capit. penult. num. 3. de crimi *Butr.*
ne falsi: sola falsificatio litterarum sine
vsu non obligat quemquam ad poenam
falsi, & falsificatio scripturæ quam non
probat, neque inducit poenam falsi, ergo
neque incidit in casum reservatum. Et
confirmatur per id quod habet idem Pa-
ter Grassius in explicatione vndecimi *Grassius.*
casus de apertione literarum superioris,
vbi dicit, quod qui aperit, & non legit,
non incidit in casum, quia non vtitur il-
la apertura ad finem, ob quem facta est:
ergo & hic pariter idem dicendum vide-
tur, nempe quod si quis non vtitur falsa
scriptura, seu sigillo, non incidit in ca-
sum reservatum.

3 Si quis obijciat, quod nos in eodem *Obiectio.*
vndecimo casu asserimus oppositum,
contra P. Grassium, & contra Dominum
Stephanum Quaranta circa prædictam
apertionem literarum?

Respon. quod verum est, sed diuersa *Resp.*
est ratio huius, & illius casus: nam si
quis falsificat manum, vel sigillum supe-
rioris, & eo non vtitur, nulli nocet talis
falsificatio: at si literas superioris infe-
rior aperit, licet ipse non legat: occasio-
nem tamen cæteris præbet eas legendi,
dum eas sic apertas cernit.

4 Dubitatur hic, An si quis vtatur li-
teris ab alio falsificatis, & pariter sigillo
ab alio falsificato, incurrat in hunc casum?

Respon. cum distinctione, nam vel ta-
Resp. lis scit, hanc falsitatem ab alijs esse fac-
tam, & nihilominus ea vtitur, vel non
scit: si non scit, ad nihil tenetur. Si vero
scit, & ea vtitur, dico quod incurrit in
hunc casum, & meretur poenas illas,
quas incurtunt omnes tales falsarij.

OCTAVVS CASVS.

Furtum de rebus Monasterij, aut conventus, in ea quantitate, qua fit peccatum mortale.

D hac materia furti, vide D. Thom. in 2. 2. quæst. 66. & ibi Caietanū, Bannes, & cæteros sectatores. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 10. Alex. de Alef. 4. part. quæst. 24. memb. 5. art. 3. Riccardum in 4. distinct. 15. quæst. 7. art. 1. Palud. dist. 14. q. 2. art. 2. Gabriel. dist. 15. q. 3. Soro de iust. & iure lib. 5. q. 3. art. 1. Nauar. in Man. cap. 17. num. 113. Ang. verbo furtum. Syluestriū, ibidem, Adrian. quodlib. 6. art. 1. Alph. à Castro lib. 2. de potestate legis penal. cap. 10. Couarraniam variarum resolut. Michael Salon. 2. 2. q. 66. art. 5. Petr. Nauar. lib. 3. de restitut. cap. 1. Tolerum lib. 5. cap. 15. Cordubam in summa q. 111. & lib. 1. q. 35. & alios. Pro intelligentia huius casus, sciendum est, quod furtum proprie secundum Sanct. Thom. in 2. 2. quæst. 66. est acceptio rei alienæ occultæ. Sed accipiendum furtum in ampliori significatione, prout includit rapinam, latrocinium, & prædam, est contrectatio rei alienæ fraudulosa, inuito domino, & notanter dicitur contrectatio, quia sine ea non est furtum, etiam si voluntas interueniat, aut verbum, quoad homines l. 1. ff. de ... Secus quoad Deum. cap. vulgaris, de poenit. dist. 2. & cap. si propterea 14. quæst. vltim. quia est contra illud præceptum diuinum, Non concupisces. Dicitur etiam, Rei alienæ, quia in re propria non potest esse furtum. Et nomine rei alienæ, intelligitur non solum de rebus ipsius monasterij, seu conventus in communi, nempe de rebus pertinentibus ad communiatem; verum & de rebus particularibus ad particularem usum Religiosorum concessis.

Itaque vti Religiosus incurrit in hunc casum, dicitur concurrere debent, vnum, quod sit furtum, alterum, quod sit in ea quantitate, quæ faciat peccatum mortale: quæ quia non est decisa, relinquitur iudicio boni viri. Pro quo sciendum: quod quantitas modica aliter consideratur in foro exteriori, & aliter in foro interiori: nam in foro exteriori iure con-

suetus in l. si oleum §. final. ff. de dolo; declarauit modicam quantitatem illam esse, quæ non excedit summam duorum aureorum.

At in foro interiori, Nauarrus lib. 3. consil. de regular. consil. 75. num. 18. dat quandam regulam generalem dicens, quod sufficit illa quantitas, quæ requiritur, vt furtum laici sit mortiferum.

2 Deinde descendit ad taxandam hanc quantitatem pro peccato mortali, & ait, quæ sufficit ad vnum Iulium, vel Regale exclusiue, non esse mortiferum. Pater Sorbus in addit. ad compendium Priuileg. dicit, quod pertingere debet ad valorem duorum Iuliorum. Corduba in Summa q. 109. expresse ait, furtum vnus regalis argentei esse materiam grauem, & peccatum mortale; inferens ex hoc, furantem hædam, gallinam, aut aliquid aliud, quod pertingit ad valorem vnus Iulij, esse peccatum mortale: furantem autem aliquam quantitatem inferioriorem, solum peccare venialiter.

3 Sed dura nimis videtur Sayro talis opinio, quia secundum arbitrium boni viri ea summa non est tanta, vt ipsa ex se secluso omni alio damno subleuato, materiam furti grauem constituat. Nemo enim peccati mortalis damnaret eum, qui rem non excedentem valorem Iulij vnus furatus esset, puta gallinam mediocrem in loco, vbi dimidio regalis, aut Iulio valeret: Nec credendum est, Deum velle hominem æterna poena pro re tantæ parui momenti damnare, nisi aliæ maioris momenti circumstantiæ interueniant. Alij docent duos, aut tres aureos, ex rei natura, quantitatem sufficientem esse ad constituendum peccatum mortale, à quocunque auferantur, etiam à Rege, etiam si aliud damnum inde non resultat: quantitatem vero duorum Iuliorum non esse, nisi à paupere surripiantur. Sic Sorus lib. 5. de iust. & iur. q. 3. art. 3. ad 3. Io. Maior. in 4. dist. 15. q. 25. Petrus de Nauarra in lib. 3. de rest. cap. 1. n. 35. & Petrus de Arragon. 2. 2. q. 66. art. 6. dub. 3. Verum talis sententia nimis larga est, & vergit ad aliud extremum.

4 In hæc igitur Doctorum controuersia, quamuis nulla certæ regulæ statui possit, ad insalubriter iudicandum, quænam quantitas leuis, aut grauis sit, vt eius ablatione furtum veniale, aut mortale

Quantitas quæ sufficit, ut sit mortiferum. Sorbus. Corduba.

Sayro.

Sorus. Maior. Arragon.

Aufloris sententia.

S. Thom. Furtum quid.

tales committatur, sed id arbitrio boni, & prudentis viri relinquendum, ut dictum est paulo ante, habita consideratione circumstantiarum loci, scilicet an regio illa abundet copia auri, vel argenti: personarum, an diues, vel pauper sit: & damni, quod consequi solet ex furto rei ablatae. Nihilominus communiter loquendo, sic videtur dicendum, quod in communibus personis quatuor, aut quinque Iulij: in pauperibus autem vnum, aut duo Regalia, seu Iulij, sufficiens erit quantitas pro peccato mortali, & hoc exclusis alijs omnibus extrinsecis damnis, & noementis. Cuius rei non potest commodior ratio assignari, quam quod recta ratio, & arbitrium boni, & prudentis viri ita iudicare solet. Vide quae de his diximus supra in explicatione Quarti casus, versus finem, ibi. Quoad tertium.

Dubium.

5 Dubitatur hic Primo. An Religiosus accipiens aliquid ex bonis Monasterij, peccet mortaliter, & per consequens incurrat in casum reservatum, & ad restitutionem teneatur. Et quaestio est solum de rebus mobilibus, nam de immobilibus res est manifesta, nec ita passim occurrere solet. Resp. ad hoc plura.

Respons.

Primum est. Si res ablata non sunt necessariae, aut si sunt, superior tamen concederet, si peteret, peccat mortaliter usurpando, quia facit contra votum paupertatis exercens actum dominij. Si enim eam accipit, ut sibi debitam, quasi ius habeat ad bona Monasterij, exercet actum dominij, ut constat, cum nulla petita licentia, ut suam, vel sibi debitam rem usurpat.

Si autem rem illam non ut suam, vel sibi debitam apprehendit: ergo furum committit, & peccat mortaliter, si res notabilis sit, cum alienum, sibi que non debitum usurpat. Vtroque ergo modo peccat, & incurrit in casum, & restituere tenetur, si res extet. Sic Corduba in Summa q. 109. Pet. de Nauar. vbi supra. & Azor. p. 1. lib. 12. Inst. moral. c. 17. dub. 6.

Corduba

Pet. de Nauar.

Azor.

Secundum est, si res ablata talis esset, quae necessaria censetur ad vsum Religiosorum priuatorum, ut sunt cibaria, vestes &c. & sua necessitate proposita, ab hac superior concedere nollet, accipiendo non peccaret, nec ad restituendo-

nem teneretur. Sic Petr. de Nauar. sup.

Ratio est, quia superior dare debebat: cum enim bona illa sint communia, & pro fratrum necessitatibus donata, superior eorum non est dominus, seu gerit se iniustum, vnde potest Religiosus ea pro necessarijs suis vsibus accipere absque violatione voti paupertatis.

Hoc enim non est exercere actum dominij, aut proprietatis, sed vsum rerum necessariorum ad victum, & vestitum habere, quod voto non repugnat. Sicut enim Religiosus inferuire tenetur Monasterio: ita etiam Monasterium tenetur de necessarijs ad vitam ei subministrare.

Tertium est. Qui res in aliqua magna quantitate accipit, siue sit vsu consumptibilis, siue non, & dederit eam alicui extra Monasterium, peccat mortaliter, incurrit in casum, & ad restitutionem tenetur tam ipse, quam recipiens. Sic Corduba, Pet. de Nau. & Azorius vbi supra.

Cordub.

Petr. de

Nauar.

Azor.

Ratio est, quia sic accipiendo, & donando sine licentia superioris, furum committit, & actum dominij exercet, quorum vtrumque illi prohibitum est. Vnde si res extet, tenetur tam ipse, quam accipiens eam Monasterio restituere, cum vterque iniuste acceperit, & retineat.

6 Dubitatur secundo. An Religiosus possit donare alijs ea, quae sibi ad proprios vsus concessa sunt?

Dubium.

Resp. quod Religiosus etiam ex ijs, quae sibi deputata sunt ad proprios vsus,

Respons.

si sine Praelati licentia dispenset rem notabilis quantitatis, tam intra, quam extra Monasterium, peccat mortaliter, & incidit in casum. Vide D. Antonin. 3. Antonin. part. tit. 16. §. 11. Syluest. verbo Religio. Syluest. 6. q. 7. Nauar. in cap. non dicatis tom. 1. Nauar. quae st. 1. num. 44. & probatur, nam vsuarius nequit de rebus tantum ad vsu proprium concessis in alios vsus disponere, ut patet ex iure ciuili. Sed sic est, quod Religiosus est vsuarius eorum bonorum, quae sibi destinata sunt: ergo non potest in omnem vsu ea expendere. Hinc recte ait Sotus lib. 4. de inst. & iur. Sotus. quae st. 1. artic. 1. quod sicut cum aliquis quosdam conuiuio excipit, non facit eos dominos excellentorum, & poculentorum, quibus mensa struuntur, quia neque illis facit copiam, ut illa ad alios transmittant.

tant, aut in proprias domos portent, sed vt sedentes vescantur illis, ita Monasterium facultatem facit Monachis edendi, vestiendi, sed non ea bona in alios vsus expendendi.

Syluest. Tabiena. Nauar.

Minorita an liceat facere elemosinam

7 Licitum est tamen Religioso peregrinanti, vel existenti in studio extra claustra facere elemosinam modicam ex his, quæ sibi in propriam sustentationem sunt assignata, vt tenet post alios Syluester verbo elemosina quæst. 5. Tab. nu. 8. & Nauar. vbi sup. n. 4. Verum non licet Fratri Minori in obseruantia suæ Regulæ viuenti, vt ea, quæ ipsis conceduntur ad certas necessitates præsentis, vel imminentes, expendant in alios vsus, ad quos verisimiliter existimat, facultatem à Prælato non faciendam: nam si aliter facit, peccat mortaliter contra votum paupertatis.

Obiectio.

8 Si dicas, quod diuersus est casus Minorum ab alijs Religionibus, quæ habent bona in communi, bona enim illarum Religionum sunt sedis Apostolicæ per Prælatos Regulares dispensanda, & ideo peccant mortaliter contra voluntatem ipsorum pecuniam expendendo.

At pecunia, seu res, quæ conceduntur fratribus Minoribus ad eorum necessitates subleuandas, non sunt sedis Apostolicæ, sed dantis, & ita semper antequam expendantur, dominium talis pecuniæ est apud dantem, vt in capit. exiit, de verborum significat. Et ideo videtur, quod Frater Minor possit eam conuertere ad quoscunque vsus expressa, vel præsumpta voluntate dantis.

Respons.

Respondeo, quod prædicta obiectio non prodest, quia ad hoc, vt Frater Minor possit prædictam pecuniam, vel rem licitè conuertere in aliquam rem, duplex licentia requiritur, prima ipsius dantis, posterior, Prælati: & licet adsit voluntas dantis, deest tamen voluntas Prælati, qui id minimè permittit: & per consequens, tali voluntate, & licentia deficiente, peccant mortaliter Fratres Minores id facientes, nam licet dominium pecuniæ sit ipsius dantis, quousque expendatur: vsus tamen ipsius debet regulari à Prælato ipsius Religiosi, ne contra votum paupertatis promissum, aliquod sinistrum committatur.

Dubium.

9 Dubitatur tertio. An liceat Religioso sumere de rebus Monasterij, seu

conuentus, quod constituit peccatum mortale, vt scilicet, inde faciat elemosinam?

Respondeo, quod non licet, & si id faciat, peccatum mortale committit, & in casum referuatum incidit, quod elicitur ex cap. non est puranda 14. quæst. 5. & capit. si forte, ibidem, vbi habetur, quod etiam si totum tribuat parentibus, quod abstulerit, non minuit peccatum: nam species furti est ex alieno largiri, leg. si pignore ff. de deputatis. Nisi necessitas pauperis fuerit extrema, quæ æstimanda est iudicio boni viri, vt quæ moraliter præferret periculum magnum damni salutis vitæ. c. si quis, de furtis.

Igitur, excepto hoc casu, non excusantur Religiosi, qui intuitu pietatis de rebus Monasterij sumunt, aut furantur, vt pauperibus elemosinas tribuant, siue tales regulares sint in administratione, siue non. Vide Grassium hic.

Tu tamen limita in nostra Minoritana Religione circa ea, quæ communiter dari solent pauperibus iuxta formam in cap. exijt, de verborum significatione à Nicolao III. præscriptam. Et insuper limita, quando in dando quis habuerit excessum charitatis, & ille cui datur, fuerit in extrema necessitate: nam de talibus, & similibus quam plurima exempla habemus in nostris Chronicis ex sanctissimo Patre nostro Francisco, qui aliquando etiam habitum, quæ deferebat, dabat, 10 Dubitatur quarto. An sit casus referuatus furari ab ecclesia res spirituales, vt sunt reliquiæ, calices, vestes altaris, & huiusmodi?

Limitatio.

Dubium.

Respondeo, cum Syluestro, verbo, reliquiæ quæst. 2. quod sic. Imo quia talis aufert sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, sacrilegium committit. c. si est furari aliquid, quis 17. q. 4.

11 Sed num incidit in excommunicationem, qui furatur calices, patenas, & huiusmodi de sacristia?

Respons.

Syluest.

Sacrilegij

c. si est furari

aliquid,

de Eccle-

sia.

Dubium.

Respondeo, quod secundum Panor. mitanum in capit. ex literis, de furt. non est excommunicatus, nisi cum furto effregerit etiam portas Ecclesiæ, vel armentaria, aut fenestras: ita Syluester verbo furtum num. 7. Et hoc probatur, per capit. conuestus, de sentent. excommunic. vbi habetur esse excommunicatos sacrilegos, qui effringunt & spoliant

Respons.

Panorm.

Syluest.

Ecclesias. Quæ decretalis non excommunicat, sed præsupponit esse excommunicatos, siquidem iubet denunciari eos, vt tales, argumentum cap. pastoralis §. verum, de appellat.

Ad incur- 12 Ad incurrendum ergo hanc excom-
rendã: hæc municationem duo requiruntur, scilicet,
oiscommu- perfringere portas, & furari: & ob id
nicationem effringens crucem, sacramenta, aut per-
requiritur petrans similia scelera, si non furatur,
fractio por- non incurrit in excommunicationem,
tarum, & prout post Panormit. tenet Antonius,
furtum. 3. p. tit. 24. Caietanus in summa. Nomi-
Panorm. mine vero Monasterij veniunt Monasteria,
Antonin. Hospitalia, & reliqua pia ædificia aucto-
Caiet. ritate Episcopi ad id sacrata, & non alia,

Nomine secundum Panor. in d. c. conquestus c. ad
Monasterij hæc, de religiof. domib. Is autem dicitur
qua loca effringere ecclesiam, qui effringit, vel ef-
variãnt. fodit parietem, aut frangit fores, diruit

Effringit seras, & qui impellendo, aut quocunque
fores quis. alio medio violento ingressum sibi pa-
rat, prout tenet Syluester verbo excom-
municatio 7. num. 8., non autem qui re-
serat eas clauæ, siue eam subriperet, vel
extorlesit, siue non, iuxta communem,
Nauarr. quam sequitur Nauarr. in Man. cap. 27.
num. 94.

Dubium. 13 Dubitatur quinto. An furans ali-
quid notabile ad vsum fratris particu-
laris concessum, peccet mortaliter, & in-
currat in hunc casum?

Resp. Respondeo; quod sic, nam casus præ-
Furãs ali- dictus intelligitur, non solum de rebus
quid ad Monasterij, aut conuentus in communi,
usã fratris nempe de rebus pertinentibus ad com-
particulã- munitatem, tam de mobilibus, quam de
ris peccat, immobilibus, tam de ijs, quæ vsu quoti-
& incidit dianò consumuntur, quam de ijs, quæ
in casum. durant: Verum etiam de rebus particu-
laribus ad particularem vsum Religiosi
concessis, prout fuit declaratum à sum-
mo Pontifice legislatore, sicut refert Pa-
ter Sorbus in suis addit. ad compedium.

Sorbus. Et ratio potest esse firma; quia licet apud
Regulares omnia sint communia, vsus
tamen aliquarum rerum non est omnia
bus communis, & debet à super ore li-
mitari, qui auctoritatem habet dispen-
sandi res Monasterij fratribus, & Reli-
giosis sibi subditis, prout melius, secun-
dum Deum eis videbitur, attendendo
ad gradus, & ad officia vniuscuiusque
Religiosi. Vide Azor. para. 1. lib. 12.
Azor. cap. 11. q. 6.

14 Quibus addendum est, quod incidit *Subripiens*
in casum referuatum, non solum qui à scripta, in-
Religioso particulari furatur, & subri- *cidis in ca-*
pit res Monasterij, seu conuentus à su- *sum.*
periore sibi concessas: verum, & qui sub-
riperet ab eo scripta aliqua, in quibus ille
multum vigilauit: nam tunc illud iudi-
catur furtum magnum, vt dixit Angelus *Angel.*
in lege prima, Codice vnde vi; æstimatur
enim quandoque res plus vni, quam al-
teri propter aliquam causam particu-
larem.

Quod intelligitur, non solum quan-
do talia scripta subriperet, vt illis vtetur
contra voluntatem Domini, verum,
& quando malo fine id faceret, scilicet,
vt combureret, vt proijceret in foueam,
in puteum, vel in sterquilinum. Et eò
magis hoc, quia in tali casu, non solum
interuenit furtum, verum & contemp-
tus rerum sacrarum, contra quos, iudicio
meo, posset inquiri, quidnam sentiant
de fide.

15 Insuper, vt cognoscatur quam gra- *Furari in*
ue malum sit furari in Religione, & tale *Religione,*
facinus ab omnibus Religiosis exploda- *quam ma-*
tur: apponam hic, quæ habet Rodri- *lum.*
tomo 2. qq. regul. quæst. 38. art. 1. sub ti- *Rodriguez*
tulo. Quæ poena sint puniendi Religiosi *Trullo.*
fures, & habet sic. Respondeo, quod
quidam modernus Ioannes Trullo lib. 2.
canon. regul. cap. 23. num. 9. nimis rigi-
de, religiosè tamen, cum furibus se gerit,
ait enim, quod est grave crimen in Reli-
gione peccatum furti, & vt incorrigibi-
lis est expellendus, ita quoque fur in Re-
ligione est puniendus. Quod si contra
obijcias (ait) quæ ratione propter fur-
rum, quod dumtaxat, damnus est tem-
porale, abijciendus sit frater, propter
quem Christus mortem pertulit?

Respondet primo, quod fures in Reli-
gione non solum rebus temporalibus,
sed etiam spiritualibus nocent: deinde
& sanctam congregationem conturbât,
bonumque aliorum spirituale impeden-
dum. Est quoque alia ratio in ipsorum
furum vitiatem, vt cum expulsos se in-
tueantur, confusione, tribulationeque
perculsi, ad cor reuertantur. Quapro-
pter, ait, propter ipsorum, illorumque
spirituale bonum, tanquam iusta infligi-
tur eis talis poena. Vide hoc ad longum
in Rodriguez vbi supra.

Supradictis difficultatibus alias sub-
nectam

nectam pro maiori dilucidatione huius materiae, & vt scrupuli aliquorum Religiosorum amoueantur, sit ergo.

Dubium. 16 Sextum dubium, An Religiosus, qui ex communi, aut ex eo, quod alteri ad vsum eius tributum est, furtim aliquid sibi capit, in prædictum casum incidat?

Resp. Respondeo, quod distinctione opus est, nam vel res est magnæ quantitatis, vel paræ: si paræ, non incurritur: si magnæ, incurritur; & præterea videndū est, an hoc faciat subditus contradicente superiore, vel non contradicente saltem explicite: nam primo modo incidit in casum, si res est magnæ quantitatis, secundo vero modo minime.

Idem quoque videtur dicendum, si Religiosus ex communi Bibliotheca, aut communi loco aliquid infcio superiore ad suum vsum, & commodum cœperit: est enim prospiciendum, an in ea re tacitus aliquis consensus superioris inesse credatur, & tunc non est furtum; alioquin erit. Instabis, num votum Paupertatis negligat, si infcio superiore ex loco publico rem aliquam sumat sibi vtendam ad tempus, vt deinde in eundem locum restituat?

Resp. Respondeo, quod non videtur talis paupertatem violasse, nisi fuerit aliunde prohibitum, non enim eo, quod accipit, vti vult, citra omnia prorsus sui superioris voluntatem, sed ad certos tantum dies, animo; & voluntate, illud in eundem locum, vnde acceperat, referendi.

Dubium. 17 Sed quid dicendum, si ea subripit, quæ vfu consumuntur, vt comestibilia, & huiusmodi, quæ amplius non possunt restitui?

Resp. Maior. An committatur furtum? Maior in 4. distinct. 8. quæst. 8. videtur sentire, talem contra votum paupertatis facere, quia vtitur re, vt propria, videlicet, consumit, quod ad eum, vel potum comunem pertinet absque superioris consensu explicito, vel tacito. Certe Religiosi hac in re cauti esse debent, & sibi timere, ne plus æquo sibi sumant, alioquin si res magnæ quantitatis sit, committitur peccatum graue contra votum Paupertatis, & incurritur casus.

18 Et quia supra in fine tertij dubij diximus, quod Fratres Minores poterant dare aliquas res extra Monasterium iux-

ta formam præscriptam à summis Pontificibus, præcipue autem à Nicolao III. ponam hic breuiter ea, quæ ex ipsius constitutione ad id requiruntur.

Prima, quarum est, vt res sit vilis, & *Conditio.* parui valoris, secundum quod in capitulis *nos requirit* Generalibus, vel Prouincialibus, vel *ita, vt M.* extra à Generali, Prouincialibus, & *curia possit* studibus, eorumque commissarijs deterrere *aliquid dare.* aliquid.

Secunda, quod de prædictorum superiorum licentia fiat, vnde Guardiani, ex vi sui officij non possunt illam dare, nisi à prædictis Prælati, vel à consuetudine fuerit concessum, sicut hodie, eo ipso, quod Guardiani instituuntur, concessum esse videtur.

Et licet sine præfata licentia valeant fratres ad inuicem res aliquas, vt libros, vestes, & alia similia inter seipso accōmodare, tamen aliquam donare, aut recipere inter se inuicem non possunt, vt communiter expositores Regulæ aiunt. Pro minimis vero, & sæpe necessarijs (secundum Vgonem, & Pisanum) licentiam generalem sufficit habere, & etiam sufficit licentia interpretatiua, hoc est, quando Prælati id sciunt, & libenter permittunt: alias, si de contraria voluntate præsumeretur, non possent.

Tertia conditio est, quod res sit mobilis, quia de immobilibus, vt puta de horto, nec palmum fratres donare poterunt, & si de facto dederint, donatio est nulla, & ipsi proprietatis actum commiserunt.

Quarta conditio, quod res donanda non sit pecunia, quia cum illius vsum nobis sit interdictus, nec Papa in suum dominium illam recipit, non possumus eam donare. Et sic nec possumus partem pecuniæ nobis legatæ ad preces hæredum donare, quia talis pecuniæ domini non sumus.

Et sicut ipsi fratres non possunt alijs donare: ita etiam nec aliquid possunt ipsi accipere sine suorum Prælatorum licentia, vt ait Vgo, & serena Conscientia, quæst. 81.

19 Præterea sciendum, quod circa hanc materiam extat constitutio sanctissimi Papæ Clem. VIII. de largitione munerum, quæ incipit, Religiosæ congregationes, in qua præscribitur modus *Constitutio de largitione munerum* conuocandi in aliquibus casibus.

Primus casus est, quando de aliqua re *nerum.*

in capitulo sit determinatio, quod potest dari, & debet fieri talis determinatio unanimes omnium consensu.

Secundus casus est, quando donantur leuiora ekculenta, & poculenta, seu ad deuotionem, & Religionem pertinentia munuscula. Ad quæ possunt reduci paruulæ reliquæ Sanctorum, Imagines papiræ, vascula aliqua liquoris mannæ.

Reliquia sanctorum an possint dari. Coronæ aliquæ cum indulgentiis. Agnus Dei: medaliz benedictæ, seu libelli aliqui deuoti. Sed si essent magnæ reliquæ sanctorum, vel Reliquarij, & alia supradicta, magni pretij, vel excederent summam illam quatuor, aut quinque Iuliorum, tunc essent obseruanda ea, quæ de primo casu sunt dicta, vt videlicet in capitulo Generali, vel Prouinciali, id dicebatur.

Tertius casus est, in quo Religiosi inter seipfos possunt donare, est rerum minimarum non excedentium valorem trium, quatuor, aut quinque Iuliorum. Nam vltra talem summam, habenda esset concessio à capitulo.

Hoc autem non intelligitur de donatione illarum rerum, quæ sunt partus intellectus, vt puta conciones, lectiones, conceptus, & huiusmodi, quia non sunt res Monasterij, & ideo licite possunt fratres ea sibi dare: vt declarauit idem summus Pontifex Clemens VIII. Hæc pro nobis Minoribus.

Pro alijs verò Regularibus Pontifex declarat, quod licitum est aliquid dare extra Monasterium pro subleuadis pauperibus, etiam ratione hospitalitatis: ratione gratitudinis, vrbانيتatis, &c. videatur Bulla.

N O N V S C A S V S .

Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

DE hæc materia tractant omnes Summistæ. Nauarr. in Manual. capit. 16. Sanct. Anton. 2. part. tit. 6. quæst. 1. cap. 5. Ang. Syluest. Tabien. Armilla. Soto in 4. dist. 12. quæst. 7. art. 7. Adrian. in 4. quæst. 4. Lopez. part. 1. capit. 74. Toler. lib. 5. capit. 13. D. Thom. 2. 2. qu. 154. ibi Caiet. & sequaces. Alex. de Ales. D. Bon. Riccard. Scotus. Omnes. 1. Materia hæc carnis vake delicata

est, & cum magna discretionem est tractanda, quod nos Deo fauente præstabimus, & licet in hac secunda editione propter simplices sacerdotes quam plurima hic addemus, semper tamen modestiam religiosam ante oculos habebimus.

Igitur, ad hoc, vt Religiosus *Religiosus* calum incurrat, opus est, vt incidat *quando in-* lapsum carnis voluntarie, & quod illud *cidit in huc* opere compleat, & hoc, tam in prima *casum.* persona, quam in secunda, quomodocunque, & secundum qualibet species, nam omnes comprehenduntur in hoc casu. Vide quæ habet D. Thomas in *D. Thom.* opusculo 4. De hac materia ergo locuturi, sic eam distinguere placuit.

2. Peccatum hoc, vel est internum, vel *Distinctio* externum. Si internum, sic ad eum pertinet *huius ma-* concupiscentiæ peccatum, vel delectatio *teria.* morosa. Si externum, vel est in propria persona, vel extra. Si in propria persona, tunc est pollutio, quæ si est procurata, & voluntaria, dicitur mollicities. Si non est procurata, dicitur pollutio, quæ aliquando potest esse diurna, aliquando verò nocturna. Si verò hoc peccatum sit extra, tunc vel est naturale, vel contra naturam: si naturalis est, tunc varium sortitur nomen iuxta varietatem speciei, nam aliquando potest esse simplex fornicatio, aliquando adulterium, aliquando incestus, aliquando sacrilegium, aliquando defloratio, & huiusmodi.

Si verò est contra naturam, tunc vel est in creatura rationali, & dicitur Sodomia: vel est in brutali, & tunc dicitur, bestialitas, de quibus dicendum est per singula, sed breuiter, vt moris est.

Peccatum igitur carnis, quando est Interius, potest esse vel concupiscentia, vel delectatio morosa.

3. Concupiscentia est, quando quis defiderio, & affectu delibero concupiscit *Concupiscentia.* rem veneream, & tunc est peccatum mortale, prohibitum in nono Decalogi præcepto *Non concupisces*, & in S. Matth. *Matth. 5.* cap. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Quo sane loco, visus, pro omni motu, accipitur, qui est ad delectationem luxuriæ, atque adeo non solum corporalis, sed etiam interior affectus, quo quis alterius vxorem illicitè concupiscit, prohibitus censetur.

Est autem concupiscentia hæc non so-

Concupiscentia eiusdem est species cui peccato, quod commissi desideratur.
 lum peccatum, sed etiam illius speciei, qualis est peccatum ipsum, quod committi desideratur. Intentio enim nomen operi imponit. Qui ergo committere desiderat peccatum Sodomie, Sodomiam mentalem iam commisit, & qui cum conjugata coire desiderat, adulterium perpetratur, & sic de singulis speciebus.

Consensus duplex, expressus, & tacitus.
 4 Sed ut sciatur quando quis consentit, & qualis consensus sit peccatum mortale, notandum, quod duplex potest esse consensus; expressus, & tacitus, seu interpretatiuus.

Consensus expressus, & explicitus est, quando voluntas aduertens aliquam delectationem illicitam irrepisse in mentem, & cogitationem, illam vult, & approbat expresse. Implicitus, seu interpretatiuus consensus est, cum quis aliquid facit, vel non facit libere, vnde consequitur aliqua delectatio illicita, ita tamen, ut non solum possit, vel non possit illam velle repellere, vel non repellere, sed etiam, ut teneatur illam repellere, vel non repellere.

Qui rursus potest esse triplex. Primus est, quando aliquis licet explicitè non velit ipsam delectationem, liberè tamen facit aliquid, quod est causa huius delectationis: aduertens inde consequi hanc delectationem illicitam.

Secundus est, quando non opponit liberè huiusmodi causam, aduertens tamè in se aliunde causatam delectationem illicitam, & non resistit illi, vel displicet illi talis delectatio.

Tertius est, quando est causata delectatio illicita, vndeunque causata sit, quam ille non considerat esse delectationem malam, potest tamen, & debet aduertere.

Ad peccatum mortale qui consensus requiritur.
 5 Ad peccatum mortale ergo patrandum, si consensus est perfectus, scilicet deliberatus, & expressus, talis consensus erit peccatum mortale. Si verò imperfectus est, & indeliberatus, hoc est, cum quis ita aduertit talem motum illicitum, aut saltem potest ex aliqua præsentis cogitatione animaduertere, ut illum repellere possit, non tamen ita facile, ex eo, quod non plenè eius malitiam aduertit: erit tantum veniale: etiam si pro obiecto haberet rem illicitam mortaliter.

6 De consensu verò interpretatiuo varie loquuntur Doctores. Aliqui dicunt,

quod si quis aduertat plenè delectationem illicitam versari in mente sua, tunc, aut consentit illi, & sic est peccatum mortale, quotiescunque delectatio est de re mortaliter mala: aut non consentit expresse, & tunc aut ratio aduertit instare periculum consensus expressi in eam, & tunc nisi volueras illam reprimat, & repellat, sed patitur in huiusmodi cogitationibus occupari, peccat mortaliter: aut ratio aduertit, se in tali cogitatione occupari, non tamen aduertit imminere periculum consensus, quia re vera abest omne periculum: tunc volueras eam non repellens, cum posset, non peccat mortaliter, sed ad summum venialiter; sic absolute docent Angel.
 verbo cogitatio num. 2. Syluest. verbo delectatio quæst. 1. Tabiena ibidem q. 6. Armilla. eodem num. 3. Adrian. in 4. q. 4. de Eucharistia S. per hæc dico, in respõs. ad 4. Caietanum in summa verbo delectatio versic. Magna tamen. Vbi disertis verbis docet, quod si quis non ex complacentia talis delectationis, sed quia scit voluntatem suam constantissimam esse, & confidens, se in eam non consenturum, persistat in ea, non peccat mortaliter, sed tantum venialiter, quia non exequitur illud præceptum Psalmi 17. *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant.*

Hoc facile potest accidere hominibus conscientie timorata, inquit Caietanus, qui cum longè absint à periculo consentiendi, non repellendo tales delectationes, cum possint, peccant solum venialiter. Quod probat etiam Nauarr. in Man. cap. 11. num. 12., Cosinus Phililiarcus de officio. Sacerdot. part. 2. lib. 4. cap. 18. Medin. 1. 2. quæst. 74. art. 6.

Alij tamen docent, sufficere ad mortale peccatum constituendum, consensus virtualem, seu interpretatiuum, quando adest expressa aduertentia. Sic Alexand. de Ales. part. 2. quæst. 118., memb. 11. S. Thom. 1. 2. quæst. 74. art. 8. S. Bonaventura in 2. distinct. 24. part. 2. art. 2. quæst. 2. num. 75. qui licet opinionem primam probabilem esse putet, hæc tamen secundam tutiorem, & securiorè esse dicit. Riccard. ibidem. Valentia. tomo 2. disp. 6. quæst. 4. punct. 3. Petrus Sotus tract. de discrimine peccatorum. lect. 9. Vasquez in 1. 2. tomo 1. disp. 18. cap. 2.

Axor. cap. 2. AZOR. part. 1. lib. 4. cap. 6. dub. 5. & alij communiter. Ratio est, quia posita plena aduertentia, omnis actus humanus plenè voluntarius circa rem illicitam, mortaliter, est peccatum mortale, vt constat: At in casu proposito de prædicta delectatione mortaliter illicita, remota illa ratione periculi, adest voluntatis consensus sufficiens. Ergo erit peccatum mortale talem delectationem non repellere. Quod vero

*Caietanus
refellit*

Caietanus, & alij putant voluntatem aliquando negatiuè se habere circa delectationem sensus, merito ab alijs negatur, quia vt ait S. Thom. talis est connectio voluntatis cum appetitu sensitiuo, vt naturaliter in ipsa sequatur delectatio, & inclinatio ex delectatione appetitus circa eandem, nisi repugnet, & obstet.

Quin, quod ex tali opinione magnus pater aditus libidini, daturque occasio etiam pijs hominibus ruinæ, qui cum possint sibi vt cunque fidere, & fouere delectationem de re mortaliter mala, sæpè laborentur in huiusmodi consensu.

*Consensus
virtualis
sufficit ad
constituendum
peccatum mor-
tale.*

7 Igitur quantum ad prædictam difficultatem dicimus, sufficere virtualem consensum voluntatis ad constituendum peccatum mortale, nec requiri expressum, vt nonnulli existimarunt: tenerique hominem aduertentè delectationis mortalis malitiam, sub peccato mortali repellere, & excutere; & hæc quantum ad concupiscentiam, & ad peccatū cordis.

*Cogitatio
morosa.*

8 Aliud quoque peccatum reperitur in corde, & dicitur cogitatio, seu delectatio morosa, hoc est voluntaria delectatio de actu malo: quod quidem peccatum consistit, non in mora temporis, & durationis, sed in mora volūtatis, ex eo, quod ratio deliberans, circa eam immoratur, nec eam repellit, prout debet, & tenetur, ex S. Thom. 1. 2. q. 74. art. 6. ad 3. Vnde delectatio morosa idem est, quod delectatio deliberata: ac prout sicut deliberatio rationis eodem temporis momento fieri, & esse potest, ita delectatio morosa, tota in puncto temporis consistere potest. Vnde dicimus, quod tunc

3. Thom.

est, quando voluntati obijcitur peccatū, & absque eo, quod consentiat, ad illud patrandum, delectatur in illa cogitatione, nec conatur illam à se expellere: tunc si obiectum est peccatum mortale, erit quoque tale & illa cogitatio morosa: si

*Cogitatio
morosa
quando.*

veniale, veniale: & vt cum alicui venis cogitatio de occidendo inimicum, animaduertens ille de tali cogitatione, & se delectans in illa, licet non consentiat ad patrandum scelus, nihilominus peccat mortaliter, quia tenetur a se illam cogitationem de re mortali repellere, alioquin manifestò periculo se exponit, ad illi consentiendum: quod dictum est de peccato homicidij, multò magis habet locum in cogitatione de re libidinosà, vt de fornicatione, osculis, & tactibus impudicis apprehensis sub ea ratione, qua tactui afferunt delectationem ex pleno consensu, & aduertentia, talis in quam cogitatio est peccatum mortale, eo quod opponitur virtuti castitatis, quæ non solum moderatur nimias delectationes exteriores tactus, sed etiam potiori ratione interiores delectationes appetitus, aut voluntatis: atque adeò delectatio immoderata de obiecto venereo erit secundum se mala, & si sit notabilis, erit mortalis, qualis est delectatio de fornicatione, & tactibus impudicis, secundum se consideratis, vt diximus. Vide de hac materia D. Thom. vbi sup. Dur. & Ric. D. Thom. card. in 2. dist. 24. S. Anton. 2. p. tit. 5. c. 1. Durand. S. de 2. Syl. verbo delectatio q. 1. Nau. in Riscard. Man. c. 11. n. 11. Caiet. in summa verbo delectatio morosa, verf. Rursus ex parte Syluest. rei. Lopez p. 1. inltr. confess. c. 74. AZOR. Nauar. p. 1. lib. 4. c. 6. q. 2. & alios. Caiet.

9 Dubitatur hic. An delectatio morosa de pulchra muliere visa, aut de viro sit peccatum mortale? Et idem dubium est de cogitatione, & delectatione, quæ insurgit ex tactibus, osculis, & amplexibus, tam foemina, quam viri.

Resp. ad hoc cum præallegatis Doctoribus, quod quamuis visus mulieris pulchræ, secundum se, malus non sit, neque delectatio exinde confurgens; nihilominus tamen bene, & malè fieri potest: vnde ad cognoscendum quando peccatum sit, necne, & quando mortale, aut veniale, aut nullum omninò, ex motiuo videntis iudicandum erit, & oppositione ad virtutem.

Si enim quispiam mulierem aspiciat, & exinde delectetur ad laudandum Deū in operibus suis, & ex pulchritudine corporis eleuetur ad pulchritudinem animæ, iuxta illud Psal. 92. Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus ma-

D. Thom.

Durand.

S. de 2. Syl.

Nau. in

Riscard.

Man. c. 11. n. 11.

Caiet. in summa verbo

delectatio morosa, verf.

Rursus ex parte

Syluest. rei. Lopez p. 1. inltr. confess. c. 74. AZOR. Nauar.

p. 1. lib. 4. c. 6. q. 2. & alios. Caiet.

9 Dubitatur hic. An delectatio morosa de pulchra muliere visa, aut de viro sit peccatum mortale? Et idem dubium est de cogitatione, & delectatione, quæ insurgit ex tactibus, osculis, & amplexibus, tam foemina, quam viri.

Resp. ad hoc cum præallegatis Doctoribus, quod quamuis visus mulieris pulchræ, secundum se, malus non sit, neque delectatio exinde confurgens; nihilominus tamen bene, & malè fieri potest: vnde ad cognoscendum quando peccatum sit, necne, & quando mortale, aut veniale, aut nullum omninò, ex motiuo videntis iudicandum erit, & oppositione ad virtutem.

Si enim quispiam mulierem aspiciat, & exinde delectetur ad laudandum Deū in operibus suis, & ex pulchritudine corporis eleuetur ad pulchritudinem animæ, iuxta illud Psal. 92. Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus ma-

num tuarum exultabo: sine dubio, non peccat, sed potius meretur.

Sin autem illam causam vanitatis, leuitatis, & curiositatis inuereur non dirigendo aspectum ad carnalem copulā; nec ad delectationem carnalem, & veneream, sed motus tantum ex quadam vanitate, & curiositate; etiam si exinde exurgat delectatio, & motus turpis ex sola venustate, & pulchritudine rei visę, quatenus grata est visui: solum veniale peccatum erit delectatio illa: dummodo quis in illa ex plena aduertentia non detineatur, sed eam repellere conetur. Vbi verò ex motiui libidinis illam aspiceret, & exinde consurgat delectatio venerea: proculdubio delectatio illa ex oppositione, quam habet ad virtutem castitatis, mortalis est, non solum quando adest efficax voluntas accedendi ad eam (loquendo de illis, qui matrimonio ad se inuicem non sunt coniuncti) sed etiam si sit solum complacentia simplex, & delectatio venerea sine relatione ad copulam.

S. August. Id quod luculenter docet S. Augustinus relatus in cap. nec solo 32. q. 5. ubi ait, nec solo affectu; & tactu, sed aspectu quoque appetitur, & appetit concupiscentia foeminarum. *Nec dicatis vos, animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius: & cum se sibi inuicem, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nunciante impudica, & secundum concupiscentiam carnis, alternatim delectantur ardore, etiam insati ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus.*

Delectatio morosa ex tactibus, oculis, & amplexibus habita, eodem modo peccata sunt, pro ratione motiui, & intentionis, ex qua consequitur, sicut de visu dictum est: si enim quis ex motiui libidinoso tangeret, aut oscularetur mulierem, aut virum, delectatio consequens peccatum mortale erit, etiam si tactus ille de se impudicus non sit: & etiam si tangeret personam, quam desiderat, & sperat in coniugem accipere, sed nondum accepit, neque sponsalia contraxerat cum illa: quia cum delectatio hæc sub tali motiui libidinoso oppositionem cum virtute castitatis habeat, & perumque notabilem inter non cognatos, & eos, qui sponsalia nondum contraxerunt: consequenter peccatum mortale conti-

net, etiam si exinde nullum aliud pollutionis, aut consensus in copulam, periculum immineat.

11 Delectatio verò consurgens ex tactibus, amplexibus, & osculis, quæ non ex motiui venereo, & libidinoso, in partibus honestis, sed ex causa honesta sunt, peccatum non est: vt v. g. si fiat ad augendam amicitiam, benevolentiam, & amorem honestum, vt cum affines, conuicines, conterranei extra patriam amore patrio ex osculantur, abique delectatione venerea, & inhonesta: tunc, licet sensualitate, ac fomite peccati originalis, vel etiam suggerente Diabolo, insurgeret delectatio venerea, non erit peccatum mortale: imo nec veniale, si voluntas expresse, vel tacite non consentiat: præsertim si contritetur de huiusmodi motibus, & illis repugnet, quamuis eos non repellat, aut omnino eos repellere nequeat.

Idem quoque dicendum est de illis, qui, vel quæ visitantes ecclesias & multitudine oppressi, volentes, nolentes se tangunt, & ex illo tactu delectatio venerea in sensualitate insurgit, nullum enim exinde peccatum contrahunt, dummodo consensum non præbeant, vt rectè annotauit Nauarrus in capit. si cui num. 16. dub. 4. de pœnitent. distinct. 1. Et hæc de peccatis mentalibus pro nostro instituto dicta sint: In quibus omnibus hoc certum est, nunquam posse cadere casum referuatum; nam licet demus, prædictas cogitationes, & desideria aliquando esse venialia, aliquando etiam & mortalia: nunquam tamen dabimus, quod propter talia peccata mentalia quis incurrat in casum referuatum; cum vt id fiat, necessario requiratur actio externa, vt dictum est in prima sectione primæ partis huius Tractatus.

12 Quando verò peccatum carnis exit in opus externum, tunc potest dupliciter fieri, aut in propria persona, aut in secunda: si fit in propria persona, tunc est pollutio, quæ adhuc dupliciter euenire potest, voluntarie scilicet, & inuoluntariè. Si inuoluntariè, tunc est pollutio nocturna. Si voluntariè, tunc est mollieties.

Dicamus modò de ijs, quæ sũt in propria psona inuoluntariè, & tũc dico, quod licet aliquando id possit euenire in vgi-

III. ut plurimum nihilominus accidit in somno, & dicitur.

Pollutio nocturna quando peccatum, & quando non. Pollutio, de qua an sit peccatum, an non, dicam cum doctoribus supra citatis, quod cum duplex sit voluntarium, aut in se, aut in sua causa, pollutio nocturna secundum se, & in se, sicut voluntaria non est, ita neque peccatum erit, quandoquidem in somno ita opprimuntur vires interiores, propter turbulentiā vaporum ascendentium ad caput, ut ratio liberum iudicium non habeat: sublato autem iudicio rationis, tollitur etiam ratio peccati, unde nec primi motus sensualitatis habent rationem peccati, nisi in quantum iudicio rationis reprimi possunt. Potest autem pollutio in somnis tripliciter accidere; primo, ut tota sit in somnis; secundo quando inchoatur in somnis, consummatur autem in vigilia; tertio quando emissio partim fit in somno, partim in vigilia.

12 Pollutio, quæ venit primo modo, nullum est peccatum in se, quia non est voluntarium. Dixi (in se) quia licet nocturna pollutio in se non sit peccatum, ratione iam dicta, dare tamen operam studiosè ad hunc finem, ut quis in somno polluat, peccatum mortale est. Vide Nauar. S. Anton. Lopez. Tol. ubi sup. v. g. si quis per nimiam comestionem, & potum daret operam, ut sequatur pollutio, etiam si id faceret, non ob delectationem, sed ad alleviationem naturæ, & sanitatem, esset mortale: sicut si quis in vigilia se pollueret, ob sanitatem solum, non excusaretur à mortali, quia faceret contra finem intentum à natura, qui non est alius in emissione seminis voluntaria, nisi generatio, quæ per illum modum sequi non potest. Similiter si quis comedit nimis, aut nimis calida, ea intentione, ut in somno polluat, peccat mortaliter. Item, si quis in lecto tali situ accumbit, ut g. super renibus, aut alio quouis modo, ut possit prouocari pollutio in somno, peccat mortaliter, quia in his casibus vitur somno ut instrumento malitiosæ voluntatis, ordinantis somnum, ut polluat, quod peccatum mortale est. At verò secundo, & tertio modo, aliquando nullum est peccatum, aliquando veniale solum, aliquando autem mortale. Si contingat pollutio semine excitato anse plenam suscitationem, nec vlla exinde

delectatio libidinosa consequitur, nullum omnino erit peccatum. Dixi, si nulla consequitur delectatio libidinosa, nam si delectatio, seu complacentia illa sit de pollutione habita ratione alleviationis naturæ, ut sic melius seruiat Deo, magis liberè stimulis carnis, nec vlla intentione in somnis procurata, nullum erit peccatum. Quod si pollutio incepta sit in somno, & finiatur in vigilia: tunc aut homo non plene expergefactus est, aliquam tamen delectationem sensualitatis habet, quamuis imperfectam, & non plene deliberatam: tunc veniale peccatum erit, non quidem ratione pollutionis, sed ratione complacentiæ, & delectationis factæ in vigilia. Aut homo plene expergefactus est, & excitatus à somno, & non solum repente, sed deliberatè delectationi, & complacentiæ assentit, ita ut placeret, si haberet vas debitum receptioni talis materiæ extra matrimonium: & tunc quidem mortale peccatum est: non tamen ipsa pollutio initiata in somno, & terminata in vigilia, quia ipsa iam præcessit, sed propter novum deliberatum consensum habitum post pollutionem.

Quod si absque complacentia illius, postquam è lumbis decisa est, vbi actio libera finiatur, sinatur solum versus naturalem peragere, iam que expergefactus plene eam retinere non potest, aut non curat, causa alleviandi naturam, aut vitandi morbum, non censetur peccasse, tanquam in vigilia pollutus. Quæ annotanda censui ad sedandas scrupulorum conscientias.

14. Amplius sciendum, quod pollutio nocturna potest considerari ex causa sua, & tunc ut præfati auctores ostendunt, potest ibi peccatum esse, & nec sunt esse peccatum, non in se, sed in sua causa, & hoc pluribus modis, prout plures causæ in somno illam peccati producere. Solent autem tres causæ potissime pollutionis nocturnæ assignari.

Vna est, corporalis, scilicet superabundantia humoris pollutionis in corpore, causata ex nimia corporis calefactione, aut ex alia quacunque cum intentione, cum somniat dormiens ea quæ pertinent ad expulsionem illius humoris: quæ quæ est abundantia humoris si causata est ex causa culpabili, puta ex superfluitate cibi, & potus

Nauar.
Anton.
Lopez.
Tolus.

Pollutionis
nocturna
plures pos-
sunt esse
causa.

potus antea sumpti: tunc nocturna pollutio peccatum erit mortale, aut veniale, non in se, sed pro ratione culpe mortalis, aut venialis precedentis. Si vero procederet ex sumptione cibi calidi, incitantis ad libidinem, ex proposito facta, tunc erit culpa mortalis. Dixi, ex proposito facta, quia si id tantum faciat, ut fatisciat gula, non erit mortale, sed veniale solum, si culpa precedens venialis fuerit, ex S. Anton. Ang. Sylv. Tol. & alijs. Sin autem resolutio, & abundantia seminis non sit ex causa culpabili, nec intenta: nullum omnino peccatum erit, etiam in sua causa. Vnde recte notat Toler. quod qui non habet cibos, quibus vescatur, nisi eos, vnde sperat pollutionem, non tenetur abstinere, si talis abstinencia ei nocet.

Altera causa pollutionis est, cum ex cogitatione precedenti, contingit aliquem dormientem pollui. Cogitatio autem, quae in vigilia praecessit, quandoque est pure speculativa, quandoque cum aliqua affectione concupiscentiae. Pure speculativa erit, quando quis causa dispensationis, lectionis, aut consilij dandi legit tractatus de adulterio, aut de peccatis carnalibus, & tunc pollutio inde sequens, dummodo non adsit complacentia, nullam omnino culpam, nec venialem habet, nec in se, nec in sua causa. Quandoque vero est cum aliqua affectione concupiscentiae, & sic pollutio in somno contingens culpa rationem habet ex parte causae, quia scilicet cogitatio precedens fuit cum delectatione sensualis: quo casu mortale, aut veniale culpa erit, pro ratione delectationis morose, aut imperfecte precedentis, & illa namque cogitatione in vigilia facta, remanet quoddam vestigium, & inclinatio in anima, qua dormiens, facilius inducitur ad assentiendum actibus sine imaginationis, ex quibus sequitur pollutio: adeo ut, sicut se habuit volens in vigilia circa cogitationes venereas, ita in somnis habere videatur.

Dubium.

95 Dubitatur hic. An Religiosus cogitans rursus advenit, & se delectat in illis, in pollutionem habiatur, absque tamen contactu manuum, vel alterius instrumenti, propterea incidat in hunc casum?

Resp.

Respon. quod aliquibus videtur vera

pure affectiva: nam hic est spiritus castus voluntarius, scilicet, qui voluntarie cogitans peccata & voluntarius, scilicet, qui voluntarie cogitavit turpia, & opere peccatum commisit, quia iam polluitur.

Austin.

Nihilominus pars negativa est vera, per se, quae pluries diximus, praecipue vero in art. 3, & scilicet prima prima partibus. Quarto notandum. Nempe, quod ad hoc, ut sit casus reservatus requiritur actio externa, non solum in ultimo effectu, sed etiam respectu mediorum: scilicet, ut cum aliquo opere externo id procuraret. At vobis in casu proposito, licet, & cogitando turpia, & se pollueno, committat quis peccatum mortale: non tamen incidit in casum reservatum: quia talis pollutio habet originem & est causa a cogitatione interna, de qua non ponitur casus: Et insuper, non sumitur curata pollutio cum actione externa, scilicet, cum manu, cum motu, vel cum tactu tertiae personae. Quod dico, quis non est necessae, ut tertia persona cum manu sua propria procurat pollutionem, tangendo, & contractando aliter visibilia: sed sufficit, quod quis in lecto tangat alterius corpus libidinosae: vel extra lectum tangat pendenda, vel viciniora loca aliquomodo, & extralocus tactu oritur pollutio, quia sic contractantur requisitae ad eam reservatum, nempe lapsus carnis voluntarius, & per opus externum procuratus.

96 Tertia causa pollutionis potest esse spiritalis, & extrinseca, cum scilicet ex operatione Demonis commoveatur phantasia ad talem actum provocantis. Et tunc si contingit pollutio, utique erit sine peccato: sicut in Collationibus Patrum legitur de quodam, qui semper in diebus festis pollutionem nocturnam patiebatur, hoc diabolo procurante, ut impediretur a sacra communione. Et haec de pollutione, qua simpliciter non procuratur, & est involuntaria.

97 Repetitur quandoque & alia pollutio, quae est & voluntaria, & procurata, & tunc simpliciter est peccatum mortale, & est casus reservatus. Et eo magis agnoscitur culpa, quo adminiculo alterius personae vel contingit, propter participationem in alterius peccato. Quae etiam variatur in specie, sicut variatur obiectum, quod contempletur. Si enim homo

Pollutio

procurata, & tunc simpliciter est peccatum mortale, et agnoscitur culpa, quo adminiculo alterius personae vel contingit, propter participationem in alterius peccato.

Si enim homo

homo desiderio, imaginatione, & moro-
si delatione interim dum se possit,
cum altera persona coire voluntate effi-
caci vellet, erit peccatum illius speciei,
cuius esset, si verè coiret cum illa perso-
na, quam affectat: vt v. g. si affectat con-
iugatam, erit adulterium, si virginem,
stuprum si hominem, Sodomia, & sic de
alijs, adeo, vt si vno actu polluendi se
diuersas personas affectaret, multiplex
peccatum erit pro varietate personarum
cum quibus coire desiderat: & omnia in
confessione explicanda erunt iuxta ea,
qua tradit Cnetanus vbi supra Nauarr.
in Man. cap. 16. num. 6., Lopez, Medina,
Tolet. & alij, vbi supra, & hæc de pec-
catis carnis in se ipso solum.

Criso.
Nauar.
Lopez.
Medina.
Tolet.

17 Aliquando verò peccatum carnis exer-
cetur cum alio, & tunc aut contra natu-
ram, aut naturaliter.

18 Si naturaliter, tunc nulli dubium
est, quod est peccatum mortale, & casus
reseruat: & est eiusdem speciei pecca-
tum, cuius est persona, cum qua coit, vt
dictum est paulo ante de pollutione vo-
luntaria.

Dubium.

19 Dubitatur hic, An Religiosus cu-
bens cum muliere, cum deuenit ad actum
propinquum operis explendi, sentiens se
de proximo semen emissurum, disiungit
se ab illa, & extra vas seminat, an scilicet
incurrat in hunc casum?

Respon.

Resp. quod aliquibus videtur, quod
non, quia tunc dicitur actus consumma-
tus in secundam personam, quando pol-
lutio fuit secuta cum illa, quod modo
non fuit. Nihilominus oppositum est
verum, sicuti à simili, qui membrum
ponit in partes pudendas contra naturam,
licet intus semen non effundat, quando
est effundendum, sed in fine extra vas ef-
fundit, dicitur verè Sodomita, & com-
prehenditur sub casu reseruat, vt vult
Iulius Clarus in sua praxi 4. Sodomia,
in fine: non enim in fraudem legisla-
toris est aliquid faciendum. cap. constitu-
tus de concess. præben. sic nos in frau-
dem legis.

Actus con-
summatum
quando.

Clarius.

Dubium.

20 Dubitatur præterea, An Religiosus
reperiens se solum cum sola muliere na-
tali, & graui, & ab illa sollicitus ad
actum carnalem, sub comminatione de
ipsum infamando, nisi consentiat, veluti
fecit Dominus castissimi Ioseph Patriar-
che: An scilicet consentiens, & coitus,

peccat, & incurrat in hunc casum? Aliqui
dicunt quod non, quia licet fuerit pecca-
tum carnis, & opere consummatum, ni-
hilominus non fuit voluntarium, quia
propter metum?

Respon. quod incurrit, nam si non fuit
voluntarium simpliciter, & in principio
actus, fuit tamen voluntarium postea.
Sicuti de mercatore, qui ob tempestatem
proijcit merces in mare, quas licet sim-
pliciter non vellet proijcere, nihilomi-
nus voluntate libera eas proijcit, sic ad
rem, licet ille Religiosus non vellet id
facere, facit tamen, sicut D. August. in
libris de Ciuitate Dei non excusat Lu-
cretiam illam Romanam, nam licet qua-
si coactè, & per metum consenserit Tar-
quinio, minitanti tamen consensit. Et
Religiosus non debet consentire, & plu-
ra remedia habet ad id non faciendum,
maximè si ex corde Deo se commendet,
atque B. Virgini.

21 Si vero contra naturam, tunc etiam
duplici modo potest id committi pecca-
tum, vel agendo, vel patiendo. Sed quo-
modo cumq; committatur, semper est gra-
uissimum peccatum, & ab omnibus, præ-
cipuè verò à Religiosis debet prodigari,
nam vt sciamus grauitatem ipsius, in
iure sortitur diuersa nomina.

22 Sodomia dicitur in ca. quod ait dist.
14. cap. flagitia 32. qua st. 7. Dicitur au-
tem vitium Sodomiticū, & Gomorrhæa-
num, quod homines earum ciuitatum
huic vitio deditierant Gen. 19. vbi Loth
videns, quod Sodomitæ vellente hoc vi-
tium committere cum Angelis, qui in
domo sua hospitati erant in forma iuue-
num, statim potius dare filias suas, vt cū
eis fornicarentur. Aliud exen plū habe-
tur Iudic. 9. de sene, qui receperat Leui-
tam cum vxore in hospitium, quem Ga-
baonitæ violare volebant: ille vero se-
nex filiam suam virginem potius cum
vxore lenitæ illi exponere voluit, quam
vt tantum facinus committere.

Peccatum
nefandum
nefanda
sortitur no-
mina.

23 Nephasta libido dicitur in cap. in
fornicatorij 2. qua st. de poenitent. iu-
dic. 5. item lex Iulian.

24 Luxuria grauissima dicitur in Aug.
vt non luxuries contra naturam eol. 6.
vbi dicitur, quoniam quidem diabolica
instituta comprehendit, grauissimas
luxurijs semetipso inferere: vbi etiam
dicit Imperator, quod propter hoc cri-
men

men inducuntur fames, & pestilentie, & terræ motus.

S. Methodius . . . Et Methodius Martyr. inter alias e-

Peccatum tachlysmi, & diluuij causas, ponit pecca-

contra tum hoc contra naturam, ex S. Ant. 2. p.

Gen. 6. tit. 5. c. 4. §. 1. Unde dicitur Gen. 6. Om-

Gen. 18. nis caro corrupturam viam suam. & Gen. 19.

Mirum, & *nostrum, opere compleverunt.* Sed & demones

notandum. ipli, postquam homines ad hoc vitium

induxerint, fugiunt, abhorrentes ex nobilitate suæ naturæ tantum scelus, vt re-

S. Anton. fert S. Anton. vbi sup. §. 2.

Sodomitici 25 Denique poenæ contra hoc pecca-

peccati pa- tum impositæ, gravitatem eius manifestè

na. ostendunt: tales namque in lege veteri

Leuit. 18. morte puniebantur. Leuit. 18. & 20.

§ 20. *Qui dormierit cum masculo contra famineo,*

uterque operatus est nephas, morte moriatur.

Et secundum legem Imperialem talis de-

capitari debet. C. de extraordin. crim. l.

qui puero: Et legibus Municipalibus

somburi solet. Clericus autem de hoc

vitio conuictus, iure veteri depositus, in

monasterium detrudebatur. c. clerici, de

excess. prælat.

Iure autem nouo per constitut. Pij V.,

quæ incipit Horrendum scelus, anno

1568. sub datum Romæ die 3. Sept. omni

priuilegio clericali, officio, beneficio, &

dignitate priuatus, degradatur, & bra-

chis. *spe, quo maxima peccandi libenter us-*

fiduntio inalestus, clericos huius nefarii cri-

minis roas, grauius ulciferos deliberaui-

mus, ut qui anima interitum non horrescat,

hoc corpore deterrat civilium legum vindex

gladius secularis.

Itaq; quod nos iam in ipso Pontificatus no-

stri principio hæc de re decreuimus, plenius

nunc, frivisque persequi intendentes, omnes,

& quoscumque presbyteros, & alios clericos,

seculares, & regulares, cuiuscumque gradus,

& dignitatis, tam diuini vespas exercerent,

omni priuilegio clericali, omnique officio, di-

gnitate, & beneficio ecclesiastico presentis

causæ auctoritate priuamus. Ita quod per

Iudicem ecclesiasticum degradari, potestati

suam seculari tradantur, qui de eis illud

idem capit superfluum, quod in laicos hoc

in exitio deuolutus, legis in reparationis sanc-

tionibus constitutum,

Et antea super hoc idem aliam consti-

tutionem ediderat idem summus Ponti-

fix, sub datum Romæ cal. April. 1566. &

incipit Cum priuamus. in qua in §. Si quis

crimen. Sic habetur. *Si quis crimen no-*

fundum contra naturam, propter quod ira

Dei venit in filios dissidentia perseverauerit,

extra seculari puniendus tradatur, & secler-

Tremenda Horrendum illud scelus, quo polluta, fæda

& simèda itaque cinis atque tremendo Dei iudicio consp-

effluens irarunt, acerbissimum vobis dolorem intulit,

grauiterq; animum nostrum commouet, vt

ad illud, quantum fieri potest, comprimenda

studia nostra conferamus. Sane La-

teranenſi concilio dignoſiſter conſtitutum, vt

quicumq; clerici, illa incontinentia, qua con-

tra naturam est, propter quam ira Dei venit

in filios dissidentia, deprehensi fuerint labo-

vare, à clero deſiciantur, vel ad agendam in

monasterio penitentiam detrahantur. Ver-

omnem actum Sodomiticum; qui comprehendit omnem pollutionem habitam cum alio, vel alia extra vasontiarium, secundum eundem ibid. Sed solum habentem copulam, Sodomiticam arg. c. si. de spons. quod habet, non consummari copulam, nisi intra vas naturale semem effundatur.

26 De ijs vero, qui in actu confessionis poenitentes sollicitauerint, quid dicendum, & an suspecti sint de hæresi, vide in 1. p. huius tractatus in sect. 1. art. 2. per totum. Item, quæ pœna puniendi sunt confessarij, qui incestum cum filiabus spiritualibus committunt, & quæ pœna puniendi sunt, qui masculos ad Sodomiam inducunt paulò post confessionem, vide omnia hæc fusè apud Rodriq. tom. 2. qq. regular. q. 26. art. 1. & 2.

Rodrig.

Confessarij sollicitantes poenitentes ad carnem extra actum confessionis sunt suspecti de hæresi.

Pro nunc breuiter dico, quod qui in confessione, tam mulieres, quam pueros ad malum sollicitant, sunt suspecti de hæresi: & Inquisitores hæreticæ prauitatis contra eos possunt inquirere, prout dictum est in præallegato art. 22. 2. sect. 1. p.

27 At quantum ad sollicitantes ad malum filios, & filios spirituales extra actum confessionis; tales (inquam) non censentur suspecti de hæresi, nec Inquisitores de his possunt agnoscere, prout doctissimus Nauar. l. 5. cons. de hæret. conf. 1. affirmat. Et ratio huius est, quia constitutio summi Pontificis, quæ in præcæto articulo posita est, tantum loquitur de his, qui in actu, vel iuxta confessionis actum hoc crimen committunt, maculantes, quantum ex sua parte est, actum à Deo Optimo Maximo institutum, & ordinatum ad animas purificandas, ratione cuius tales sic sollicitantes iure optimo de hæresi suspecti reputantur. Quæ præsumptio cessat in his, qui multo post transactum dictum actum id penitent: in eo enim innuunt, nolle ipsum actum confessionis suis sordibus commaculare: & per consequens eum sanctum, ac à Deo ordinatum & institutum prædicat.

28 Sed quomodo debent puniri? Respondeo, quod si eorum delictum fuerit probatum, sunt deponendi; quod probatur ex c. si quis sacerdos 30. q. 1. vbi sic habetur. *Si quis sacerdos cum filiabus spiritualibus fornicatur, graue delictum committit: & qui malum exemplum dano hominibus, ab omni officio deponatur: & poe-*

gnando duodecim annos poenitere debent: Et eandem ad 30. materium vadant, vbi per totum visa tempus Deo seruiant.

Vide pro hoc, quæ habet Abbas in capite vlt. de purgat. canonica. Anan. in cap. cum dilectus de accusat. Felin. in c. at si clerici, num. 15. de iudic.

29 Et licet ille textus videatur loqui de filia spirituali tantum, scilicet in baptismo, & in confirmatione; nihilominus idem dicendum est, cum fornicatur cum ea, quæ propter sacramentum poenitentiae fuit filia effecta spiritualis, vt vult Diaz in sua præct. crimin. c. 82. n. 1. *Diaz.* & probatur ex capite præcedenti proxime allegato, vbi habetur, *Omnes quos in poenitentia accipimus, ita filij nostri sunt, vt in baptismo suscepti.* Et subdit. *Qui hoc scelus perpetraverit, non solum dignitatis honorem amittit, verum etiam vsque ad exitum vita sua iungi poenitentia se subdat.*

Et quia in Decreto fel. rec. Clem. VIII. datur facultas Generali cum capitulo Provinciali, & Provinciali cum capitulo Provinciali, vt possint alios casus sibi reseruare, maxime circa materiam eiusdem casus, vt puta circa lapsum carnis, potest reseruari tactus impudicus, osculum, &c. ait enim textus. *Si quod aliud peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientia puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis capituli in toto ordine, aut Provincialis in Provincia, matura discussione, & consensu.*

Et aliquando fit reseruatio (vt olim fiebat) de tactu impudico, & enormi, subiungam hic aliqua ad propositum. Casus hic solet proponi, *Tactus impudicus, & enormis.*

Pro cuius declaratione sciendū, quod Impudicitia in qua respiciebat intentionem turpem, & enormitas respiciebat partem corporis confederatur. Sed verior sententia est, quod impudicitia respicit partem, & locum corporis: enormitas vero respicit intentionem prauā. Probo intentum ex doctrina D. Thomæ in 2. 2. q. 151. art. 4. in corp. vbi ait. *Pudicitia à pudore dicitur, in quo verecundia significatur: & ideo oportet, quod pudicitia proprie fit circa illa, de quibus homines maxime verecundantur: maxime autem verecundantur homines de actibus venereis. Et infra, & ideo Pudicitia*

De Tactus impudico. Impudicitia in qua parte corporis confederatur.

D. Thom.

citā attenditur proprie citat venerat, & precipue circa signa venerorum, sicut sunt aspectus impudici, oscula, tactus: quia hæc magis solent reprehendi: ideo pudicitia magis respicit huiusmodi exteriora signa. Ex qua Doctrina colligitur clare, quod impudicitia non est circa intensionem solum, sed precipue circa partes pudendas exteriores: Vnde in viris tactus impudicus erit ille, qui sit tangendo partes verendas: in mulieribus etiam erit mamillarum, brachia nuda, & nudo magis crura: Et enormitas erit, si cum prava intentione id fiat: verumque enim requiritur ad hoc, vt sit casus reseruat, nempe, quod interueniat tactus, & pars impudica corporis, super quam fiat tactus.

Hoc dico maxime, quia potest dari tactus de sua natura impudicus, sed non enormis, dum quis vel sua, vel alterius pudenda ad bonum finem tangit, nempe vt purget, vt medeat, & huiusmodi: & cum deficiat prava intentio, non solum non erit peccatum, & casus reseruat, verum & multoties fieri potest cum merito, quando scilicet propter charitatem id fit, quod frequenter practica tur in infirmarum Religiosorum.

Præterea, si quis haberet intentionem pravam, & non tangeret locum, & partem corporis, in qua proprie pudicitia residet, sed solum tangeret, vel manum, vel faciem, vtique non incidere in casum reseruat, quantumcumque pravam intentionem habuerit, quia vtrique corrigi debet, & tactus impudicus respectu partis corporis, quæ tangitur, & in qua pudicitia residet, quæcumque ea sit, & enormitas respectu intentionis prauæ.

Dist. 37. Altera species sodomiz, seu altera species peccati carnalis, quæ vltimo loco suã assignata, est Bestialitas; quæ non disputo modo an sit peccatum contra naturam, nec ne: suppono tamen eam esse contra naturam, & grauissimum omnium eorum, quæ fiunt contra naturam. Vnde non solum prohibitum fuit

Leuit. 17. in lege veteri, vt patet *Leuit. 17.* Cum omni pecora non coibis, nec maculaberis cum eo. mulierem succumbet immenso, nec miscbitur ei, quoniam scelerat est. Sed etiam poena mortis puniebatur, vt habetur *Leuit. 20.* his verbis. Qui cum iumento, & pecore coierit, mortis mortetur, poena quoque occidi-

17. Mulier, quæ succumbit dillibet immenso: simul inter immenso, & sanguis eorum sit super eum: hæc de peccato lapsus carnis.

DECIQVS CASVS.

Occisio, aut uulneratio, seu gravis percussio cuiuscumq; persona.

Legendi sunt de hac materia D. Tho. 2. 2. q. 64. & sequaces Alex. de Alex. p. 3. q. 34. memb. 1. art. 2. Angel. homicidium: Sylu. Tab. Armilla Eod. Nau. in Man. c. 16. Vict. rel. de homicidio. Sor. de iust. & iure lib. 5. Pet. de Arragon. & Michael de Salon. 2. 2. q. 64. Valent. tom. 3. disp. 5. Lopez p. r. instr. cap. 65. Pet. de Nauar. lib. 2. de restit. c. 3. Tolct. in summa lib. 5. cap. 6. & alij.

Pro nostro vero instituto, tria veniunt explicanda ad intelligentiam huius casus, & sunt, quid sibi velint termini illi *Occisio, vulneratio, seu gravis percussio: & vt exordiamur.*

Occisio. Vox ista non habet difficultatem, ab omnibus enim scitur, & intelligitur, & pariter ab omnibus debet abhorri, precipue vero à Religiosis: nam si homicidium graue peccatum est in omnibus, eo maxime in Religiosis. Ad hoc autem, vt tale facinus sit peccatum, & reseruat, necesse est, vt sit voluntarium, factum scilicet dolo malo, & animo occidendi: alioquin factum à Religioso dormiente, vel furioso, vel amente, non facit, vt talis incidat in casum, cum nec etiam in tali casu Religiosus fiat irregularis.

Occisio qd.

Occisio casus reseruat.

2. Dubitatur hæc, An liceat in aliquo euentu seipsum occidere? Respondeo, Respondo quod non, quia vetitum est à Domino in Decalogo *Non occides:* nam cum talis precepto quælibet occisio recte rationi repugnans, prohibetur, nihil autem magis recte rationi repugnans, & aduersum esse potest, quam sui ipsius occisio. Id quod definitum est in Concil. Brac. cap. 34. vbi dicitur: *Placuit, ut is, qui sibi car-*

Occidens seipsi, aut non.

ipfis, aut per ferrum, aut per venenum, aut per precipitium, aut suspendium, aut quolibet modo violentia, inferunt mortem, nulla pro eis in oblatione commensuratio fiat, neque enim psalmis ad sepulcrum eorum edamur dabantur, & S. Aug. l. 1. de Ciui. Dei cap. 17. & refertur in casu non licet 23. q. 5. vbi

9. ubi ait: *Si non licet privata potestate alicui hominem innocentem occidere, cuius occidendi licentiam huius nulla concedis; profecto etiam qui seipsum occidit, homicida est: et tanto fit nocentior, quanto se iudicaria quantum innocens iura causa fuit, qua se occidendum putavit.*

Ex quibus omnibus manifestum habetur, occisionem sui hoc præcepto prohibitam esse, in eaque deformitatem, non qualemquam, sed valde grauissimam, atque adeo mortalem contineri. Sic expresse sentiunt D. Bonauerrura 7. sen. dist. 37. in littera, D. Thom. & reliqui citati, ubi supra. Nam non potest dari vlla causa ad id necessitatis, nisi ex impulsu, instinctu, & ordinatione Dei, qui dominus est vite, ex cuius instinctu morri voluntarie, & sponte quam plurimi sancti se tradidere. In reliquo non licet, neque ad detestationem peccati commissi, vt Donatista falso asserbant, qui potius expedit viuere ad peccata commissa delenda per poenitentiam, quam tale tempus sibi subtrahere. Neque ad vitandum peccatum futurum proprium, ne scilicet consentiat in peccatum, quia *Non sunt facienda mala, vt inueniatur bonus.* Rom. 3.

& quia non licet committere malum maius, & magis certum, ad vitandum minus, & minus certum; heque ad vitandum ignominiam, vel alias huius vite grummas. Vnde merito Lucretia Romana reprehenditur à S. Aug. lib. 1. de reprobandi ciu. Dei cap. 19. quæ propter vitandam ignominiam stupri sibi à Tarquinio illati, sese interemerit. Nam vt rectè contra eam D. Aug. argumentatur, aut non consensit, & resistit quantum potuit ad uitro, & sic nec uixata, nec corrupta fuit, & propterea non erat digna, vt se ipsam occideret. Aut consentit in culpam adulterij, & tunc sui ipsius index esse non debuit. Vnde concluditur, quum illum non fortitudinis, sed pusillanimitatis opus fuisse, eo quod ignominiam illam ferre non valuit. Idem quoque dicendum, esset de Religioso, si quando se ipsum occideret, ne in peccatum incidere.

3. Dubitatur secundo, An Religiosus fugiens equo inuasorem, & inimicum, & videns puerum, aut hominem in via iacentem, quem necesse est conculcare, aut si gradum sistat, in manus inimici venide, licite eum conculcare, & proterere

possit, & occideret in via iacentem, ne ipse occidatur: sicut euenire potest, quando quis à Turcis fugit, vel in alijs occasionibus. Idem de eo, qui alium impellit in flumen, vel precipitium, vt ipse mortem euadat. Res hæc satis difficilis est & perplexa, de qua re legendi sunt

Respondetur tamen, quod quando spes aliqua est, non euentura occisione, aut si spes nulla futura sit, conatur tamen illam non informare, quantum potest, tunc quidem actu indirecto in mortem alterius, directo autem ad mortis propriæ euasione potest quis aut iacentem in via conculcare, aut alterum in flumen, aut in precipitium impellere. Nec proximus in talia firmiter rationabiliter conueniri potest, cum ad vitam propriam saluandam aliud remedium non habuerit: & in pari periculo, vnusquisque ius habet vitam propriam potius, quam alterius saluandi, vt constat.

Quando vero mortalis certitudo esset de morte innocentis, aliqui voluerunt dicere, quod non liceret tunc puerum occidere, vel mittere alium in precipitium. Nihilominus, si moderniores sustinent, quod quando persona nobilis ad euitandam ignominiam sibi illatam, quæ non nisi morte inimici aufertur potest, quippe qui coram pluribus ignominiose affectus est, potest licite illum occidere, ad tuendum suum honorem, multo magis id fatendum est pro uenda vita: & præterea semper talis habet intentionem non occidendi quemquam directe, sed semetipsum euadendi à tali morte certa, & imminente.

4. Dubitatur tertio, An qui mortem aliter euitare non potest, nisi occidendo, incurrat in casum seruatam, vt puta, quia aliter euadere non potest mortem sibi imminentem per inuasionem ei ab aliquo factam?

Respondeo, quod non, quia de iure nature vim vi repellere licet, maxime cum moderamine inculparæ tutelæ. Sed, an incurrat Religiosus ille, qui eum in tali casu per se id possit facere,

S. Bon.
D. Thom.

Rom. 3.

Lucretia
Romana
reprehendi
tur à D.
Augustino.

Dubium.

Rasp.
Caiet. 1. 2. q. 67. art. 2. præcipue in sol. ad primum, & 2. Cordub. lib. 1. qq. quæst. Cordub. 38. dub. 2. Sylu. verbo homicidium 2. q. Syluest. 26. Petrus Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 135. Petr. de Arragon. 2. 2. quæst. Arragoni 64. art. 7.

Auth. resp. potest curio distinctio- no.

Rasp.

Dubium.

mandat tamen homicidii; vt pro his faciat?

Resp. Respondeo, quod Baldus in cap. r. de pace vir. firm. tenet, quod non: cum quo concordat text. in l. Gracchius cap. de adult. vbi Bartholus ait, quod non solum pater, sed etiam filij ad praeceptum patris possunt impune interficere adulterum inuentum cum vxore, aut matre: ita vt sint impuabiles in foro exteriori, quamuis peccent mortaliter. cap. admonere 33. quæst. 2.

Grassus. Grassius tamen distinguit casum: nam aut inuasor inuadit Religiosum, vt interficiat, & tunc si Religiosus neque fuga, neque clamore, neque vilo alio modo potest aggressorem euitare, nisi occidendo, aut mutilando, tunc non solum ipse, verum & alij Religiosi possunt percutere volentem Religiosum occidere, ne occidat. Ita est doctrina Barth. valde notabilis in l. deuorum. C. de met. lib. 12. si tabis defensio fuerat in continenti, id est, dum actu impugnatur, non autem postquam violentia pertransijt. Est tamen magna differentia inter Religiosos predictos percutientes: nam ille, qui fuit inuasus, neque irregularitatem incurrit d. clem. 1. Alij vero incurruunt irregularitatem, si occidunt. Vide Glos. ibi.

Dubium. Dubitatur quarto, quid iudicandum sit de illo, qui veneno procurat alicui aufferre vitam, & s. ad quid teneatur?

Resp. Respondeo, quod circa hoc videndus est **Rodriguez** Rodriguez in 2. tom. qq. regular. q. 33. art. 4. vbi plura dicit, sed pauca hic subiectam.

Veneno occidens grauius delinquit, quam simplex homicida. Respondeo, dicendo, quoniam clericus, qui veneno quempiam occidit, praeterquam quod in poenam homicidij incipit, quoniam dicitur: quia vero grauius delinquit, quam simplex homicida, digne potest de poenitentia grauiori decessione, & longiori puniendus est: plus est enim hominem veneno necare, quam gladio, vt in leg. Cod. de malefic. & mathem. conuictis.

Baldus. Unde dicit Baldus in leg. pemo. C. de summa Trinitate, quod qui veneno occidit, dicitur proditorie occidere, & vt communem allegando aliquos sequitur Diaz. de Lugo in sua praet. cap. 95. qui dicit, quod propter execrabile delictum, quod clericus, qui venenum emittit, vt daret alicui, tamen parauit, & per eum non stetit, eadem poena puniatur, ac si delisset.

Diaz. Diaz. de Lugo in sua praet. cap. 95. qui dicit, quod propter execrabile delictum, quod clericus, qui venenum emittit, vt daret alicui, tamen parauit, & per eum non stetit, eadem poena puniatur, ac si delisset.

Quod eius additione Salzedo. Salzedo. dem loco, verbo, ac si dedisset; intelligitur, qui ad actum proximum accessit, & quia venenum propinauit, sed venenatus adhibitis medicamentis mortem effugit, tunc enim poena ordinaria est puniendus, prout explicat Couarr. in clem. si furiosus, secund. part. select. n. 11.

Non vero quando tentat aliquem veneno occidere, & ea de causa venenum emittit, sed non propinauit, quia fore potuit, aut fuit impeditus: tunc enim poena extraordinaria iudicis arbitrio est plestendus. Sic Rodriguez. **Rodrig.**

Dubium. Dubitatur quinto, & vltimo circa hoc punctum: quid faciendum sit, quando (quod absit) nouitius occidat inulte aliquem Religiosum profellum? An scilicet, tale iudicium competat Praelato ipsius Religionis, an vero competat Episcopo?

Resp. Respondet ad hoc, quod cognitio, & punitio talis delicti, & homicidij pertinet ad iudicem Ecclesiasticum: hoc est manifestum, argum. in cap. relig. S. r. Religiosum de sententia excommunicationis vbi dicitur, quod Nouitius Religionis approbare gaudet privilegio canonis, si quis eorum rogante 17. quæst. 4. & propterea censetur persona Ecclesiastica argum. cap. duo sunt genera de uodecim quæst. 1. Et in An. expressè determinat Ioann. And. & Francus in cap. beneficium de regul. in 6. Dominicus, & omnes in d. capit. Dominus relig. vbi supra dicitur, quod cognitio delicti Nouitij pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, quæ est etiam communis opinio: & probatur ratione: nam Nouitius post habitum susceptum subiacet Praelatis Regularibus quo ad iurisdictionem, & superioritatem, saltem communitati, & nouitij, licet non in nouo ab initio tempore, quo sunt Nouitij, si non sunt professi: & cognitio, & punitio delictorum religiosorum post professionem pertinet ad iudices Ecclesiasticos, & Praelatos eorum, vt tradit Panormitana post Ioannem de Lignano, probata post delicta eorum pertinet ad cognitionem, & castigationem Praelatorum, etiam si has homicidia, & graua delicta.

hinc sequitur, quod poterit Iudex Ecclesiasticus & Praelatus eos torques.

Nauar. *Nota.* Si meruerint torturam indicia delicti, seruatis seruandis, iuxta ea, quæ notata sunt in cap. cum in contemplatione, de regul. iur. & ita tenet Nauar. in consil. lib. 2. de regular.

Sed melius est, vt id in Religione non fiat, nam dimittendus est talis Nouitius à Religione, & debet tradi brachio Episcopi, qui contra eum faciat, quod iuris est.

Vulneratio quomodo intelligatur. 7 Sequitur secundus terminus declarandus, qui est Vulneratio. Pro quo animaduertendum, quod hoc non intelligitur de quolibet vulnusclo, sed de vulnere graui: facit text. in leg. 1. §. proinde ff. de ædil. delicto: vbi habetur, quod leuis febricula non dicitur febris: ergo non vulneratio leuis, sed vulneratio notoria, grauis, & iniuriosa facit casum referuatum: & hoc, siue fiat ense, siue gladio, siue alio apto instrumento.

Ratio est, quia vt diximus in §. artic. section. primæ, partis primæ. casus referuatus non debet fieri de quibuscumq; mortalibus, sed de grauioribus, & atrocioribus, prout præcipit & ordinat sacrum Concil. Trident. in session. 14. cap. 7. vbi habetur, *atrociora quadam, & grauiora crimina*: Hinc non quolibet vulnusclo pertinet ad hunc casum, sed vulneratio grauis, notoria, & iniuriosa.

8 Dubitatur hic, an liceat alicui seipsi mutilare, seu vulnerare, maxime ob aliquem bonum finem, vt puta, mutilare virilia, vt melius seruetur castitas.

Resp. Respondeo, quod communiter est peccatum morale, membrum sibi abscindere, & præterea incidit in casum referuatum, & præterea incidit in casum referuatum, qui hoc facit. Vide D. Thom. 2. 2. quæst. 65. art. 1. Petr. Aragon. & Salon.

D. Thom. Aragon. Sylu. Sotus. Nauar. Tolet. Ibid. Syluest. verb. homicidium 1. quæst. 1. Sot. lib. 5. de iust. quæst. 2. art. 1. concl.

3. Nauarr. in Man. cap. 15. num. 11. Tolet. in Summa lib. 5. cap. 6. Cuius ratio est, quia sicut nec vitæ, sic nec membrorum quis dominus est: vnde mortaliter peccat, qui membrum sibi abscindit, aut mutilat ex impatientia, ira, verecundia, vel alia inordinata passione: facit enim contra sui dilectionem, quam iure naturali, & diuino seruari debet. Hinc abscindere partes viriles, & se castrare ob castitatem, peccatum morale est, atque adeo damnatur Origenes ab omnibus in eo, quod se castrauerit, vt securius per

domos mulieribus prædicaret, vt habetur in cap. si quis à medicis, distinct. 55. 9 Tertius terminus est *Gravis percussio*, & pro intelligentia huius termini, dicitur, quod ad hoc, vt percussio faciat casum referuatum, debet esse grauis, atrox, siue enormis, non autem leuis, ratione eadem, qua de vulnere dictum est.

Ad cognoscendum autem, quænam percussio sit grauis, siue enormis, siue leuis, referam id quod habet Nauarr. in suo Manuali, capit. 27. num. 92. vbi ait, enormem percussione esse illam, qua quis interficitur, scinditur membrum, aut inutile, aut quasi inutile ad suum munus efficitur: & illam, ob quam, factam in alia parte, quam in naribus, vel alia, vnde sanguis facile erumpere solet, defluit multum sanguinis.

Et illam, quæ fit in proprium Episcopum, aut Abbatem (addo ego, in Generalem, Prouincialem, Guardianum, & in sua absentia, in Vicarium loci) & quæ magno scandalo est populo, vt declarat & tenet Innocent. III. in cap. cum illorum. & quamuis idem dicat Glos. eiusdem cap. mutilationem, de quolibet excessu notorio: & idem asserat Syluest. verbo absolutio 4. in princip. de ea, quæ infertur in foro, vel audientia publica coram Iudice, aut in oculo, aut in facie, secundum Glos. aut in Ecclesia, aut in dormitorio: non tamen putamus id esse verum, nisi quando percussio est in se notabilis, & gignit aliquod magni scandalum, quia Cardinalis in consil. 42. & Lopus in allegat. 76. declarat, aliquas ex his non esse mediocres, sed leues. sic Nauarrus. Ego tamen sequer primam opinionem, quia licet percussio de sui natura non sit grauis, fit tamen talis respectu loci, vel ratione scandali.

Secundo addimus, quod iniuria mediocris est, quæ est media inter leuem, & enormem: & quia de hoc certa regula tradi non potest, relinquatur arbitrio Episcopi, vel Prouincialis, vel confessarij iuxta Hostiensem receptum ab omnibus in capit. peruenit de iudi. vt diiudicent, habita ratione circumstantiarum, personarum, locorum, & temporum: cauendo ne iudicent leuem eam, quæ enormis est, iuxta Pan. ibidem.

Tertio, quod Lopus vbi supra concludit, esse percussione leuem, à qua posset

Gravis percussio qua.

Sylu.

Cardinal. Lopus.

Iniuria mediocris qua.

Hostiens.

Lopus.

posset absolvere Episcopus, colaphum, quem impigit Capellanus quidam perpetuus Azeimæ Ecclesie cuiusdam Canonico in eadem Ecclesia, absque sanguinis effusione. & quod Cardinalis vbi supra conclusit, percussiones duorum clericorum, qui sibi ipsis mutuo pugno, & pede impegerunt in itinere, esse leues, à quibus posset absolvere Episcopus.

Dubium.

10 Dubitatur hic primo. An superior percussus suum subditum, & per consequens incidens in excommunicatione Canonis, si quis suadente diabolo, poterit absolui ab aliquo subdijo suo ab ipso electo in confessarium? Respond. quod sic: & si subdij & Prælatus ad inuicem se percussant, & in conventu non est, qui eos possit absolvere: possunt ad inuicem se absolvere, prout tenet Fabianus. in verbo absolutio 2. S. 6. & probat Fabianus. fusè Rodriq. tomo 1. qq. reg. quæst. 20. Rodriguez. art. 22.

Resp.

Superior percussus subditum incidit in canonem.
Fabianus. fusè Rodriq. tomo 1. qq. reg. quæst. 20. Rodriguez. art. 22.

Excommunicatus maior excommunicato non possit in casu necessitatis absolvere alium excommunicatum maiori excommunicatione.
 Nam licet secundum Ius ordinarium, & commune, excommunicatus maiori excommunicatione non possit alium excommunicatum maiori excommunicatione absolvere, prout notatum est in casu necessitatis. cap. audiuimus 24. q. 1. In casu tamen necessitatis, vbi non est alius Religiosus, qui possit eos absolvere, potest excommunicatus alium excommunicatum absolvere. Et ratio est, quia necessitas non habet legem, & probat Ioan. Fabianus à maiori, qui si in casu necessitatis excommunicatus potest absolvere à peccatis, à fortiori poterit absolvere ab excommunicatione. Quod etiam habet Nauar. in Man. in cap. 27. num. 247. in his verbis. Sacerdos, etiam excommunicatus, & denunciatus potest hodie absolvere licite constitutum in articulo mortis, sicut non excommunicatus, quia non obstat, quod per excommunicationem tollatur iurisdictionis, quam saltem habitalem habet iure diuino. cap. Eccl. 16. q. 1. sine qua non potest consistere absolutio, quia probabiliter credi potest, piam matrem Ecclesiam non auferre illi, nec suspendere iurisdictionem, quoad talis articuli tempus. Sic Nauarrus.

Nauar.

Prælatus excedens in correctione an incidat in casum?
 Sed quid dicendum, quando Prælatus, cui permissa est moderata correctio in subditos, si excefferit modum, ex quo mors secuta est, num incidat in casum? Respond. quod non: nam quamuis fiat

irregularis: puniri tamen non debet, vt homicida dolosus, quia hoc dolose non fecit. capit. si quis iratus 15. q. 1.

12 Dubitatur secundo, an incurrat in hunc casum Religiosus ille, qui percussit Religiosam Nouitium vnus diei? & respondetur, quod sic, per cap. si quis suadente diabolo. nam extenditur etiam ad Nouitios: & etiam esset excommunicatus. cap. religioso S. 1. de sentent. excommunic. Non tamen esset excommunicatus, si percurret de proximo vestitulum, qui in Monasterio est in habitu seculari, sub cura Magistri Nouitiorum.

Percussione Nouitium incurrit in excommunicationem.

13 Dubitatur tertio, quidnam facere debeant Religiosi, quando ad inuicem se percussant? nam tunc non solum incidunt in casum referuatum, verum & in excommunicationem latam in cap. si quis suadente. De hoc vide, quæ habet Comp. priuileg. verbo excommunicatio ibi. Capuccini annotatio.

Dubium.

Respond. tamen, quod possunt absolui à Prælatis Religiosis, prout habetur ex concessione Clem. IV. & habetur in libro, Monumenta Ordinum in prima impressione fol. 57. & in secunda impressione fol. 140. concess. 138. & 139.

Concedit enim generali, & provincialibus Ministris, & eorum Vicarijs, atque etiam custodibus fratrum minorum in Prouincijs, & custodijs sibi commissis, fratribus prædictis ibidem constitutis, necnon fratribus alijs eiusdem ordinis interdum ad eos declinantibus vndeque absolutio, & dispensatione indigentibus, siue prius quam intrauerint ordinem, siue post, in casibus excefferint, pro quibus excommunicationis, vel interdictionis, aut suspensionis incurrisset sententias, à iure, vel à Iudice generaliter promulgatas, & huiusmodi sententijs innodati, aut in locis suppositis interdicta diuina celebrantes, vel suscipientes ordines, sic ligati, notam irregularitatis incurrisset, vt absolutio, & dispensationis beneficium valeant impertiri. Nisi adeo fuerint graues, & enormes excessus, quod sint ad sedem Apostolicam merito destinandi. Ac similiter concessit, quod fratres, quos Generales & Prouinciales Ministri, & eorum Vicarij, ac etiam custodes in proprios habuerint confessores, possint eis absolutio, & dispensationis beneficium impertiri.

Et quia

Et quia eandem concessionem habent fratres Predicatores extensam ad priores conuenticuales, hinc fit, quod per communicationem privilegiorum, idem facere possunt Guardiani, & eorum Vicarij, prout tenet etiam Rodriquez vbi supra.

14 Excipit autem ab hac concessione Sixtus IV. absolutio nem illarum excommunicationum, quae late sunt contra hereticos relapsos, schismaticos, & literas Apostolicas falsificantes, aut ad infideles prohibita deferentes.

Ex quo collige cum Rodriquez vbi supra, quod cum exceptio firmet regulam in contrarium, quod possunt sine dubio dicti Patres absolute ab excommunicatione propter iniectio nem manuun violentarum in clericum, etiam si sit Sedi Apostolicae reseruata.

15 Interrogabis, An dicta absolutio concedatur eis, quando mutuo se percutiunt in claustris, an vero quando etiam extra claustrum? Et videtur, quod non extra claustrum, quia Privilegia debent explicari iuxta terminos iuris communis, & in c. Monach. de sent. excom. ordinatur, quod Regularis in claustris se percutientes, possunt à suo Praelato, vel Episcopo absolui? Respondetur tamen,

quod etiam si extra claustrum se percutierint, possunt nihilominus absolui à suo Praelato, virtute supradicti privilegij. Neq; obstat obiectio facta: illa enim verba non ponuntur in Decretali, quasi innuant, quod si extra claustrum se percutierint, ab Episcopo, & non à suo Praelato debeant absolui: sed quia hoc crebrius in claustris contingit, prout aduertit Panor. in cap. cum illorum, de sent. excomm. allegans aliqua iura, nempe cap. canonica eodem titul. & alia: in quibus probatur clare, Praelatos Regulares posse absolute suos subditos extra claustrum se percutientes.

16 Sed quid faciendum, quando Religiosi diuersorum ordinum se percutiunt ad iniuicem? Resp. quod tunc debent absolui vnusquisque à suo Praelato ab excommunicatione incurta.

17 Dubitatur quarto. An quando percussio facta est joco, etiam si in joco sit excessus, & pariter in percussione, tunc incurtaur excommunicatio? Res. quod

non fit suadente diabolo: quod necessario requiritur, vt quis incidat in canonem. Et esto quod aliqua ira in progressu interuenerit, dummodo à joco habuerit initium, & talis jocus non fuerit per aliquod spatium temporis interruptus, idem censendum est.

Si vero post interruptionem joci per aliquod spatium quis percussit aliquem Religiosum cum ira, & suadente diabolo: etiam quod talis percussio, & ira habuerit initium à joco, dicimus, talem percussorem incurrisse in canonem.

Quando vero perseuerat jocus, & vnus percussit alterum, non incurritur: qua dicuntur & si talis taliter percussus conueratur, tur.

& proclamer apud superiorem, quod percussor incidit in canonem: dicam simpliciter id quod sentio, nempe quod ambo sunt potius sustigandi, quam excommunicandi: sicut in simili dixit Sotus in 4. sentent. de clericis pueris se percutientibus, nempe quod non sunt excommunicandi, sed potius sustigandi. Sic tales Religiosi se percutientes, tanquam pueri debent tractari, quia tanquam tales iuserunt, & postea plusquam tales se percusserunt. Ideo disciplina est aptum instrumentum ad eos corrigendos, & abluendos. Vide Nauarr. in suo Man. cap. 27. n. 80.

18 Dubitatur quinto, quid faciendum, quando quis se percutit, aut vulnerat?

Respond. quod si deliberato animo sibi ipsi manus immitterit, excommunicationem incurrit. iuxta Ioann. Andr. Panor. Panor. Felinum, & alios omnes in cap. contingit Felin. 1. de sentent. excom. & per consequens incurrit in casum reseruatum: nam tunc non solum peccat mortaliter: verum & incurrit in excommunicationem. Ratio vero est, quia quoad hoc, nemo est dominus suae vitae, aut suorum membrorum, vt dictum est supra, lege liber homo ff. ad legem Aquileiam, & dist. cap. contingit, & ob alias rationes, quas adducit Sancti Thom. 2. 2. quae 2. 64. art. 5. Videatur Nauarr. in suo Man. cap. 15. num. 11.

19 Dubitatur sexto, An quando Religiosus percuteret alterum Religiosum, seu Sacerdotem excommunicatum, in excommunicationem incidere? Res. quod aliqui dicunt, quod non, per cap. excommunicatorum 3. quae 1. & Gloss.

Rodrig.

Dubium.

Resp.

Religiosi extra claustrum se percutientes absolui à suis Praelatis.

Panor.

Not.

Dubium.

Resp. ponenda.

in cap. si quis deinceps 17. quæst. 4. tamen hæc est communis opinio, quod iste percutiens excommunicatum, incurrit in excommunicationem: & ratio est, quia excommunicatus retinet ordinem, ratione cuius inducta est immunitas, & ideo durante causa durat effectus.

Dubium.

20 Dubitatur septimo, & ultimo, quæ poena sit puniendus subditus, qui Guardianum, aut alium suum superiorem percusserit? Resp. quod de hoc potest videri Rodriguez in tomo 2. qq. regul. quæst. 34. art. 2.

Resp.

VNDECIMVS CASVS.

Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad superiores.

Declaratur verba casus.

1 **H**ÆC verba clara sunt, scilicet, quod in hunc casum incurrunť omnes illi, qui dolose, data opera impediunt, ne literæ Superiorum perueniant ad inferiores, & è contra inferiorum ad Superiores, ad quos diriguntur: & qui non impediunt, sed malitiose retardant dare: Et qui neutrum faciunt, sed aperiunt literas, dissigillando, & postea iterum sigillant, & mittunt ad eos, ad quos diriguntur. Circa quem casum:

Dubium.

2 Quæritur primo, quæ poena exteriori, præter casum referuatim, in quem tales incurrunť, debeant puniri: Respondeo, quod aperiens ob signatas literas, & aduersario mittentis ostendens, incidit in poenam falsi: ita Bartholus in l. qui testament. ad legem Cornel. de falsis;

Resp.

Bartholus.

Panorm.

Iason.

Pœna aperiensium.

litteras.

quem sequitur Panorm. in c. cum olim, de offic. deleg. Iason. in S. poenales num. 26. Institut. de act. sic seculares. Religiosi vero hæc facientes, deponendi sunt: ita sentit Romanus conf. 65. circa finem, hoc fundamento motus, quod de Iure Canonico poena falsi est depositio in clerico, vt constat ex iure cap. ad falsarium, de crimine falsi. At Bernardus Diaz. in sua praxi cap. 105. n. 2. hanc refellit opinionem, cum illud ius non imponat poenam depositionis clerico pro qualibet falsitate, sed quando vtitur literis falsis Papæ, & in suum fauorem allegat Hostient. Vnde non debet extendi decisio illius iuris ad hoc delictum: & consequenter

Diaz.

credit, poenam huius criminis arbitrio Iudicis esse relinquendam, considerato nocumento, quod ex aperiione dictarum literarum mittenti, & alijs euenit.

3 Sed aduertenda est doctrina Barthol. in hoc casu, distinguendis sic: aut quis aperuit literas, vt aduersario mittentis ostenderet, & is (ait) incidit in poenam falsi: si vero aperuit, vt ipse eas legeret, alijs autem non ostenderet, non debet puniri poena falsi, sed poena extraordinaria talionis. Quod si quis non restituit literas ei, cui reddere mandatum suscepit, sed illas alteri pandit, non tamen aduersario mittendas; talis incidit in poenam falsi. Item, qui literas alicuius aperiret, & diuulgaret ad alterius iniuriam, actione iniuriarum tenetur: & subdit: quod non dicitur literas aperire, qui clausuram earum detrahit, si aliter eas non aperiat, nec legat. Qui autem literas alteri scriptas lacerat, vel comburit, crimine falsi tenetur: vide etiam ad hoc quæ habet Baldus in l. Paulus ff. de falsis, & Abbas in cap. cum olim, de offic. delegati.

Bartholi doctrina. notanda.

Secundo quæritur, An qui solum aperit, & non legit, incidat in hunc casum? Respondetur, quod Barth. vbi supra, & Pater Grassius hic, & Stephanus Quaranta in suo Comp. Bullarij, in explicatione huius casus, dicunt, quod non est casus referuatim, argum. in textu in c. si quis in graui. §. Si quis tabulas, sic ille.

Dubium.

Resp. Grassius. Quaranta.

Ego tamen dico, quod incurrit, & ratio est, quia verba legis sunt clara, nempe *Aut apertio literarum*, nihil specificans de lectura.

Auth. sententia.

Quod adeo existimo verum, quod si quis legat tales literas, absque eo, quod aperiat, vt sepe contingere potest, legendo eas vel ad lumen solis, vel candelæ, quando characteres transparent, quia charta bibit: vel etiam si quis per latera (nizza) vt Italice dici solet, introspicit, & legit; tunc enim, quia non aperit, non incurrit in hunc casum, cum in litera textus legis nihil de lectura dicatur.

5 Si quis vero inaduerter tales literas aperiret, existimans illas ad se esse missas, & legit cum tali credulitate, nihil ad casum hunc: quod similiter dico de eo, qui cum tacito mittentis consensu eas aperit, & legit, vt quia est suus familiarissimus, & timet, ne si non aperiantur literæ,

literarum, potest negotium amici aliquod pati detrimentum. Vel boni fide speraretur in satisfactione eius, cui mittitur.

6. Circa hunc casum animadvertendum confido id quod habet Stephanus Quaranta in suo Compendio Bullarum, sub titulo, Casus reservari, num. 12. ubi sic loquitur. Ut autem Religiosi propter impedimentum, retardationem, & aperi- tionem literarum incurrant casum reser- vatum, necesse est, quod manifeste sit peccatum mortale: esset autem tale, si eo animo aperirentur, ut noverunt proximo inferretur. Secundo notabile etiam, si illud eveniret sine tali intentione. Tertio eas proditorie scribentis ad- uersario ostendendo. Non esset mortale in manifesto inimico mittentis, vel illius, cui mittuntur, iuste timente perili- las aliquod damnum sibi parati: vel du- bitante, ne aliquid in illis contra eum tractetur. Secundo in referante eas, & illas bono fine impediente, scilicet ad precauendum aliquod malum iniustum alteri per illas probabiliter allaturum. Tertio, quando commaniser tangeret ip- sam, & tertium, si illas manifestando.

Quarto, non esset etiam mortale ape- rire literas, quae non sunt alicuius mo- menti, neque concernent materiam gra- uem, sed leuem. Quinto, non incidit in casum reservatum Religiosus malitiose frangens illam chartulam, cum qua lite- rae clauduntur, vel sigillum auferens, non tamen illas legens, quia literae non dicuntur aperte, si sola ligatura sit solu- ta, nisi etiam tuerint lectae, cum simus in poenaliibus, in quibus fieri debet stricta interpretatio. Bar. in l. si quis in graui §. si quis tabulas ff. ad sonatus, cap. cum olim 2. offic. delegat. Quod vltimum li- mitatur non procedere in literis neces- sariis, & vtilibus Monasterio, quas iuri- dice possent ipsi Regulares sine superio- ris voluntate dare, vel accipere, quales essent illae, quibus Regularis denuncia- ret delicta ipsius superioris. arg. tex. in cap. ex parte de accusa. vel literas super hoc a Papa impetratas acciperet. Nauar. in cap. non dicatis in 4. not. in fine 12. q. 1. Et in conf. 33. de sententia excom. n. 4.

Contra quam doctrinam dico plura. Primo, quod licet apud me praedictus D. Stephanus Quaranta plurimi retinetur propter eruditionem suam maximam,

nihilominus in hac materia (pace sua), non videtur benedicere: nam ea, quae ipse dicit, possunt habere locum in lite- ris, quae aequales ad se inuicem mittunt: & Nauarrus, quem ipse sequitur, & citat in cap. Sacerdos, de poenitent. dist. 6. nihil agit de literis, quae superiores ad inferiores mittunt, vel e contra, ut est vi- dent apud eundem. Vnde resolutio- nis dicitur, quod quotiescumque quis ap- rit, impedit, vel malitiose retardat lite- ras superiorum ad inferiores, & inferio- rum ad superiores missas, incidit in hunc casum reservatum: sic enim sonant ver- ba legislatoris: *Malitiosum impedimen- tum, aut retardatio, aut aperiatio literarum;* &c.

Moueor autem ad id afferendum, quia Papa est, qui praecipit, & potest praeci- pere, & condere leges, prout de facto quam plurimae ab eo conditae sunt, ut patet per totum Ius canonicum, & Papae lex obli- gat omnes. Et quod nemo eximitur a iurisdictione Papae, & omnes ei obedire tenentur in spiritualibus, & praecipue nos Fratres Minores, qui in primo capi- te Regulae nostrae id profitemur.

Praeterea praecipuum hoc, vel est cla- rum, vel dubium: Si est clarum, obser- uari debet, ut sonat, nec interpretationes extortas admittit. Si dubium est, tunc obseruari debet, ut verba sonant, vide Nauarrum lib. 5. conf. de verbor. signi- fic. consil. 2. num. 1. Cum ergo praeci- piat summus Pontifex, ut literae superio- rum ad inferiores, & inferiorum ad su- periores non impediantur malitiose, aut retardentur, aut aperiantur; Sic seruari debet tale praecipuum, ut sonat, absque vlla glossa.

At contra ea quae determinata sunt, videntur facere quae habet Nauarrus lib. 3. consil. de statu Monach. consil. 16. n. 2. Vbi recensetur de quodam Canonico Regulari, qui sine licentia Episcopi ad curiam quandam secularem proficiscen- tur, deserens secum literas ab alijs cano- nicis ad Papam scriptas, & quod per- tus eum capere, & carceribus mancipa- re fecit, litterasque praefatas acceptas aperuit, & legit. Et interrogatus Nauarrus, an id recte fuerit factum, respon- dit affirmatiue: cuius rationem dat, quia praedictae literae non fuerunt legitime ad Papam scriptae, nec ab eo, qui poterat

Quaranta
reservatur.

Reservatur
Quaranta.

eas dare, quia fuerunt confecti & ordinati
nisi regulari simplici, qui non potest non
aperire, nec dare litteras, sine consensu
Prælati, ut habetur in Regula eorum. Et
presumptive in cap. non dicatis 12. q. 1. in 4. not. 1. Tum quia litteræ prædictæ
erant sui Monasterij, & sunt: quoniam
omnia, quæ habent, & faciunt Canonici
Regulares subdiles, pertinent ad Mo-
nasterium, cap. non dicatis 12. q. 1. & ad-
ministracionem Prælati. cap. nullum 18.
q. 1. 2.

Per quam Doctrinam videtur, quod
inferiores possunt accipere, aperire, &
legere litteras inferiorum ad superiores
quibus, quia Prælati prædicti talia faci-
cit circa litteras ad Papam missas; ergo
superiori id poterit fieri circa alias litte-
ras, quæ inter Religiosos mittuntur.

Respons.

Sed contra Nauarrum oppone eun-
dem Nauarrum in comment. 2. de Regu-
lar. num. 29. ubi tractans de litteris quas
Religiosi non possunt dare, neque reci-
pere absque superioris licentia, saltem
tacita, obcludit sic. Aduertendum item,
quod hoc notabile procedit in litteris,
quæ accipiuntur, vel dantur contra vti-
litatem, vel honestatem Monasterij, vel
contra salutem Spiritualem, vel corpo-
ralem singulorum regularium, & alijs
litteris, quæ continent inutilia, vel im-
pertinentia prædictis: non autem de litte-
ris necessarijs, vel vtilibus, quas iuste
secundum iura possunt ipsi sine superio-
ris voluntate dare, vel accipere: quales
sunt illæ, quibus Regularis constituit
procuratorem contra Prælatum, vel de-
nunciat eius delicta; quibus casibus id
licet facere, vide ibi.

Ad quæ licet ipsemet Nauarrus res-
ponderet, & satisfacere conetur ad finem
supradicti consilij, nihilominus doctrina
paulo ante in comment. 2. de reg. po-
ste solidior, & venior est: & quæ ab
omnibus observatur, nam contra su-
periores vniquisque potest scribere ad
maiorem superiorum absque eius licen-
tia, & pariter litteras recipere: nec pos-
sunt impediri: Sicut ergo firma nostra
sententia, nempe quod nemini licet ma-
liciose impedire, aut retardare, aut ape-
rire litteras superiorum.

Quia materia hæc insigni opere dis-
turbare solent Religiosos, animaduerten-
da sunt rationes, quæ ne aperiantur li-
tere, assignat Nauarrus in prædicto cap.
Sacerdos, & Nauarr. sequitur Menoch.
de arbit. iud. cas. 311. num. 12. cent. 4. &
nos hic libenter eas transcribimus, ut qui
ad aperendas aliorum litteras sunt pro-
pensi, per tales rationes reprimantur.
Sunt autem hæc:

Prima, quia regulariter omnis iniusti-
tia est peccatum mortale secundum Sa-
thom. 2. 2. 2. quæst. 59. art. 4. receptum:
Qui aperit litteras alienas, peccatum ini-
iustitiae committit. Tollit enim ius al-
terius, scilicet aperienti litteras, tam mit-
tentis, quam eius, cui mittitur.

Tollit enim custodiam, quæ vtriq; il-
lorum comititur. Facit etiam quod iuris
genium est, ne legati violentur, cap. ius
genium addit. 11. At litteræ quidem legati
sunt, & inanimati subr.

Adde, quod publice fidei expedit, litte-
rarum sigilla in violata esse: & quidem
hoc certissimum est, si eo aperiat animo,
ut notabilia nocumentum ex eo proximo
inferat: cerum quoq; si aperiat tali
animo, si tamen nocumentum fiat, quia
paria quoad hoc illa sunt.

Quibus addo ego, quod ex tali ape-
rione litterarum multæ inquietudines,
perturbationesq; animi, odia, rancores,
& serena huiusmodi mala oriuntur:
vnde consultius esset, ut litteræ aliorum
nunquam aperirentur.

11 Excipe ex dictis superiores, & om-
nes illos, quibus de iure communi com-
perit aperire litteras inferiorum, quibus,
sicut non intendimus adinere talem fa-
cultatem, sic vt modestæ ea vtiuntur, con-
sulimus.

12 Concludamus ergo hanc materiã,
& dicamus, quod rationes D. Stephani
prædictæ, si quæ concludunt, habent lo-
cum in litteris æqualium subditorum,
qui non habeant auctoritatem contrarium
præcipiendi.

At in litteris superiorum ad inferiores,
& è contra, noquaquam possunt habere
locum, quia id verum est, & qui id ve-
luit, Papa fuit, qui ad id, ut & ad alia
plura habuit, & habet auctoritatem.

INDEX LIBRORVM

Prior numerus, paginam, Litera a, b, colum.

1. & 2. denotat.

Abbas in iudicium faciens, gratias, & obla
habente quid Monacho liceat 162. b
abbatis exempli 42
Abbas gratissimam peccatorum 249. a. quo
modo puniatur. ibid. quando sit casus re
feruatus 250. a. eadem procurans aliquan
do etiam irregularis sit. ibid. quod plura
debeat concurrere, & quis in huiusmodi
invidus ibid
Abstinere sibi ipsi membrum est peccatum
mortale 269. a
Absolutio ab excommunicatione sine factu
tate in excommunicatione in iudicis 34. a
Absolventi potestas alia in habita, alia in
actu 107. a
Absolventi simplex ministerium delegari
potest 45. b
Absolutio quando nulla 34. a. absolvi non
potest dari 82. b
Absolutio ab excommunicatione ne dari possit
otium a non sacerdote, si tamen talis de
dit excommunicationis sententiam 11. a
sed in foro conscientia & sum peccatorum
absolutione a fructu datur solent ibid.
Absolutio ab excommunicatione absenti dari
potest, & signatur, & inquit non tamen
absolutio a peccatis 47. b
Absolutio in peccatis adhibere conditionem 50. b. de
casu reservato data ante acceptationem omnis
presentiationis non valet et quod rursus omnis
51. a. a confessoria prout est ratio qua fit a
peccatis ibid. a. a peccatis tantum sufficit
in quotidianis confessionibus ibidem.
Absolutio in foro 22. b. omnia eius sunt
previdenda sic ut temporum 53. a. tempore
inhibet 124. b. & seq.
Absolutio in iudicium causa multiplex 60. b
Absolvi absens potest ab excommunicatione,
a culpa non potest 61. a
Absolutus ut quis posse confessio debet specifica
feri 120. b. & seq.
Absolutus in iudicium in iudicium non facit 302. b
Accelerata ab eo confessio esse 92. a
Acclamatio facta iudicium ad certuram 197. b
Accusans aliquem de falso, qua pars de

192. b
Accusatio quando reddatur iudice 191. b. for
satis ad eam necessaria 224. b. etas sicut
necesse habere debet 185. b. ab accusatore
suo etia bonorum gentium 187. a
Accusationem quid tenetur facere. 186. b
qui ex lege prohibentur 243. b. quando
possit in iudicium b. quilibet tenetur pro hinc
Reipublice 226. a
Actuarij errores 188. a
Actus confessiois de heresi quando suscipi
tur 261. a
Actus quando consummatus dicatur 263. a
Adam minus quam Eva quom. de pecca
tis 103. b
Adulterium accidens, licet impotens sine in
foro exteriori, peccate mortaliter in foro
conscientia. 268. a
Adversarij errores 158. a
Amplentur an peccati sit, & quando 260. b
Appellans post illam damnationem potest
mortaliter. 244. b. ad omnia damnata re
notur. ibidem. ex presumptione iuris con
demnatus, de iure non audietur 245. dam
natus hereticus non est audiendus ibid. b
Appellans Regularis si extra ordinem appe
lat excommunicatur 247. b
Appellare non potest rursus concilius & confes
sus. 244. b. taliter appellans non audien
dus. ibid. an possit confessus & non con
cilius. 256. b. quare talis audendus ibid.
litium est a declaratione excommunica
tionis. 248. a
Appellari potest ab omni sententia 246. b
Appellatio an in scriptis fieri debeat, an
verbo 247. a
Appellatio Religiosorum 163. a
Appellatio utrima rei defensionis. 244. b. est de
iure narata. ibid. Non admittitur in no
turis. 245. a. Fit aliquando coram hon
ta persona. 242. a. in duobus est admittun
da 222. a. Non fit in correctionibus Re
gularibus nisi fiat excessus. 246. a. Dupli
citer fit 248. a
Appellationis modus. 246. a. eius ordo. 249. b
Appellatum in suam admittere debet iudex
alioquin

aliquis puniendus 247. a
 Appellationes in causa fofa nequa iudex
 procedat 148. b
 Apertius litteras pena 272. a
 Apertia malitiosa litterarum 272. a
 Apollonia quid 152. b. triplex est. 101. Ex-
 terior tantum an facias incurere. excom-
 municationis 152. b. nō incurritur si quis
 fugiat nimium sciens superiore 162. b
 Apostata à Fide quis 157. a. ab obedientia
 quis 152. b. idē Religione. huiusmodi iudicium
 apostata defertens habitum occultum est ex-
 communicatus 156. b. An se quis re-
 bellat Commissario generalis 152. a. non
 est fugiens nimium sciens superiorem
 156. a. Non est qui transiit ad aliam Re-
 ligionem. 152. a. idē qui egreditur Mona-
 sterium animo vagandi. Et incidia inca-
 sata reservatum 155. b.
 Apostata sine infamē in eum 152. a. etiam si
 deserant habitum sunt excommunicati
 ex privilegio ibidem: sicut recipiendi. Et
 si aliqua emendationis spes recipiendi 163.
 b. non possunt ordinari 184. a
 Apostatis non tunc celebrari. aliquis in-
 dunt in irregularitatem. sed neque pra-
 dicare. neque confessiones audire 157. a
 Arbitraria pena 239. a
 Aspectus viri; aut mulieris. Et o. palchra an.
 quando. Et qualis peccatum 259. a
 Astrologi puniuntur 150. a. consuetudo con-
 tra eos ibid. b
 Astrologia iudiciaria est falsa scientia 149.
 b. Et damnosa ibid.
 Astrologis an liceat studere nec no. 148. b. li-
 beri etiam prohibentur 151. a
 Ardentius metis Et periculum disticta 55.
 a. nulla in eo est reservatio ibidem. de eo
 non potest laicus absolvere ab excommuni-
 catione 57. b. in eo valet confessio per si-
 gnum 85. a
 Attentans. Et non consummans actum non
 comprehenditur in casu reservato 9. a
 Auctivus quid sit 89. b
 Auctivum illicitum 151. b. Regula ex D.
 Thoma ad agnoscendum augurium. ibid.
 S. Augustinus reprehendit Lucretiam Roma-
 nam eo quod sup. prava sibi manus vol-
 entas intulerit 267. a. Eiusdem senten-
 tia de impudico aspectu 260. a
 Aurea sancti Patris Bernardi epistola 152. b

gibilibus quid prescribat 158. b
 S. Bernardus Miscella de contrasitione cum
 faminis 23. b. Eiusdem sancti Patris
 aurea Epistola 158. a sententia Et simi-
 litudines eiusdem Sancti Patris de Mona-
 chorum Monasteria commorantibus 161. a
 Bona Religio fori sunt sedis Apostolica 254. a
 S. Bonaventura nimiam. Et incensam cum
 faminis conversationem multis improbat
 26. a. Et seq.

Bonus magorum 148. a. nota de eis ex Ne-
 uero a. ibid.
 Bullam cruciatam Religiosis accipere non li-
 cet. 104. a. Et an liceat discutitur. 110.
 C.

Calumniantur quis. 183. b
 Capitula generalia non possunt statere ve-
 professio trium vocorum substantialitatem
 facta non valet 139. b
 Capuccinus an licite transcat ad Carthusian-
 um 155. a. Et contra ibid. non potest ad
 alium Ordinem migrare. ibidem.

Capuccini cui possint Et de beas confiteri 109.
 a. cui in mortis articulo 110. a. cui eorum
 predicatores extra Monasteria. ibid. b. Re-
 vocationem omnibus privilegijs relaxan-
 ribus Regulam 110. b. prorsus extra ordi-
 nem absolvi à censuris. ibidem observant
 Regulam iuxta litteram 111. a
 Capuccinorum Confessarij deputati non pos-
 sunt alium delegare. 107. a

Catser qualifim in suo ditione 159. b
 Cauterius potest cum carcerato excommuni-
 cato conuersari ex officio 45. b

Carnis lapsus 257. a
 S. Carolus Borromeus qualem elegit confes-
 sarium 83. a
 Carthusianus an licite transcat ad Capu-
 cinum 155. a. potest transire ad Dominic-
 nos ubi seruatur omnia. ibid.

Casus reservare potest Pontifex. etiam Epif-
 copus. Pralati. Pralati Regularis. etiam
 les. Prouinciales. etiam 13. a. Et seq.
 Casus in quibus non existant generaliter
 dato. vel specialiter. vel etiam excoordinati-
 catione non debet subditus manifestare
 delictum 179. a

Casus plures in quibus conatur. superior con-
 cedere facultatem penitenti 130. b

Casus quinque in quibus conatur. hanc confi-
 terti statim peccatum mortale. 73. a
 Casus prorsus reservari prorsus conuenit. Et
 non in alio. confiteri Capitulo Prouin-

B.

S. Benedicti Regula de fugitiuis. Et incurri-

clausis 7. b
Casus reservatus est carnis lapsus voluntarius opere consummatus 257. a
Casus reservatus debet esse certus 8. a. de Apostasia quando habet locum 159. b. est si quis monasterium nocturno tempore fortius eccens 161. b. an sit si sub crepusculum diei fiat ibid.
Casus reservati sunt spes Religionis 7. b. comprehensendus etiam maleficus 150. b
Casuum reservatum non potest fieri indifferenter 7. b. est medicina presertim, & curativa. ibid. debet fieri de actibus excoriatoribus 8. b. Est circa mortalia tantum non venialia 9. b. quomodo fieri debeat. ibidem. vult propensionem non extensionem vocabuli 8. b. quid in ea attendendum 7. a. In mortis articulo nulla 110. a
Casusolymis inter alia causa una 264. a
Censura, vide Excoctas.
Cicronis dictum notabile de iudic. 215. a
Circumstantia diei festi non necessario consideranda. 79. b
Circumstantia peccati in confessione sacenda, quando ex illa confessorius venit in cognitionem complicitis 15. b. potius sacer quam proximus diffamari potest 105. b
Circumstantia peccatorum que necessario sunt confitenda 78. b. minuentes peccatum an sint declaranda 95. a. persona quando necessario confitenda, & quando non 80. a
Circumstantia quantor requiruntur ut quis non teneatur relinquere occasionem peccandi 49. a
Chauinum nomine quid intelligatur 2. a
Clastrum deseruicium, & incolentium similitudines. 160. a
Clausura antiqua est in Religione 161. a. quid requirat. ibid. bona est. 161. b. quousque se extendat 165. a. apud Patres Capuccinos strictior 162. a
Clerici quando non possunt suo privilegio renunciare 230. b. quomodo possint in civilibus iudici seculari subijci. ibid.
Cogitatio morosa 279. b. quando talis. ibid. cuius generis sit peccatum 260. a
Commissarius officium ad tempus datam durat pro illo tempore 48. b. sine limitatione. ibid.
Commissarijs generalibus non licet rebellare. 157. a
Complicitis personam an liceat manifestare in confessione 104. b
Concupiscencia 258. a. eius peccati speciem assumat, quod committi desideratur ibid.

Conditio in absolutioe tripliciter consideratur. 51. a
Conditiones confessionis sedocim fuso explicantur. 69. a
Conditiones ut possit minoris aliquid dare. 257. a
Confessorius certo sciens penitentem commisso peccatum aliquod mortiferum, de quo non confitatur, quid agere debeat 76. a
Confessorius quando sequi debet suam opinionem 43. a. Similis est obstricti 75. a. Sigillum confessionis seruari debet 41. a. Debet esse ut Pater &c. 41. debet conteri si est in peccato mortali antequam audiat confessiones ibidem scientia pollere debet. ibid. quando tenetur sequi suam opinionem, quando penitentis 43. a. Non potest absolute penitentem a reservato, quando delictum est publicum 44. b. Dubius de casu, debet se resolvere antequam absoluat 8. b. Idoneus quis 82. b. quem superior sibi eligere potest qualis esse debeat 35. a. Idoneus est eligendus 82. b. Non debet facile mutari. ibid. In aliquibus casibus non debet penitenti dare absolutionem 83. a. quomodo simpliciter confessionis debeat audire ibidem. cautus & prudens esse debet in interrogacionibus 94. a. Trium obseruet in interrogacionibus ibidem. Debet occurrere penitenti & impedire ne nominet personam complicitis 106. a. Peccare ut possit infamia peccato, consensuendo infamanti, ibid. De complice in confessione non interroget, quare, ibidem. sionus suscipit se presentandi pro penitente, debet id facere quam prius potest 108. b. potest confessionis suorum Regularium suscipere, si tantum a Pralato Religionis sit approbatus 133. b. Non potest absolute appellatum invito damnatum 245. a. vide etiam Penitentiarium.
Confessorij sollicitantes penitentes ad peccatum carnis extra actum confessionis, non sunt suspecti de heresi 265. b. quomodo se gerere debeant cum diversis penitentibus 69. & sequentibus.
Confessoriorum prudentia multiplex esse debet 40. a. eorum officia quatuor cum penitentibus 41. a. eorum est sequi opinionem probabilem penitentis 43. a. non possunt abstinere a reservatis simpliciter sed iuxta firmam decreti 44. a. Eorum pna si sollicitans ad peccatum penitentes 67. & seq. imperitorum, & ignorantis in excusatio quando valent, quando non 42. b. Is so-

- rium est explicare penitentibus ignavis
 omnis praesentationis 50. b. Non docet esse
 curiosos in interrogationibus 75. a
Confessariorum mutatio, non est contra inte-
gritatem confessionis, & quando hoc verū
 84. b. Eorum frequens mutatio profectui
 inutilis est 141. a
Confessarii excommunicatis facta confessio
iteranda, nisi in mortis articulo sic facta
 82. a. Item ignorantibus facta. ibid.
Confessio extrajudicialis facit iudicium ad
torcuram. 197. a
Confessio sacramentalis à Christo instituta,
 est tanquam forma 1. a. Eius forma vel
 sententia 1. a. Est de iure divino 1. a. Fuit
 in Ecclesia ante Concilia & Pontificum
 decreta ibidem. quod sit iuris Divini pro-
 batur validissimo argumento 2. a. quid
 hominum animos ad eius obedientiam ege-
 rit. Quando instituta ibidem.
Confessio peccatorum debet esse distincta 2. b.
 non integra quando licita 15. b. Laico fa-
 cta non est sacramentalis 30. b. quodidia-
 na 33. a. quas debeat habere condiciones
 69. a. & seq. debet fieri flexis genibus 73.
 a. quando iteranda 81. & seq.
Confessio fit veracunda non per modum iac-
tantia, comitata pudore, erubescens de pec-
cati foeditate 83. a. qua fit duobus con-
fessorij an sit dimidiata? & sic faciens
quomodo peccat? 84. b. Non integra va-
lida in quinque casibus 85. a. & seq. per
signam, & namque in quibus, & quando
valida 85. & b. Debet esse secreta 86. a.
 ad exclusionem interuentij, epistola, testis
 ibidem. Confessio ut sit secreta est, de es-
 sentia ad sustentandam confessionem in
 Ecclesia Dei 86. a. secreta ex parte Con-
 fessorij propter sigillum ibidem.
Confessio debet esse lachrymabilis 89. a. non
 eras ante legem gratia 90. b. frequens uti-
 lissima est 92. a
Confessio frequens quid praestet, simili of-
ferenditur 92. b. rara quantas faciat an-
gustias ibid. Fortis debet esse superans ti-
morem 94. a. accusatus debet esse 95. a. de-
bet habere animam promptam ad susci-
piendam penitentiam 96. a
Confessio generalium potest fieri cuilibet sa-
cerdoti, & quo iure id fiat 101. a. & b.
 In mortis articulo cui facienda 109. b.
Confessio, vide Superior, Pralatus, suffra-
ganeum, scientia, frequens, veniale.
Confessio generalis utilis est 93. a. An uti-
liter sepe repetatur, & à quibus repeten-
- da, & à quibus non ibidem.
Confiteri generaliter non sufficit ut absoluitur
 locum habeat 100. b
Confitens quando possit personam compliciti
 nominare aut manifestare 104. b. quando
 nec in vita, nec in morte hoc possit. 105. a
Confessionis duplex dimidiatio per se & per
 accidens, & prior non potest fieri in con-
 fessione. 113. b
Confessionem non opus est semper flexis geni-
 bus facere, & quare 73. a. non integram,
 & sine animo satisfaciendi factam, iu-
 rare tenemur 82. a. siue contritio fac-
 ta de resecantis, an & cui iteranda 82. b
Conspicui non possunt esse testes 218. a
Consensus duplex, expressus, & tacitus 19. b
Consensus quis ad peccatum mortale requi-
 ratur 288. a. virtualis sufficit ibidem.
conspiratio cauenda 180. b
Constantinus magnus non vult iudicare Epis-
 copos 176. a
Consultans 193. a
Contritio ut sit vera quanto opus dolore 90.
 b. contritio quadam 89. b
Contritionis vera signa qua 83. b
Contritionem de singulis mortalibus non est
 necesse paritalem habere 90. a
Contritione coram Deo absolutus, quid reci-
 pit per absolutionem confessorij 91. a
Conteri statim de peccato mortali commissi
 non tenetur peccator 90. b. tenetur non
 complacere ibid. conteri quando tenetur
 ibidem.
Constitutio de largitione manerum 258. b
Constitutiones an obligent sub mortali 97. b
 Patrum Capaccinorum non obligant ad
 culpam ibidem. sed solum ad poenam 99. b
Conuentum incolens religiosus est sicut vir-
 gula fami 160. b. est sicut iacob supplan-
 tator, lilium inter spinas ibid.
Conuentum de ferens plurimis damnis expo-
 situs: similitudines talis Idonachi 160. b
Corroctio qualis esse debeat 175. b. debet esse
 moderata 246. a. si sit nimis secura ap-
 pellare potest reus ibidem.
Corroctio quando praecedere debeat denuncia-
 tionem & quando non 177. b
Criminales pena 139. a

D.

Demonis innocatio est maximum peccatum
 & superstitio 144. a. Deo quam maxime
 displicet ibid.
Demonum perfectione ingenij conijciunt non-
 nunquam

- numquam quid homines facturi sine* 145.
b. aliquando ex revelatione, aliquando ex
longa experientia 146. *a. recursus ad da-*
monem duplex *ibid.*
Dare potest Religiosus aliquid ratione hospi-
talitatis, gratitudinis, urbanitatis &c.
257. a
Defensio est de iure natura 203. *b. nulli ne-*
gari potest *ibid.*
Defensionum capita 204. *a*
Degradandi, & seculari brachio tradendi
Confessarii penitentes ad peccandum sol-
licitantes 67. *a*
Dei operatio in homine velut sol in aere
160. a
Delectatio morosa de muliere pulchra aut vi-
ro viso, sit ne peccatum, quando, & quale
259. b. quando non est peccatum 260. *b*
Delegati officium quamdiu dures 48. *b. po-*
testas delegata 176. *b*
Delegati possunt sibi reservare casus respec-
tive 3. *b.*
De licentia patientis potest confessorius lo-
qui de in confessione auditis 54. *a*
Delicti de corpore debet ante omnia constare
204. a. si de eo non constat, non potest pro-
cedi ad inquisitionem specialem *ibid. b.*
Delicti corpus debet recognoscere per testes
205. b. Si de eo nihil constat liber erit reus
ibidem.
Delictis in occultis proceditur ex coniecturis
205. a. qua vestigium non relinquunt,
dona quarela potest Iudex procedere 205.
b. qua vestigium relinquunt, recognitio
ante fiat de corpore delicti *ibid.*
Deputatio confessoriorum sit multipliciter
44. b.
Dilectum socij criminis facit indicium ad in-
quirendum 196. *a. corrupti & sollicitati*
facit indicium ad torturam 196. *b*
Diligentia ad confitendum qua insufficientis
84. a
Dignitas prodest 243. *a*
Diluvij causa fuit peccatum contra naturam
264. a
Dimidiata confessio 84. *a*
Dimidiatio duplex per se, & per accidens
quando fiat 84. *a*
Dimittens habitum, & exiens monasterium
excommunicatus est 156. *a*
Dimittens habitum ad breve tempus in Mo-
nasterio an excommunicatus sit 177. *a. ut*
hoc fiat tres condiciones concurrere debent
ibid.
Discreta debet esse confessio ut scias discernere
inter peccatum 80. a. ut honestis vocibus
peccata explicentur *ibid. quoad circum-*
stantias *ibid. quo ad modum narrandi* *ibid.*
Divinatio quid 145. *a. Divinatio per som-*
nia 147. *a. per alias res sacras* 152. *a*
Dolus præsumptus 238. *b. eius coniectura*
236. b
Denunciatus omnino falsi puniri debet 180. *b*
Denunciatio duplex Evangelica, & iuridica
177. a. Iudicialis duplex privata, & pu-
blica *ibid. aliquando non recipienda est*
pralato 180. *b. sola sufficit ad inquiren-*
dum 204. *b*
Denunciator non tenetur prebire 180. *b*
Domestici non possunt esse testes 218. *b*
Dominus sua fama & innocentia an quis sit
208. a. fama subditorum an sit superior
208. b. an visa eorum *ibid.*
Domum Monasterij nomine quid veniat
165. a
Dormiens alium ledens 241. *b*
Dormitorium an possit mulier medicare intrare
166. a
Dubium an Episcopi, & Pralati regulares ab
heresi occulta absolvi possint, sua ipsorum
facultate alteri concessa 38. *a*
Dubia de ingressu mulierum ad clausuram
regularium 164. *b*

E.
Ebrius 241. *a*
Ecclesia Matthai 18. significat Pralatos 6. *a*
Ecclesia non potest precipere ut quis confitea-
tur bis peccatum suum 18. *a*
Ecclesia perpetua traditio est signum iuris
Divini 58. *a*
Ecclesia aliquid furari sacrilegium est 254. *b*
Effringens fores quis dicatur 255. *a*
Egrediens extra septa Monasterij, seu con-
uentus 159. *b*
Egressus nocturnus furtivus extra Monaste-
rium est casus reservatus 161. *b. possit us*
est *ibid. an sub crepusculum diei factus sit*
casus reservatus *ibid. b*
Electio ex Religione ut fiat tria necessaria
158. a
Electio indignum eligens incurrit panam
si qua est, etiam si ex sola confessione sciat
29. a. limitatur sententia 29. *a.*
Elemosinam de rebus Monasterij an & quā-
do Religiosus facere possit 254. *a. qua con-*
ditiones requirantur, ut possit Frater Mi-
nor 256. *a*
Eligendus confessorius idoneus 83. *a*

Episcopus potest sibi reservare casus circa subditos suos 3. b
Epistola aurea S. P. Bernardi 158. b
Errores Iudicis, Advocati, & Aduarij 188. a
Eua grauius Adamo peccauit 103. b
Examen conscientia quam requirit diligentiam 84. a. plus studij in raro consistensibus requirit, quam frequentissimè, & mortuis 84. b
Exceptiones contra iudicium 208. b. contra testes 216. b. contra processum 224. a
Exceptiones contra propriam confessionem 229. b. Contra sententiam 234. b. contra delictum confessum 241. b
Excommunicatio non reservata, non tollit iurisdictionem ad absolendum à culpa, reservata tollit 52. b
Excommunicatus maiori excommunicatione, potest in casu necessitatis absoluerè alium excommunicatum maiori excommunicatione 270. a
Excommunicatus maiori excommunicatione non potest excommunicare, nec denunciare 177. b
Excommunicatus ab uno Episcopo ubiq. vitandus 210. a
Excommunicatus debet prius absolui ab ea, quam à peccatis, alioquin incapax absolutionis & iteranda confessio 81. a
Excommunicatus quando possit celebrare cum debita contritione, sine confessione 139. a
Excommunicatio ob dimissum habitum ut incurratur, tres conditiones concurrere debent 157. a
Exitus à Religione multiplex 153. b. siue habitu est excommunicationi subiectus, cum habitu non 156. a
Expulsi à Religione ad quid teneantur 159. a

F

Facultas eligendi Confessorium finitur per unam actum comp. erum, quando facultas datur determinate 48. a. quando non finitur ibid. b
Facultas pro reservatis non est pro censuris 49. a. nec pro dispensatione votorum, aut irregularitatum ibid.
Facultatem alteri consistendi si superior neget quid faciendum 31. a
Facultatem si neget superior Confessorio absolvendi ab aliquo casu, quid facies confessorius 32. b
Falsificatio manus, aut sigilli officialium

Monasterij est casus reservatus 252. a. pro hoc casu incurrendo qua sufficiunt ibid. an communicans cum falsario in actu falsificationis incidat in eundem casum 251. b
Falsa crimina imponere semper est peccatum mortale 194. b
Falsarius non potest esse testis 219. b
Fama bona procedat à quibus defendat 242. b. quando operetur, & quando non 243. a
Fama quantum bonum 208. b
Fama est sufficiens iudicium ad inquirendum 195. b. an quis sit sua fama Dominus 208. a. proximis tripliciter est necessaria ibid.
Familiaritas famularum spiritualium maxime vitanda 28. a
Fidelis debet esse confessio 75. a
Filij spirituales qui 265. b
Fœtus quando animatus 250. a
Forma absolutionis ab excommunicatione, qua fit extra sacramentum 11. b
Forma absolutionis non admittit conditionem 51. a
Forma huius verba diuersimode exponuntur 91. a. vera explicatio 92. a
Fornicans cum filia spiritusglj, qua pœna puniatur 265. a
Fœrum duplex 250. a
Frater Minor in quibus teneatur Prælati obedire 192. b. an possit licite facere elemosynam 254. a
Frater Minoris ut possit licite aliquid dare, qua conditiones ad hoc requirantur 256. a
Frequens debet esse confessio 76. b
Frequens confessio penitenti quandoque impotenda ibid.
Frequens confessio in Religiosis laudabilis ibid.
Fuga probata sufficit ad condemnationem 163. b
Fugitivi Monachi sunt requirendi, & recipiendi 163. b. Non possunt promoueri ad ordines 164. b
Furans aliquid, ad usum fratris particularis concessum, incidit in casum reservatum 255. a
Furari aliquid de Ecclesia sacrilegium est 254. b. quam malum in Religione 255. b
Furtum quid 252. a. ut sit peccatum mortale, qua quantitas eius 252. b
Furtum de rebus Monasterij 252. a. 253. a
Furtum, & effractio portarum requiritur, ut quis sit excommunicatus 255. a
Furtum committit, & in casum incidit etiam is qui alteri scripta sua sibiipit 255. a
Furtum committit, qui comestibilia clar-

culum... 125. a
Futura praetognoſt dupliciter poſſunt 145. a
Futura rursus cauſa tripliciter ſi habent ibid.

Generaliſiſſimo obediendum 193. a
Generalis, vel provincialis ut ſe praefertur pu-
nicens liber eſt, ſi ubiſque reſidet in don-
umiu 32. b

Generales quam iurisdictionem habent 4. b.
Ordinis Praedicatorum, & Minorum poſſunt
diſpensare cum ſuis ſuper irregularitati-
bus 5. a

Cirouagi quem habent ſacerdotem proprium
107. a

Gratia minimus gradus praefertur totius mun-
di poſſiſſioni.

Gravis percusſio quam ſit 290. a

Gratuita obligationis unde colligenda 98. a

Gregorij decimi quibus moderatio de procu-
ratoribus &c. abortum 251. a

Guardiani licet poſſunt ſibi obligari confeſſa-
rium, non poſſunt eam ab eis uſque ſolui
ſimpliciter a reſervatia 36. a

H.

Habens iurisdictionem Botheſiaſticam in ſero
exeriori, poſſit excommunicare, etiam ſi
non ſit ſacerdos 11. a

Habens reſervatam ad quid tenetur 13. a

Hareſis 106. a

Hareſicus mortuus cum ſignis contritionis
offenſo iure, poſt mortem abſolui poſſit
58. a

Hareſicus damnatus appellans, non eſt au-
diendus 245. a

S. Hieronymi ſententia pulcherrima de fuga
mulierum 281. a

Hominum inclinationes, uerba varia 26. a

Honoris proprii defendendi cauſa licet alium
occidere 233. a

Horrum Monafterij in miniſtris licet au-
tore 265. b

Humilia debet eſſe confeſſio ut ſe agnoſcat pe-
nitens miſericordiam peccatorum 13. a

I.

Idonitas confeſſariae qua 140. a

Ignorantia inuincibilis excuſat tenari con-
feſſionem 81. b

Impudicitia in qua parte corporis conſide-
ratur 267. b

Inclinationes hominum noxia & varia 26. a
Incorrigibiles expellendi 164. a

Indulgentia tantum ualent quantum ſeruant.
66. a. & 112. a. an ad earum confeſſionem
nihil opora praerequiſita debeant fieri in
gratia 102. b. eas ut confeſſionis ſuffici-
ut ſi in ſtatu gratiae & ultimi operis
efficitur 102. b

Indulgentia quando additur vel ſuperat ope-
ra poenitentiae & ſatisfactoria impoſita, eam
non eſt neceſſe ea facere quare 102. b
idus ubi ſus 104. b

Indulgentias confeſſionem etiam qui cum ſpe
uania de eis confeſſionem peccauit 104. a

Indulgentia quale beneficium ibid.

Infamia ſeu clamor ſu inſimulatio qua 181. b
quid eam duo requiruntur ibid. qui num-
rus hominum ad eam requiratur 182. a

non requiritur ſeſus oculos ibid. Inſipia
laris qua 225. a. Facti qua ibidem. Inter

Regulares quando incurritur ibid. quae ef-
ficium ibid. quomodo uilitur 226. a. Debet
praeſcedere proceſſum ibidem. Ortem debet

habere a ſate dignis ibidem. per ducit ſeſus
probari debet ibid. quando delegatus a prin-
cipio de earum cognoſcitur 227. a

Inſamare ſeipſum aliquando eſt mortale
258. a. Inſamare ſeipſum in iudicio quando
eſt uſus reſervatus 198. b

Inſamia quid ſit 104. b. qualis licita ibid.
qua de manu notabile inſipia illucra 105. a

Inſipia per ſe commutare penitentiam a
ſuperiore pro culpis ſuacitiam, non autem
pro reſervatis 66. a

Inſipia duplex 160. a

Inimicus quis 212. a

Inimicitia capitalis 197. a. etiam inquisi-
torem uſpellis 212. a

Innocentia magna uis 207. a. uis conſolida-
ta multa 207. b

Inſipia medicis qua 270. a

Inquisitio duplex 180. b. Generalis qua tri-
bus modis contingere poſſit ibid. Hac non
requirit inſamiam praecedentem, aut ac-
cuſatorem, aut denunciatores 181. a. De-
bet fieri in communi de obſeruatione regulae
& ſtatutorum ibid. in generali non poſſit
Iudex interrogare de particulari ibid. eſt
praambulatum ad iudicium 181. b

Inquisitio ſpecialis facienda aſſertiones
183. a

Inſidia 241. b

Inſipia duplex per ſe & per accidens 15. b

Integra debet eſſe confeſſio 84. a

Inuincibilis ignorantia, an, quando & quale
140. a

a peccatum s^o 219. b
 loco se percussentes an & quando excommunicati 271. b. Fugandi sunt ibidem
 272. b
 Irregularia non s^o occidendo aliter quando 268. a
 Irregularitates quaedam reservatae 3. b
 Irreverentia magna, facere, ut forma sacramenti in cassum cadat 36. a
 Invalida confessio ex parte confessorij quando 21. b
 In visitatione superiorum qui habet intimationem, ut ab equibus confuris absolvetur, etiam ab obditis, absolutus est 82. a
 Iubilai tempore non habent peccatarem, non potest confessiones audire 60. a
 Iubilai plenissimi virtute possunt Regulares confiteri extra ordinem, quando id in diplomate conceditur 112. a. quid sit per modum Iubilai 212. b
 Iubilai tempore absolutus, non faciens penitentiam manet absolutus, sed non consequitur indulgentiam 134. a
 Index recusatus in causa non debet procedere 216. b
 Indices Regulares aliquando accipiunt munera 214. b
 Iudicibus applicatur Psal. 81. apertus 216. a
 Dicitur Cicero de ipso ibid. quid in partem illa verba. De vultu tuo iudicium mentis prodas ibid.
 Index recusatus in causa non debet procedere 216. b. Tenetur indicare secundam allegatam & probata 201. a. Potest augere & minuire penam iusta de causa 202. b. Potest committere defectus in condemnandis reis 14. modis 206. b. potest multipliciter recusari 209. a. An excommunicatus peccat excois Indicia, 209. a. Occulta excommunicatus non est videndus ibid. b. Nec ille qui publice damnatus non est ibid.
 Primatus officio an peccet exercere illud accipiens aliquid a parte an peccat, & quando renatur ad vestitus, item 20. b.
 Accipiens aliquid pro iussu sententia 213. b
 Index regularis potest procedere, ut Pater vel ex Index 175. b. Secularis non potest ecclesiasticus iudicare 176. a. comparans quis ibid. Interrumpit ut Pater potest etiam interrogare de scio 200. a. potest aliquando uti fraude in interrogando, aliquando non 200. b. Indices regulares sunt vltimi patres 175. b. Quando peccant 230. a. Indices & alij necesse 208. b

Index quando non est comparatus possit excusari a dicenda veritate 192. a. Item quando non sequitur ardu veris 192. b. & quando testis timet sibi magnum damnatum 193. a. ut peccet comparando ipse res 200. b. Tenetur absolvere innocentem ibid. potest aliquando sententiam differre
 Indignum duplax regulare, & legitimus 176. a
 quando in regulari excusatur testis a dicenda veritate 192. a. ad id tria requiruntur 229. b
 Iudicij quaedam sunt de officina, quaedam de solennitate 224. b
 Iudicis arbitrium 207. a
 Iurisdictio casus reservandi, praelatis Regularibus competit iure Divino 5. b. data est superiorum propter bonum paucitatis 30. b
 Iur expellendi Religiosum ab ordine an habeat Religio 257. b

L.

Locus Minoris status egressus & in alia religione praesertim ad arduum, si revertitur recipi debet in sua priora stantia 164. a
 Laicus potest excommunicari 11. a. non potest absolvi a peccatis 57. b
 Lapsus carnis voluntarius opere consumatus, est casus reservatus 257. b
 Lapsus carnis voluntarius distictio 257. b
 Largitionis munus conditionio 257. a
 Lex maior minoris quando observanda 105. a
 Libens debet esse confessio, eligens & prompta ad confitendum 80. b
 Liber est penitens ut se proficiet generali vel provinciali, quando usque in conventum residet 32. b
 Literarum malitiosa apertio & recardatio 272. a
 Literas apertis penam ibid. qui legit per literas applicatura an incidat in casum ibid. b
 inconsiderate apertis, & legas non incidit ibid.
 Bonus Mores quid sit 164. a
 Dicitur Romana Tarquinio conito confertio, non excois de peccato 263. a. Recubenditur a Balthustino 267. a

M.

Malefici reprobandum ut casu reservato 250. b
 Maleficium maleficio dissolventis peccatum mortale 171. a
 Malis malis & gravibus occurrit superior

fratrem se probem in contulanda facultate
subditiis pœnitentiis ut alteri confiteantur 30. b
Manus sibi ipsi inferens excommunicatus
 271. b
Manus non semper necessarij imponenda in
absolutione 73. b
Mancum impoſitio quando consulto omiſſa
venditur confessionis 73. b. *Quando neces-*
ſaria ibid. Laudabilis est 74. a. *quid ſi-*
gnificet ibid.
Matrimonium per procuratorem potest con-
trahi 86. a
Menſuram poſſunt tranſire ad carthufianos
 155. a
Mentiri non licet in confessione 155. b
Mentio de veniali in confessione quando
peccet mortaliter ibid. b
Mens bona 290. a
Merita in principem & Rempublicam pro-
ſunt 243. b
Mina precedentes faciunt inducium ad ca-
piendam informationem 197. b
Minoria in quibus obedire teneatur 192. b.
an poſſit elemoſinam facere 254. a
Moderamen inculpaſa tutela circa tria con-
ſtitit 232. b
Modus repreſentationis in Religioſis mino-
rum S. Franciſci Capucinorum defenditur
 15. & 16
Modus abſolvendi 52. b
Monachi ſolitudo & quiete commendantur
 160. b
Monasterium inuicem pariter & bene tunc ho-
mo Religioſus in eo ſit ibid.
Monasterium non ſuadet egrediendum ibid.
Monasterium tunc ut pro custodia religioſi
ibid. b. Est carcer ſapientia ibid.
Monasterij ſepius egrediens an peccet morta-
liter 159. b. *qui notus & furivus extra in-*
cidit in caſum reſervatum ibid. b. an etiam
qui ſub crepuſculis diei ibid. quonſque
ſe extendant 162. a
Monasteria ingredi non licet mulieribus 165.
a. an causa proceſſionis et licet 167. b
Monasteriorum nomine quid venias 165. b.
 & 255. a
Monasterij hortum mulieribus ingredi vo-
litum 165. b
Monasterium an causa proceſſionis mulier
intrare poſſit 166. a. *an in extraordina-*
ria proceſſione ibid. b. quando conſecratur
Ecclēſia ibidem
Mortales alloquentes an prater privationem
uſitata & paſſiva uocis peccent mortaliter

168. a. *niſi incuſus pariter deſiſt* *an ſu-*
moris ibid.
Mortaliter peccat quis operando de peccato
mortali in confessione 76. a
Mortis articulus non habet reſervationem à
peccatis 55. a
Mortis articulus & periculum diſtinguit a 55. b
Mortis articulus quam aduſtat confeſſio-
nem 85. a
Communaleſcens poſt eum non ſemper amplius,
ad reſtituendum peccata reſervata 110. a
Mortem alteri inferens indirecte, ve ſuſſum
ſaluat, an mortaliter peccet 267. b. *an in-*
cidat in caſum reſervatum ibid. b
Mulier & mundus ſociendo vincuntur 28. a
Mulierum ingreſſus in Monasterij clauſuram
 164. b. *curam aſſectus an peccatum, &*
quando, ac quando 260. a
Mulieribus non licet egredi Monasteria Ro-
gularium 164. b. *ſub pena excommuni-*
cationis ibid. nec horum 165. b. *an ſa-*
crificiam ibid. an tempore proceſſionis 166.
a. quando conſecratur Ecclēſia ibid. b
Mulieres medicas an liceat docere in Mona-
ſterij Beruſtorum 166. a
Mulieres quomodo nō poſſint eſſe ſeſſes 217. b
Mulieres grandas abortiu facientes, an &
quando irregulares 250. a
Munera largitio 257. a
Mutatio officij vel loci cum ſuſpicioſe moralis
reuelationis confessionis, non eſt licita 23. b
Mutilare ſeipſum an diſtinetur 269. a

Neomenſis 148. b
Neſandam peccatum neſanda ſortitur no-
mina 263. b
Negatus carceris loco, & tempore multis
modis probari poſſit 206. b. *Teſtes ſuper*
ea deponentes ſuſpecti 207. a. *qua pena*
punitur ibid.
Nobilitas predeſt 243. a
Nocturna à monaſterio egreſſo etiam animo
non apoſtataſi facta, eſt caſus reſervatus,
ſed ad hoc tria requiruntur 161. b
Non eſt grauiam penitenti, ſi de reſervato
cogatur bis conſiteri 14. b
Non incurrit aliquam penam eligens indi-
gnam 29. b
Non ſacerdos poteſt excommunicare 11. a. &
abſoluere nō ea quam tulit, non à peccatis
in foro conſcientia 11. a
Nota Confeſſario curioſe 75. b
Nota bene religioſe 27. b
 Nota

Nota de confessionibus quoad iudicium 53. a. de
confessionibus simplicium audientis 83. a
Nota de sigillo confessionis 87. a. & 89. a
Nota pro die quando consecratur Ecclesia
 166. b
Notens Pralati Regularis Iudices 183. b
Notens Iudices & Almonarij 188. b. & 200. a
Notorium triplex est 222. a. & 241. a
Nonius occidens Religiosum, à Iudice Eccle-
siastico recognosci debet 268. b. talis di-
mittendus est 269. a
Nonius non videtur teneri se praesentare ad
referuatis 135. a. & 137. a. non possunt
 puniri tanquam proprietarij ibid. si dimis-
 sione habitum & resumant non sunt Appu-
 stazi 135. h. improfessi non possunt vere
 dici Religiosi ibid. si materia favorabili
 possunt dici Fratres 136. a. Cui sine su-
 biecti quoad casus referuntur. 136. b. Delin-
 quentes ad quam partem committuntur 137. a
 Concedendi sunt eis aliquando Confessarij
 extraordinarij ibid.
Nonius percussiens incurrit in excommuni-
cationem 270. a
Nonius vestitendum verberata non incurrit
 ibidem.
Nota absque soluta debet esse confessio 98. b

O.

Obediencia tenetur subditi in omnibus qua non
contrarietur Regula, & saluti animae
 153. a
Observatio futurorumque anibus, quadrupe-
ditibus &c. 51. a
Occasionem peccati mortalis ut quis non
tenetur vitare, quatuor circumstanti-
ae requiruntur 25. a
Occasio propinqua peccati mortalis qua 24. b
Occasio venialis peccati, non necessario vi-
tanda 24. b
Occasio remota peccati mortalis, non esse
necessario vitanda ibid.
Occasio propinqua peccati mortalis qua ne-
cessario relinqui debet 241. b
Occidens veneno gravius deliquit quam
simplex homicida 268. a
Occidere alium licet, parricidia defendenda
causa 233. a. Item proprij honoris ibid.
 Et pro defensione consanguineorum 233. b
 seipsum nunquam licet 266. b
Occisus nomen si ignoretur nihil refert 205. b
Occisus quid 266. b. quando casus referuatis
 ibidem.
Occulere delinquentem non tenetur se statim in-

fore contentioso pro palare 269. b
Oculus pudicus & impudicus 260. a
Odia sine restringenda, & fauores ampliandi
 139. a
Officialium nomine qui veniant 251. a
Opus bonum in gratia factum meretur glo-
riam 103. a
Opus consummationem quando 260. a
Opera bona in peccato mortali facta non sunt
meritoria vitae aeternae 93. a
Operatio Dei quid sit in homine 160. a
Ordo debet habere ordinem, non confusionem
 140. b
Ordo praedicatorum non potest accipere indul-
gentias bullae cruciatae 111. a
Ordinaria potestas 176. b
Ordines mendicantium non accipiant bullas
cruciatas 112. b
Ordines omnes possunt transire ad Capucinos
 155. b
Origenes in eo damnatur ab omnibus quod
scripsit contra sacrosanctis 269. a
 Qsula

P.

Pactum cum accusatore facit indicium ad
informationem capiendam 197. b
Papa potest dispensare cum Monacho ut con-
trahat Matrimonium 168. b

Quando habet locum casus referuatis de
Apollasia 159. b
Quid possit dare Religiosus 257. a
Quis & solitudo commendantur anachore-
tae 161. a
Quilibet potest se obligare ad confitendum
istorum suum peccatum 16. a

R.

Ratibabitio duplex 49. b. de futuro non va-
 let, de praesenti tenet 49. b. & 81. b
Rationibus probatur penitentia suscipi &
peragi à penitente debere 96. a. & c.
Rebellans commissarius generali 153. a
Relicta intentio absolutiois 52. b
Regula S. Benedicti quid praescribat de fugi-
tivis & expellendis incorrigibilibus 158. a
Regula S. Augustini ibid.
Regularis quando potest confiteri extra or-
dinem 112. a
Regulari non licet se confiteri indifferenter
 extra

- extra suum ordinem absque licentia sui superioris 109. a
- Regularis in alienis provincijs à quibus pos- sit absoluti 106. b
- Regula generalis ad dignoscendum quando dolus non praesumitur 237. b
- Regulares quando absoluti possunt ab Episco- pis 38. a: quomodoque possunt indulgen- tijs 113. b. quantum merentur regulas suas servare ibidem.
- Regulares possunt aliquid dare pro subleuan- dis pauperibus, & ratione hospitalitatis, gratitudinis, urbanitatis &c. 257. a
- Religio perfectior qua 155. b
- Religiosus quid possit dare 257. a
- Religiosus an possit de rebus Monasterij fa- cere elemosinas 254. b
- Religiosus an possit exire ut subleuiat paren- sibus 155. a an possit adire superiorem ob iustum gravamen 155. b. qui egredi- tur animo vagandi est apostata 162. a
- Religiosus incorrigibilis, & inobediens potest expelli 257. b
- Religiosus expulsus manet vere, & proprie Religiosus 259. b
- Religiosi Confessores ut suorum confessi nes excipiant, non tenentur se praesentare or- dinario 133. b
- Religiosi non debent mutare confessarios abs- que superiorum licentia 137. b. sed deus pe- tere licentiam, ut confiteantur 138. a. non licet accipere Bulla cruciatae indulgentias 104. a
- Religiosi non sunt imponenda peregrinatio- nes, vel excommunicatio pro penitentia 40. b
- Religiosi se percussiones quid faciant 45. a
- Religiosi itinerantes veniunt ad casus illius provinciae in qua sunt 107. a
- Reliquia sanctorum an possint dari 377. a
- Reservatio casuum est expeditio: ut si de mu- sum circa mortalia, non venialis 9. b. sit de mortalibus gravi rebus ibidem. Debet fieri cum praevia discussione, & matura deliberatione 9. b. ad illos pertinet, ad quos ante decretum de iure pertinet 11. a
- Reservatio vel sit cum censura, vel sine 49. a
- Reformatione Papae abbas auferitur & Epif- copalis, quando hoc est verum 22. b
- Restitutio cui facienda 224. b
- Retentio abiectionis rei quando mortalis 170. b. non est mortale peccatum, nisi tria concu- rant ibidem. an qualibet sit peccatum mortale 172. a
- Reversus ad superiores intelligitur, tam de publicis, quam de privatis delictis 12. b
- Reus quando tenetur dicere veritatem 194. a potest aliquando petere dilationem 196. a tenetur respondere ad monsem iudicis 198. b. committit de uno crimine non potest in- terrogari de alio, aut socijs, nisi sit infama- tus 199. b. quando confitetur delictum te- netur etiam declarare complices ibid. an dicens mendacium in confessione regulari innoxius in casum reservatum ibidem. po- test aliquando torqueri 200. b
- Reus damnatus licet innocens sit, non potest se tamen defendere per vim 202. a. an possit frangere carceris & fugere ibid. b. an licite fugere possit de carcere 202. b an liceat corrumpere custodes pecunia 202. b. Ad mortem damnatus potest limari, compedas, feras frangere, & fugere ibid.
- Reus confitens delictum, quod aliter non con- fiat, non potest condemnari 204. b. de eius defensione 203. b.
- Reus potest capitulari contrarium 217. a. an peccet impingendo aliquod crimen testi 223. b. suam confessionem potest revocare 234. a. quando & quomodo possit appel- lare 243. b
- Reorum multitudo prodest eis 243. b
- Reverentia malitiosa litterarum 272. a
- Sacerdotes in confessione iudicis arbitrarij 2. b. quae eis consideranda in penitentia danda 3. a
- Sacerdotes simplices Religionem, non gaudent privilegio sibi eligendi Confessarium ad li- bicum, nisi forte ex consuetudine 39. b
- Sacerdotes Regulares sunt in triplici diffe- rentia 107. a
- Sabra congregationis tribunal intra ordinem censetur 249. a
- Sacramenta omnia excepto Matrimonio per- sona propria actionem requirunt cum sus- ciipiuntur 86. a
- Sacramentale opus recte dicitur fictioe fortior effectum 102. a
- Sacrilegium 77. b
- Saldans cum grandida 250. b
- Samuelis anima suscitatur an suavis 146. b
- Sanctorum imagines papirae possunt Religio- si dare 257. a
- Satisfactio in statu peccati mortalis exhibi- ta sufficit ad integritatem Sacramenti, & quare 102. a
- Scandali evitandi ergo potest excommunicatio accedere ad alium 59. a. vel communi- cationem

<i>idem</i> firmare absq. praua confessione		230. a
<i>ibidem</i>		
<i>Scilicet in dubio quid agendum</i>	205. b	
<i>Sciens ex confessione solum, non potest sine</i> <i>pœna indignum eligere</i>	29. a	
<i>Scriptura magorum</i>	148. a	
<i>Strupiti no suscipiantur sollicito curandam</i> <i>Prælati</i>	21. a	
<i>Secresi natura pendat ex voluntate commit-</i> <i>tentis</i>	54. a	
<i>Sedium nomine quid intelligatur</i>	2. b	
<i>Seneca sententia de Quirino & solitudine</i>	161. a	
<i>Sequestratio facit iudicium</i>	197. b	
<i>Sigillum Confessionis quid sit</i> 86. b. quotu- <i>plex ibid. & quibus seruandum ibid. eius</i> <i>quantæ obligatio</i> 87. a. obligat ne peni- <i>tens extra confessionem rogari possit à con-</i> <i>fessario, de peccato in confessione audito</i> <i>87. b. quamdiu durat sigillum ibidem.</i> <i>multipliciter violatur</i>	88. b	
<i>Sigillum confessionis tenetur etiam seruare,</i> <i>tertia persona, cui reuelatur peccatum de</i> <i>licentia confessantis</i> 54. b. etiam venialia <i>sub sigillo sunt</i> 88. a. & qui defectus ibid.		
<i>Sigillum quando non frangitur</i> 88. b. an pe- <i>nitens de proprijs peccatis ad illud teneat-</i> <i>ur ibid. id frangens pœna ibid., qui in</i> <i>pœna puniantur</i> <i>ibidem.</i>		
<i>Signa vera contritionis sex</i>	83. b	
<i>Sine contritione confitens</i>	81. a	
<i>Sixti V. constitutio de abortibus</i>	250. b	
<i>Societas Iesu quid sit concessum circa excom-</i> <i>mas absp. licentia superiorum</i>	156. b	
<i>Sodomiticum peccatum</i> 263. b. fuit causa <i>diluij</i> 264. a. eius nomina varia 263. b. <i>eius pœna</i> <i>ibidem.</i>		
<i>Solitudinis, & quietis commendatio</i>	160	
<i>Solitus delinquere est presumptio</i>	196. b	
<i>quis sit</i> <i>ibidem.</i>		
<i>Somnia quando à bono, quando à malo an-</i> <i>gelo veniunt</i>	147. b	
<i>Spiritualis cautela</i>	26. a	
<i>Spontanea confessio prodest reis</i>	242. b	
<i>Striga</i>	151. a	
<i>Studentes fratres non sint rebelles</i>	153. b	
<i>Subditi an possint impediri à superiore ve-</i> <i>niens confessarium ad libitum, & an</i> <i>teneat confessio, disputatur in utraque</i> <i>parte</i> 139. a <i>non tenentur obedire in multis</i> 153. a <i>debent obedire in omnibus qua non sunt</i> <i>contraria Regula, & anima saluti ibid.</i> <i>quando teneantur obedire præcepto superio-</i> <i>ris, & quando non</i> 178. a		
<i>Subditus alteri potest aliquis quinque mo-</i>		
<i>dijs esse</i>		
<i>Suffragium alicui negari potest ob solam</i> <i>scienciam in confessione habitam</i>	13. a	
<i>Suffragia S. Matris Ecclesia</i>	52. b	
<i>Superior potest sibi reservare absolutionem</i> <i>ab excom. municatione</i> 10. a. potest extra <i>confessionem audire peccata reservata, sed</i> <i>tenetur ad iugillum</i> 20. a. tenetur audire <i>confessionem subditi toties, quoties subdi-</i> <i>to placuerit</i> 21. a. quomodo multis, & <i>grauibus malis occurrere possit</i> 37. a		
<i>Superior Regularis potest amoveri, seu prohi-</i> <i>beri ab officio sine strepitu iudicij</i>	240. a	
<i>Superior percussus subditum incidit in ca-</i> <i>nonem</i>	270. a	
<i>Superiores non tenentur audire in confessione</i> <i>reservata & non reservata</i> 20. a. saepe la- <i>quentem damnationis multis iniungunt</i> 30. b <i>Non debent cogere suos subditos, ut cau-</i> <i>sam propalent, quare facultatem alteri</i> <i>confitendi petant</i> 31. b		
<i>Superiores non consentunt assignare subdito Cõ-</i> <i>fessarium illum quem ipse petit, sed suffi-</i> <i>ciat, ut alium idoneum assignent</i>	37. a	
<i>Interdum tamen debent indulgere peni-</i> <i>tenti in petitione alicuius confessarij</i> <i>ibid.</i>		
<i>Superiores dantes facultatem, possunt taxare</i> <i>penitentiam imponendam</i>	33. a	
<i>Superiores Religiosorum possunt sibi eligere</i> <i>confessarium ad libitum</i> 34. b. possunt <i>audire confessionem suorum subditorum</i> <i>etiam in aliena Guardiania absque alia</i> <i>licentia superioris loci</i>	36. a	
<i>Superiores an possint cogere confessarium ut</i> <i>explicit causam in particulari</i>		

T.

<i>Tactus impudicus</i>	265. b
<i>Tactus ratione delectationis est maior, aut</i> <i>minus peccatum</i>	260. a
<i>Tergiversatio qua</i>	188. a
<i>Testis unus facit iudicium ad inquirendum</i>	195. b
<i>Testis quando tenetur dicere veritatem</i> 188. b. <i>quando peccat tenetur ad satisfactionem</i> <i>189. a. falsus quando debet se retrahere</i> <i>ibidem. inducentes testes ad falsum testi-</i> <i>ficandum ibidem. quando unus sufficit</i> <i>101. a. nolens dicere veritatem potest tur-</i> <i>queri</i> 180. b. <i>quando incidit in causam re-</i> <i>servatam</i> 101. b	
<i>Testes debent esse constetes</i> 190. b. <i>eorum nu-</i> <i>merus necessarius ad iudicium ibidem. de</i> <i>auditis sufficiens ad probationem</i> <i>ibid.</i>	

I N D E X.

<i>Singularis non sufficiens</i>	<i>ibid.</i>	<i>ibidem, Non remittitur sine actu impli-</i>
<i>Singularis qui</i>	191. b	<i>cito poenitentia 99. b. Multipliciter tolli</i>
<i>Testificari quando teneatur quis quod iura-</i>		<i>potest 100. a. per asperionem aqua benedi-</i>
<i>vis secreto servaturum</i>	190. b	<i>dicta</i>
<i>S. Thoma Aquinatis mira verba</i>	30. b	<i>ibid.</i>
<i>Testes falsarij puniendi</i>	193. a	<i>Veniale non habens quid facies tempore con-</i>
<i>Testes quomodo excipiantur</i>	216. b. <i>infames</i>	<i>fessionis</i>
<i>& perituri repelluntur</i>	<i>ibidem.</i>	100. a
<i>& non iurati</i>	<i>ibid.</i>	<i>Venialia possunt iterum confiteri</i>
<i>Testibus pro reo quando stabitur</i>	217. b	100. b
<i>Testium excipiendorum qualitates</i>	<i>ibidem.</i>	<i>cuilibet Sacerdoti confiteri possunt</i>
<i>Testes inhabiles quando possunt, & debent</i>		101. a
<i>admitti 219. a. quando plures dissentiunt</i>		<i>quare hoc</i>
<i>quid faciendum 221. b. ut pleno probent,</i>		<i>ibid. b</i>
<i>4. requiruntur</i>	222. a	<i>Verba aurea Scoti</i>
<i>Testimonium aliquorum non recipitur</i>	193. b	24. a
<i>Testi nolenti respondere potest iudex precipere</i>		<i>Verecundia sola aliquando est sufficiens causa</i>
<i>ut respondeat, & si noluerit, praesumitur</i>		<i>ut facultas detur confitendi alteri</i>
<i>illum commisisse delictum</i>	199. a	31. a
<i>Totus homo debet satisfacere pro peccatis</i>		<i>Vicarij Religionum possunt subditorum con-</i>
97. a		<i>fessionem audire in alia vicaria sine li-</i>
<i>Transiens ad aliam Religionem non est Apo-</i>		<i>centia superioris loci 36. b. possunt sibi eli-</i>
<i>stata</i>	154. a	<i>gere ex consuetudine Confessarium in pro-</i>
<i>Transitus à Religione ad aliam an licite fiat</i>		<i>prio Conuentu</i>
154. b. <i>à strictiore ad laxiorem an licitus,</i>		38. b
<i>& quando</i>	<i>ibidem.</i>	<i>Vim alteri inferre quando licitum</i>
		267. b
		<i>Visitor potest precipere sub precepto sancta</i>
		<i>obedientia 10. b. potest exigere iusuram-</i>
		<i>idum</i>
		<i>ibid.</i>
		<i>Visus mulieris an, quādo, & quale peccatum</i>
		259. b
		<i>Visa vota, & omnes bona actiones, poenitentia</i>
		<i>& unde</i>
		66. b
		<i>Voluntaria delectatio</i>
		259. a
		<i>Voluntarium duplex</i>
		260. b
		<i>Votum quid 137. b. an omne preceptum sit</i>
		<i>votum 173. a. omnis eius violatio non est</i>
		<i>peccatum mortale</i>
		173. b
		<i>Vota sunt vincula Religiosorum</i>
		160. a
		<i>Vsus notitia in Conf. si. comparata cum ma-</i>
		<i>ruali periculo revelationis confessionis di-</i>
		<i>recte vel indirecte non est licitus</i>
		23. a
		<i>Vulnerare seipsum an liceat</i>
		269. a
		<i>Vulneratio quomodo intelligatur</i>
		<i>Vulnus mortiferum insignens si vulneratus</i>
		<i>moriatur, tenetur poena homicidij</i>
		242. a
		<i>Sic contra non tenetur ibid. quando dubium</i>
		<i>quid tunc ibid. quis iudicet de vulnera</i>
		<i>lethali ibidem. quis praesumatur ex tali</i>
		<i>meritus</i>
		242. b
		<i>Vulnera omnia cum suis circumstantijs de-</i>
		<i>bent notari</i>
		205. b

V.

<i>Vagantes possunt eligere confessarium quem</i>	
<i>voluerint</i>	107. a
<i>Varia & noxia inclinationes hominum</i>	26. a
<i>Variatio facis indicium ad inquirendum</i>	
	197. b
<i>Veneno occidens gravius delinquit quam</i>	
<i>simplex homicida</i>	268. a
<i>Venialia non cogimur confiteri</i>	9. b
<i>quare fugienda</i>	72. b
<i>Venialium occasio non necessario vitanda</i>	24. b
<i>Venialia solum habens non tenetur confiteri</i>	
	99. a
<i>Venialia confiteri tenentur iure humano</i>	
<i>Religiosi ratione statutorum ad frequentem</i>	
<i>confessionem obligati</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Veniale dum est in voluntate non dimittitur</i>	

F I N I S.

1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes the need for transparency and accountability in financial reporting.

2. The second part details the various methods used to collect and analyze data, including surveys, interviews, and focus groups. It highlights the importance of selecting appropriate samples and ensuring the reliability of the information gathered.

3. The third part describes the process of identifying and measuring key performance indicators (KPIs) that are essential for evaluating organizational success. It notes that these indicators should be clearly defined and regularly monitored.

4. The fourth part outlines the strategies for improving operational efficiency and reducing costs. It suggests implementing lean management principles and streamlining processes to eliminate waste.

5. The fifth part discusses the role of technology in modern business operations, particularly in data management and automation. It argues that investing in the right technology can significantly enhance productivity.

6. The sixth part addresses the challenges of managing a diverse workforce and promoting a positive organizational culture. It stresses the importance of clear communication and providing opportunities for employee growth.

7. The seventh part focuses on risk management and the development of contingency plans to mitigate potential threats to the organization's stability.

8. The eighth part concludes by summarizing the key findings and offering recommendations for future research and implementation.

9. The ninth part provides a detailed overview of the financial statements, including the balance sheet, income statement, and cash flow statement. It explains how these statements reflect the overall financial health of the company.

10. The tenth part discusses the impact of external factors such as market conditions and regulatory changes on the organization's performance. It notes that staying informed about these factors is crucial for strategic decision-making.

11. The eleventh part describes the various marketing and sales strategies employed to reach the target audience and drive revenue growth. It emphasizes the importance of a consistent and targeted marketing message.

12. The twelfth part outlines the human resources policies and practices, including recruitment, training, and performance evaluation. It aims to ensure that the organization has the right talent in the right positions.

13. The thirteenth part details the legal and compliance requirements that the organization must adhere to, ensuring that all activities are conducted within the bounds of the law.

14. The fourteenth part discusses the importance of environmental sustainability and social responsibility in building a long-term, resilient business. It suggests ways in which the organization can contribute positively to society.

15. The fifteenth part provides a final summary of the document's content and offers a call to action for the stakeholders involved.

16. The sixteenth part discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes the need for transparency and accountability in financial reporting.

17. The seventeenth part details the various methods used to collect and analyze data, including surveys, interviews, and focus groups. It highlights the importance of selecting appropriate samples and ensuring the reliability of the information gathered.

18. The eighteenth part describes the process of identifying and measuring key performance indicators (KPIs) that are essential for evaluating organizational success. It notes that these indicators should be clearly defined and regularly monitored.

19. The nineteenth part outlines the strategies for improving operational efficiency and reducing costs. It suggests implementing lean management principles and streamlining processes to eliminate waste.

20. The twentieth part discusses the role of technology in modern business operations, particularly in data management and automation. It argues that investing in the right technology can significantly enhance productivity.

21. The twenty-first part addresses the challenges of managing a diverse workforce and promoting a positive organizational culture. It stresses the importance of clear communication and providing opportunities for employee growth.

22. The twenty-second part focuses on risk management and the development of contingency plans to mitigate potential threats to the organization's stability.

23. The twenty-third part concludes by summarizing the key findings and offering recommendations for future research and implementation.

24. The twenty-fourth part provides a detailed overview of the financial statements, including the balance sheet, income statement, and cash flow statement. It explains how these statements reflect the overall financial health of the company.

25. The twenty-fifth part discusses the impact of external factors such as market conditions and regulatory changes on the organization's performance. It notes that staying informed about these factors is crucial for strategic decision-making.

26. The twenty-sixth part describes the various marketing and sales strategies employed to reach the target audience and drive revenue growth. It emphasizes the importance of a consistent and targeted marketing message.

27. The twenty-seventh part outlines the human resources policies and practices, including recruitment, training, and performance evaluation. It aims to ensure that the organization has the right talent in the right positions.

28. The twenty-eighth part details the legal and compliance requirements that the organization must adhere to, ensuring that all activities are conducted within the bounds of the law.

29. The twenty-ninth part discusses the importance of environmental sustainability and social responsibility in building a long-term, resilient business. It suggests ways in which the organization can contribute positively to society.

30. The thirtieth part provides a final summary of the document's content and offers a call to action for the stakeholders involved.

31. The thirty-first part discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes the need for transparency and accountability in financial reporting.

32. The thirty-second part details the various methods used to collect and analyze data, including surveys, interviews, and focus groups. It highlights the importance of selecting appropriate samples and ensuring the reliability of the information gathered.

33. The thirty-third part describes the process of identifying and measuring key performance indicators (KPIs) that are essential for evaluating organizational success. It notes that these indicators should be clearly defined and regularly monitored.

34. The thirty-fourth part outlines the strategies for improving operational efficiency and reducing costs. It suggests implementing lean management principles and streamlining processes to eliminate waste.

35. The thirty-fifth part discusses the role of technology in modern business operations, particularly in data management and automation. It argues that investing in the right technology can significantly enhance productivity.

36. The thirty-sixth part addresses the challenges of managing a diverse workforce and promoting a positive organizational culture. It stresses the importance of clear communication and providing opportunities for employee growth.

37. The thirty-seventh part focuses on risk management and the development of contingency plans to mitigate potential threats to the organization's stability.

38. The thirty-eighth part concludes by summarizing the key findings and offering recommendations for future research and implementation.

39. The thirty-ninth part provides a detailed overview of the financial statements, including the balance sheet, income statement, and cash flow statement. It explains how these statements reflect the overall financial health of the company.

40. The fortieth part discusses the impact of external factors such as market conditions and regulatory changes on the organization's performance. It notes that staying informed about these factors is crucial for strategic decision-making.

41. The forty-first part describes the various marketing and sales strategies employed to reach the target audience and drive revenue growth. It emphasizes the importance of a consistent and targeted marketing message.

42. The forty-second part outlines the human resources policies and practices, including recruitment, training, and performance evaluation. It aims to ensure that the organization has the right talent in the right positions.

43. The forty-third part details the legal and compliance requirements that the organization must adhere to, ensuring that all activities are conducted within the bounds of the law.

44. The forty-fourth part discusses the importance of environmental sustainability and social responsibility in building a long-term, resilient business. It suggests ways in which the organization can contribute positively to society.

45. The forty-fifth part provides a final summary of the document's content and offers a call to action for the stakeholders involved.